TRACTATUS 3. CLARISSIMORUM VIRORUM, D. FRIDERICI PRUCKMANNI, ...

Friedrich Pruckmann, Georg Mor, Sebastiano Medici

Digitized by Google

31
10-F

31. 10. P. 20.

~~20. 4. P. 2.~~

B III d 26

TRACTATVS
III.

CLARISSIMORVM VIRORVM, D. FRIDERICI PRVCKMANNI, SEBASTIANI MEDICES FLORENTINI, ET D. GEORGII MOR, de Nigro-monte Brigantini, vtiles, quotidiani & summe necessarii.

De Venatione, Piscatione & Aucupio.

IN QVIBVS TOTA MATERIA DE IVRE VENANdi, Aucupandi & Piscandi non solum exactissime, sed & doctissime ac solidissime quoad forum, tractatur & deciditur in gratiam eorum, qui hisce egregijs exercitationum generibus delectantur.

EDITIO SECVNDA *priore correctius edita, reiectis innumeris mendis, allegationibusque à textu characterum varietate distinctis, adiecta disputatione quadam de eadem materia habita Ingolstadij.*

Accessit demum INDEX rerum & verborum notabilium locupletissimus.



SPIRÆ NEMETVM.
Sumptibus HELIÆ KEMBACH, Bibliopolæ Spirensis.

ANNO M. D. CV.

ILLVSTRISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DN. FRIDERICO IV. COMITI PALATINO ad Rhenum, Sacri Romani Imperij Archidapifero & Electori, Duci vtriusque Bauariæ, Comiti in Veldentz & Sponhaim, &c. Domino suo Clementissimo.

BIBLIOTECA ROMA

NEMO *sapiens vnquam negauit, excellentissimam omnium virtutum esse Iustitiam,* ILLVSTRISSIME PRINCEPS, *vt quæ vim suam ad communem omnium gentium salutem & consolationem late effundat. Hoc est, quod Aristoteles summus ille Philosophus libro quinto Ethicorum ex Theognidis sententia omnes in ea virtutes contineri testatus est. Quam quidam reliquarum omnium virtutum parentem & altricem; quidam optimarum virtutum perfectionem; quidam omnis boni participem & rerum cunctarum perfectricem; alij deniq; omnium aliarum virtutum dominam & reginam nominare non dubitauerunt, eo quod ab illa in omne hominum genus leges & iura manauerunt: quæ culta magna Imperia constituit, regit, conseruat; neglecta conuellit, dissipat, subuertit: quæ benefactis honores & præmia; malefactis*

ignominias & supplicia proponit; studia bonorum excitat, improbitatem malorum coercet, qua sublata non domus vlla, ciuitas, mortalium inter se societas, non ipsa denique vniuersitas rerum stare, & se vel punctum temporis tueri potest. Neque etiam sine ea fieri potest, vt quisquam aut temperans sit, fortis aut prudens. Quæ cum ita sint, magnam sane eius laudis conseruationem vtrumque Ius Canonicum & Ciuile sibi vendicat, nempe quod à Iustitia tanquam flumen producitur: Quam enim vim sub fonte iustitia continet, ius quodam veluti effectu distribuit, vt quoties vel leges sciscuntur, vel legum præscripta, iam vigor iuris à iustitia in humanas actiones transisse intelligatur, vt ita fons & origo in iustitia resideat, legitimæ actiones iure consistant. Nec profecto quenquam mouere debet, quod iura aliquando vel parum æque produntur, vel ad tempora demutantur, quasi hoc abhorrere à iustitia forsan videri possit: Eam enim variationem nec iustitiæ, nec iuri, sed rerum conditioni acceptam referri conuenit: quæ iura sæpius non simpliciter absoluta, sed quæ personis, rebus, tempori sint accommodata, efflagitat, adeoque quamuis legislator optimo proposito semper feratur: fit tamen interdum vel euentu, vel occasione, quod res ipsa diuariet. Quod vel maxime in hisce iuribus, de quib. in hisce tractatibus disseritur, euenisse compertum est. Nam etsi iure naturæ omnia sunt re ipsa communia; possunt tamen à Principibus, qui eorum, quæ in nullius bonis sunt, vt feræ, volucres, pisces & reliqua animalia, dispensationē habent, quædam priuatis ita concedi, vt postea ea pri-

ea priuata, non communia sint, etiam sine corporali occupatione. Jure siquidem naturali omnia à principio fuerũt communia, & tamen distinctio rerum lege humana inter priuatos facta est, post quam distinctionem cuiquam rem alteri lege priuata addictam occupare non licet. Neque his obstat, quod dicitur, Principem ea, quæ iuris naturalis sunt, tollere non posse, cum iura naturalia sint immutabilia: propria autem iuris naturalis sit libertas venandi, piscandi & aucupandi. Etenim feræ, volucres & pisces iure naturæ non sunt communia positiue & affirmatiue, quia omniũ propria sunt communis dominij causa, sed negatiue, quia nullius sint, & iure naturæ nulli applicentur. Quamobrem lex humana vni ea potius, quam alteri ex causa concedere potest. Ex quibus recte colligitur venationem & piscationem iure naturali omnibus permissam ex varijs causis per Principes prohiberi posse: neque huiusmodi iura, leges vel constitutiones, venationem, piscationem & aucupium prohibentes, rationi rectæ aut ipsi iustitiæ repugnant & refragantur, modo ea requisita, de quibus hoc loco agitur, interueniant. Nam sicut in amnibus videmus puritatem quidem fontis perpetuam, sed quæ ab eo producuntur flumina, sæpe variare, vt pro alnei natura vel terræ ingenio nunc sint turbida, iam colorem mutent, sæpe collidantur, efferuescant, & in planiores decursus subsidant. Nemo tamen est ita sanæ rationis expers, qui flumina cum fontibus esse homogenea non fateatur. Ita in humanis actionibus accidere solet, in quibus diuinæ constantis & immutabilis iustitiæ splendor & puritas perpetuo elu-

ceſcit, ſed quæ ab ea, tanquam perenni fonte proficiſcuntur iura, ſæpe pro rei, loci, perſonæ & temporis occaſione variant, nunc hoc, nunc illud vel affirmatiue, vel negatiue præcipiendo ſtatuant, vti ex his iuribus venãdi, aucupandi & piſcandi clarißime apparet. Et quis quæſo iura cum iuſtitia eſſe homogenea negaret? Ius enim à iuſtitia nuncupatur, ſicut filia à matre, & ius à iuſtitia, ceu riuulus vberrimus defluit. Ideo autem potiſſimum hoſce de iure venandi, aucupandi & piſcandi tractatus in lucem edi curaui, vt ijs, qui hiſce egregijs exercitationum generibus delectantur, illorum ius, quo nempe iure, quæve iuſtitia tam in foro conſcientiæ, quam exteriori venari queant, vtcunque planum & apertum fiat. Huius autem dedicationis duæ è pluribus ſunt præcipuæ cauſæ. Prima eſt humilima mea & ſumma erga V. C. totamq; Domum Palatinatus, in qua ego natus & educatus ſim, obſeruantia & pietas. Ad quam me vehementer incitant, & mirifice inflammant V. C. virtutum amor, atque admiratio, vt nihil mihi vnquam dulcius & ſuauius ſit, quam de illis legere, loqui vel audire. Altera eſt, dictorum Tractatuum materia nobilis, quia cum venatio ſit exercitium nobile, & peculiarè Regum, Principum, Comitum, Baronum & Nobilium; nulla enim re hi omnes magis delectantur & recreantur, quam venatione, cum ſit meditatio rei bellicæ, in qua omnia bellica exercentur. Etenim in ea ſummo mane ſurgere, equitare, currere, atroces feras obſeruare, excipere & iaculo petere, æſtum frigúſque perferre, ſæpe etiam famem pati neceſſe eſt. Vnde plane decuit, hoſce Tractatus ſub V. C. patrocinio in lucem

prodire,

prodire, quo Zoilorum morsus securius euitare possint. Sed ne longior sim, quam epistolæ leges ferant, dicendi finem faciam; illud tantum reliquum esse video, vt quanta possum animi veneratione ac submissione, hosce V. C. dicatos tractatus commendem, ac rogem, vt hoc qualecunque munusculum, & mei erga V. C. testificandi amoris atque obseruantiæ indicium clementissime suscipiat, adeoque me ad maiora pro insita vel potius innata magnanimitate sua accendat: id si fecerit V. C. nulla res mihi dubitationem affert: quin ex ea re mirificam animo voluptatem aliquando sit perceptura. Deus Opt. Maxim. V. C. ad suæ diuuæ Maiestatis gloriam, & totius Domus Palatinatus incrementum, propagationemque atque adeo omnium denique subditorum conseruationem, defensionem, pacem & tranquillitatem, saluam & incolumem quam diutissime tueatur & conseruet. Spiræ Nemetum, Anno redemptionis nostræ M. D. C V.

V. C.

Deuotissimus atque
humillimus,

HELIAS KEMBACH, *ciuis & Bibliopola Spirensis.*

ELEN-

ELENCHVS CAPITVM HOC IN TRACTATV Dn. Friderici Pruckmanni I C. de Venatione, contentorum.

PROOEMIVM. fol. 1.

I. CAPVT. Venatio an sit regalibus computanda? fol. 1
II. Quid sit venatio? 4
III. Quotuplex sit venatio? 13
IV. Quibus permissa sit venatio? 15
V. Venatio quando permissa? 34
VI. Venatio vbi permissa? 35
VII. An, si in sylua mea alius venandi ius habeat, possim arbores complures simul, semelq; exscindere? 43
IIX. Glandis legendæ ius in sylua, quæ venationem debet, cuius sit, an eius, qui venationis iura possidet, an domini, cuius sylua est propria? 45.

ELENCHVS QVÆSTIONVM, QVÆ IN HOC Tractatu D. Sebastiani Medices I C. Clariss. de Venatione, Aucupio & Piscatione continentur.

PARS I.

PRÆFATIO. fol. 47.

I. QVÆSTIO. Quid sit venatio; & quotuplex? 52
II. Quo iure sit inuenta venatio? 53
III. Vtrum venatio sit licita? 55
IV. Quibus modis seu causis non liceat venari? 57
V. Vtrum venatio possit prohiberi per Principem? 58
VI. Vtrum in alieno fundo venari liceat? 61
VII. Vtrum restituendum sit, quicquid captum fuerit in venatione, piscatione & aucupio? 62
IIX. Vtrum venatio liceat clericis? 68
IX. Quæ sit pœna clerici venantis, venatione prohibita. 70
X. An venatio possit prohiberi, ne fiat cum quibusdam retibus vel alijs instrumentis aptis ad ferarum depopulationem vel harum periculum? 72
XI. Venatio an prohiberi possit certo tempore? 72
XII. An licitum sit venari cum armis? 73
XIII. An licitum sit fossas aprorum, vrsorumve causa capiendorum facere, vel laqueos ponere? 73

XIV. An liceat piſcatoribus accendere lumen in littore maris? 74
XV. Vtrum vſufructuarius habeat redditum venationis. 74
XVI. Venationis fructus, an ſint fructus induſtriales. 75
XVII. Feræ, piſces, & volucres vtrum computentur inter bona mobilia, an immobilia. 76
XIIX. Venationis, piſcationis & aucupij lucrum ceſſans vtrum peti poſſit. 77
XIX. Vtrum damnum datum ex cauſa venationis reſarciendum ſit. 78
XX. Iactus retis an poſſit vendi. 78
XXI. Decima an eccleſiæ ex piſcationibus & venationibus ſoluenda ſit. 78
XXII. Piſcator ius in aqua habens, an expenſas contribuere teneatur. 79
XXIII. An venatoribus aliquid donare licitum ſit. 79
XXIV. Exceptio contra aliquem data, quod ſit venator, de quanam venatione intelligi debeat. 80
XXV. Venator fundum alienum ingrediens, domino non prohibente, an poſtea expelli poſſit. 80
XXVI. Venator an adhuc in fundo retineri poſſit, vt reddat, quod percepit. 80
XXVII. Ius venandi, piſcandi & aucupandi an ſit de regalibus? 81
XXIIX. Ius piſcandi an priuilegio Principis acquiri poſſit. 82

PARS II.

I. QVÆSTIO. Ius venandi, piſcandi & aucupandi, an præſcriptione quæri poſſit? 83
II. An ius venandi, piſcandi & aucupandi ſit actio realis, vel perſonalis. 86
III. Quæ actio pro deteriorata venatione competat? 88
IV. Statutum, quod nullus tali in loco venari poſſit, an valeat? 88
V. Conſuetudo venationem, piſcationem & aucupium prohibens, num habeat locum. 89
VI. Furtum in venatione quando committatur. 89
VII. Venationem an feudatarius prohibere poſſit. 89
IIX. Prohibens venationem, cum non habeat ad id poteſtatem, qua actione conueniri poſſit. 90
IX. Interficiens aliquē in venatione, an de homicidio teneatur. 90

X. Serui an dominis suis venari volentibus obedire teneantur, venatione prohibita. 90
XI. Serui an pœna afficerentur, qui in ludum venatorium damnati sunt. 91
XII. In via publica an venari liceat? 91
XIII. Mutuo dans alicui centum, an in sortem, quod accepit, computare teneatur. 92
XIV. Capiens lupam vel vulpem prægnantem, an vnum vel plura præmia habere debeat. 92
XV. Ceruus à venatore captus, an sit capientis? 92
XVI. Leones mansueti num occidi debeant ac possint. 93
XVII. Fera à canibus fugata, an occupantis sit. 93
XIIX. Fera in venatione vulnerata, an sit vulnerantis, an capientis. 93
XIX. Quem de ore lupi surripiens, an quod accepit, eius fiat. 94
XX. Fera si in laqueum incidit, an mea sit, an capientis. 95
XXI. Piscatio an sit concessa? 95
XXII. Genus piscandi quotuplex sit? 97
XXIII. An quis in fundo alieno piscari possit? 98
XXIV. Pisces vtrum possideri dicantur. 99
XXV. An quis possessionem vel quasi piscando adipisci possit? 99
XXVI. Princeps an alicui concedere possit, vt ipsi soli in certa maris parte piscari liceat. 100
XXVII. Aqua aucta, vtrum ius piscandi quoq; augeatur? 100
XXIIX. Populo crescente, vtrum ius portandi pisces augeri debeat? 101
XXIX. Piscationis conductor an piscinam omnino euacuare possit ac debeat? 101
XXX. Piscationes quibus in aquis sint communes? 101
XXXI. Piscatores vtrum appellentur negotiatores. 102
XXXII. Pisces in retibus capti, an sint capientium. 102
XXXIII. Concessum mihi ius aquæ ducendæ ad piscariam, an sit seruitus realis? 102
XXXIV. Lacu vendito, an naues piscatoriæ quoq; veniant? 103
XXXV. Volucres vtrum sint capientium. 103
XXXVI. Apes an capientium sint? 103
XXXVII. Columbæ an capi possint. 104
XXXIIX. Accipiens accipitrem cũ fœtis, an restituere teneatur? 104
XXXIX. Gallinæ & anseres an capi possint. 105

XL. Pauo-

XL. Pauones vtrum capientium sint. 105
XLI. Venationis vtilitas quænam sit. 105
XLII. Venatio an sit nobile exercitium, & ad eos pertineat? 107
XLIII. Quinam scriptores de venatione, piscatione & aucupio proprie locuti sint. 108

ELENCHVS CAPITVM HOC IN TRACTATV Dn. Georgii Mor de Nigro-monte Brigantini, de iure Venandi, Aucupandi & Piscandi contentorum.

PARS I.

I. CAPVT. Generalia & quædam specialia traduntur de Venatione & Piscatione. fol. 1
II. An venatio ferarum, Principum, Comitum, Baronum & aliorum Dominorum merum & mixtum imperium, nec non reliqua Regalia ex concessione Romanorum Imperatoris vel Regis habentium, propria sit, & an eandem priuatis ac subditis suis iuste prohibere possint. 12
III. Venantes in alienis syluis & saltibus, an furtum committant, & quando ad restitutionem obligentur. 25
IV. Venantes in locis vetitis, an corporali vel pecuniaria pœna plecti vel puniri possint. 30
V. Furtum committunt, qui feras inclusas muro vel sæpimento, & pisces in piscinis aut stagnis repositos capiunt & auferunt. 36
VI. Piscari in mari & fluminibus publicis, omnibus licet; traduntur tamen aliquot casus, quibus piscatio in mari & fluminibus publicis prohiberi potest. 43
VII. Flumina publica ac eorundem reditus piscationũ, seu vectigal piscatorum, tanquam regalia, an in cõcessione feudi veniant. 81
IIX. Late discutitur quæstio: an fera vulnerata sit vulnerantis, an vero capientis. 54
IX. Vsufructuarius, an habeat redditus venationis, piscationis & aucupij: Et an seruitutem iuris venandi cõstituere possit in fundo, cuius vsumfructum habet, & quid iuris in vasallo. Item feræ, pisces & volucres, an inter bona mobilia vel immobilia computentur. Et deniq; vendito fundo vel stagno, an censeantur etiam venditi pisces in eo existentes. 89
X. Venationis, piscationis & aucupij lucrum cessans, an peti possit? & an piscatoris vel venatoris percussi operæ præsentes, & futuræ æstimari possint? 63

ELENCHVS CAPITVM

PARS II.

CAPVT I. De præscriptione iuris venandi, & tempore ad hoc ius acquirendum requisito. 67

II. Inquiritur adhuc, an omnino verum sit, ius venandi præscribi spatio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes cum titulo: sine titulo vero spatio 30. vel 40. annorum. 73

III. Ius venandi an sit seruitus personalis vel realis: Et an dominus syluæ seruitutem venandi deteriorem facere possit. Et denique fructuel, iura cuiusque [illegible] 82

IV. Quomodo probetur ius venandi, & an patientia & scientia aduersarij sit necessaria in præscriptione seruitutis iuris venandi. 86

V. In probanda seruitute iuris venandi ex actibus possessorijs, an testes singulares sufficiant, & quid faciendum iudici, quando non solum actor, sed etiam reus contendit, se in iuris venandi quasi possessione esse, & testes actoris & rei contraria de actibus possessorijs testimonia dixerint. 92

VI. Inquiritur, quod sit iudicis officium, quando actor & reus iuris venandi actus possessorios pariter testibus probat. 96

VII. Quomodo consulendum sit Principi, Comiti, Baroni vel Nobili cuius saltuarij, venatores, canes venatici, plagæ, retia & alia instrumenta ob contentiosam quasi possessionem iuris venandi, aucupandi & piscandi capiuntur, pignoriq; accipiuntur? 103

VIIX. Pignorato in iure venandi an liceat rursus repignorare, necne. Et si non licet, quomodo ei sit consulendum. 106

IX. Conuentus super iure venandi; an & quatenus priuilegium primæ instantiæ habeat, vel non. Item traduntur duæ breues formæ libelli, vna super vtili interdicto vti possidetis: altera super actione confessoria. 109

X. Venatio quando & quibus ex causis reddatur illicita. 112

XII. Homicidium si in venatione committatur, an & qua pœna sit puniendum, & de opera licita & illicita ad casuale homicidium quædam traduntur. 116

XII. Quæ sit vtilitas venationis, aucupij & piscationis. 120

XIII. Disputatio iuridica de iure venandi, aucupandi & piscandi. 120

CLA-

CLARISSIMI VIRI

DN. FRIDERICI PRVCKMANNI, FRANCOFVRTI AD ODERAM, I. V. D. &c. TRActatus siue Explicatio

§. VENATIO.

Partitio 1. §. Venatio.

VTI, dum Rubricam capituli nostri auspicari exordiebamur, polliciti sumus, Rubricæ explicationi, de Venationibus doctrinam, connectere: Ita, id nobis reipsa explere, individuæ trinitatis postulato suffragio, nunc cordi est. Conficietur autem idipsum, sequenti methodo. Videbimus enim

1 *Venatio an sit regalibus connumeranda.*
2 *Quid sit Venatio.*
3 *Quotuplex.*
4 *Cui permissa.*
5 *Quando permissa.*
6 *Vbi venatum exercere liceat.*
7 *An si in Sylua mea alius venandi ius habeat, possim arbores complures simul & semel excindere.*
8 *Glandis legendæ ius in Sylua, quæ Venationem debet, cuius sit, an eius, qui Venationis iura possidet, an domini, cuius Sylua est propria.*

BIBLIOTECA ROMA EMANUELE

CAPVT I.

Venatio an sit regalibus computanda?

1 *Verba legis vbi deficiunt, ipsa quoq; deficit dispositio.*
2 *Casus omissus in dispositione iuris communis remanet.*
3 *Lex quæ non dicit, nec nobis dicenda.*

4 *Ea, quæ notabiliter fieri debent, nisi expressè pronuntur, consulto quasi omissa videntur.*

5 *Si id, quod minus videtur inesse, ineſt, multo magis id, quod magis eſt, inerit.*

6 *Expressum non id tantum dicitur, quod verbis expressum eſt, ſed & id, quod ex mente legis ſeu verborum eiuſdem infertur, atq; colligitur.*

7 *Lex manus dubium decidens, minus dubium deciſum velle, ambigi non oportet.*

8 *Opinio, quam adiuuat conſuetudo, reliquis omnibus præferenda.*

1 SVbſiſtendum ideo † videbatur quorſum referēda eſſet Venatio, qui Imperator in textu noſtro omnes regaliorum ſpecies enumerare ſibi proponens, nullam tamen venationis mentionem facit. Vnde conſequens erat. Venationes regaliorum albo haud inſculpendas, cum iuris clari ſit: Tum, quod, vbi deficiunt legis verba, ipſa quoque deficiat diſpoſitio. *l. quod conſtitutum. ff. de teſta. milit. l. ita autem. in princ. ff. de admin. tut. l. 4. 5. toties. ff. de damn. infect. & indemnitatibus. § ſed cum eas. de elect. libr. 6. Bald. l. illam. num. 1. C. de collat. Angel. l. qui ſe patris. num. 136. C. vn. lib. Hipp. de Marſ. l. qui falſam. num. 86. ff. ad l. Corn. de falſ. Crott. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. num. 16. ff. de verb. oblig. Cæſar. Contard. l. diffamari. c. 4 num. 152. C. de ingen. manum. Zoanet. l. 2. nu. 94. C. de pact. int. emt. & vendit. Thom. Ferrat caut. 9. nu. 4. Tiraq. de vtroq; retr. p. 1. §. 2. gl. 1. nu. 15. Tiraq. rep. l. ſi vnquam verb. liberti. nu. 2. C. de reuoc. don. at. vbi complurimos alios in id congeſit Borg. Caualc. tract. de tut. & curat. num. 98. Menoch. tract. de remed. poſſ. adip. remed. 4. nu. 133. Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 13. num. 17. & lib. de pignorat. c. 14. num. 10.*

2 Tum: quod caſus † omiſſus, in diſpoſitione iuris communis remanere debeat. *l. ſi extraneus. ibi Bart. nu. 1. Raph. Fulg. in pr. Inſt. num. 1. & DD. ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſec. l. ſi cum dotem. in pr. ff. ſol. matr. l. commodiſſime. ibi Bart. in pr. Alex. nu. 2. Iaſ. n. 1. & DD. ff. de lib. & poſthu. c. ſuſceptū. de reſcr. lib. 6. Ferrat. caut. 24. nu. 2. Dil. tract. de art. teſt. tit. 5. caut. 5. nu. 1. & caut. 25. n. 1. Afflict. deciſ. 238. num. 1. Boer. in conſuet. Bitur. tit. de præſcrip. § 6. gloſſ. 2. ibi apoſt. Cur. tract. feud. 2. p. 3. p. p. nu. 54. Euerard. in top. in l. ab æquipoll. nu. 13. Peckius tr. teſt. coniug. lib. 4. c. 37. n. 1. & lib. 5. c. 1. ante. n. 1. c. 2. n. 2. & c. 20. n. 1. Mantic. tract. de coniect. vlt. vol. libr. 3. tit. 19. ſub. num. 5. Tiraq. tract. de iur. primig. q. 40. n. 194. Torg. Caualc. tr. tut. & curat. num. 82. Hartman. Paſtor. q. 3. n. 22. libr. 1. Rayner. de Forliu. l. omnes populi. n. 104. ff. de iuſt. & iur. Ioh. Hanibal. l. naturaliter. n. 286. ff. de vſucap. Sapia. l. 1. num. 61. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. Hamb. l. nemo poteſt n. 254. ff. de leg. 1. Crott. rub. num. 36. ff. de acquir. poſſ. Neuizan. Syl. nupt. lib. 1. num. 208. ad fin. Seraphm. de Seraphin. tract. de priuil. iuram. priuil. 73. num. 31. Hippolyt. de Marſ. conſil. 13. num. 14. conſ. 30. num. 1. conſil. 61. n. 2. conſ. 101. num. 6.*

3 Tum: quod ea, quæ † lex non dicit, nec nobis quoque dicenda ſint, *l. illam. §. de collatione. ibi Cyn. poſt pr. Bart. nu. 1. Salyc. nu. 1. Alex. nu. 1. Iaſ. nu. 6. Dec. nu. 5. & DD. C. de collat. l. fin. C. vnd. vi. c. conſuluiſti 2. q. 5. c. inter corporalia. §. ſed neq;*

sed negᷣ extra de translat. episc. c. ill. i. extra. ne sed. vac. c. is qui. de sent. excom. lib. 6. Bald. tract. schismat. in pr. n. 3. Cæsar. Contard. l. vn. not. ab. i. n. 5. C. si de moment. poss. fuer. appel. Neuiz. Syl. nupt. lib. i. n. 223. Hipp. de Marc. cons. 53. n. 33. Rol. a valle cons. 45. nu. 38. vol. 1. Tiber. Decian. cons. 1. num. 149. & cons. 62. nu. 78. vol. 3.

Tum: quod ea, quæ notabiliter fieri debent, nisi expresse ponantur, consulto quasi omissa, neglectaq; videantur. *gl. auth. qua in prouincia. verb. excipitur. C. vbi de crim. agi oport. Tiraq. de LL. connub. gl. 7. num. 98. Pinellus l. 2. p. i. c. 1. nu. 3. C. de rescis. vendit. text. l. item apud Labeonem. ff. de iniur. cum aliis doctorum auctoritatibus superius allegatis.* 4

Sed his nil† quicquam obstantibus, in contrariam eundum est sententiam. Textus enim noster hic expresse piscationum meminit; & inter regalia recenset. Iam vero nemo tantopere rerum omnium ignarus est, qui Venationem ferarum nobiliorem, præstantioremq; piscium piscationi esse, inficias ibit: Consequitur ergo, Venationem ius regale esse, textu nostro, satis concinne decidi posse. Si enim, quod minus videtur in esse, ineſt, multo magis & id, quod magis, inerit. *l. fin. ibi gl. verb. septuagenario. C. qui æt. lib. 10. l. 3. C. de condict. indeb. l. si quando. C. de testib. l. si non singuli. C. si cert. pet. auth. multo magis. C. de sacrosc. eccles. l. i. §. sed consulto. ff. de his quæ in test. delent. l. qui pignoris. ibi Ioh. de Imola. n. 1. de acquir. poss. l. 2. §. quædam. ibi gloss. verb. vt non sit. ff. de interd. l. penult. ff. si quis caut. l. si adulterum cum incestu. §. liberto. ff. ad l. Iul. de adult. §. filius familias. vers. quis enim ibi. Bald. nu. 2. Inst. quib. mod. ius. pat. pot. sol. c. quæsta. 13. q. 2. c. cum in cunctis. in pr. ibi Abb. num. 5. & DD. extra. de elect. c. inter corporalia in pr. ibi Ant. de But. not. ab. 4. ex. de transl. epis. c. quemadmodū. vers. alioqui. ext. de iureiur. Abb. c. Venerabilem. n. 6. per all. tex. ext. qui fil. sint legit. Iaſ. l. quæ de legato. n. 4. ff. de leg. a. Iaſ. l. si quādo. §. & generaliter in fine. C. de inoff. testā. Neuiz. Syl. nupt. lib. i. n. 223. vers. à maiori.* 5

Nec obstant† in contrarium adductæ rationes, quia casum Venationis satis in textu nostro exprimi, expresseq; poni palā est. Tum, quia expressum in lege, non id tantum, quod verbis expressum est, verum etiam quod ex mente legis, seu verbis ipsius infertur, atq; colligitur, dicitur. *Bart. l. prætor ait. in pr. n. 1. ibi Iohan. de Imola. n. 2. Alex. n. 1. Raph. Cuman. nu. 3. Iaſ. n. 3. cum seqq. per tot. text. ff. de oper. nou. nunc. Bald. l. Ad probationem. lect. 1. n. 3. C. de probat. Bald. l. fin. nu. 10. C. de his qui ant. ap. tab. Tiraq. de LL. connub gl. 7. n. 85. Aym. Crau. tr. de ant. temp. p. 1. §. ampliatur. nu. 38. Borg. Cauale. tr. de tut. & cur. n. 84.* quam esse communem opinionem post Baptist. à Villalob. attestatur Eman. Soarez. *in suis com. opin. lit. E. n. 133. Marius Salomon. l. Gallus. in prin. vers. mihi noua. n. 22. ff. de lib. & posth. Lancell. Galiaula. l. centurio. nu. 301. ff. de vulg. & pupill. Fr. Nicontius Rubr. n. 52. C. de edend. Crauel. l. cum filio. nu. 7. & 9. ff. de leg. 1. Tiber. Dec. cons. 34. nu. 98. & 101. vol. 3. Cephal. cons. 342. nu. 84. cons. 308. nu. 47. vol. 3. per l. 1. §. sin autem. ibi Bart. & l. quoties. §. 1. ff. de haered. inst.* 6

7 Tum: quia lex † maius dubium (de piscatione puta) decidens, quod minus dubium est, decisum velle, ambigendum non est. *Hieron. Laurentius l. in fideicommissariam. num 59. ff. ad Trebell. per trad. Bart. l. nec in ea, num. 2. ff. ad l. Iul. de adult. iuncta l. non debet. ff. de reg. iur.*

8 Quod si ex textu † nostro, Venationem inter regalia referri, elici non potuisset, dicendum, quandoquidem consuetudo totius Germaniæ hoc stricte observat, nihilominus fuisset idipsum. Iuris enim indubitati est, opinionem, quæ consuetudinem receptam, approbatamq; habet sociam, reliquis omnibus missis, sequendam, sectandamque esse. *Bertach. in repert. verb. opinio. vers. 8. Ias. l. post dotem. num. 100. ff. solut. matr. Alc. tra. de præsumpt. 30. num. 3. post Mathesilan. quem allegat Octauius Simoncellus tr. decret. tit. 1. nu. 68. vbi Dec. Roch. Curt. & Corac. idem tradentes refert & esse communem opinionem atteſtatur Eman. Soarez in ſuis comm. opin. lit. O. num. 17. Abb. conſ. 26. num. 5. lib. 2. Alexand. conſ. 19. num. 13. volum. 7. Tiber. Decian. conſil. 44. nu. 9. conſ. 46. num. 130. & 133. & conſ. 52. num. 1. vol. 2. per l. cum de interpretatione. ff. de LL. c. cum dilectus. extra de conſuetud.*

CAPVT II.

Quid sit Venatio?

1 *Diffinitio Venationis.*

2 *Venatio ius est reale, secundum aliquos, quorum opinio notatur.*

3 *Personalia cum Persona exstinguuntur.*

4 *Venatio à re Persona debetur.*
Ius reale, seu prædiale est, quod à re rei pro vsu, vtilitateque, vicini prædij debetur.

5 *Fundi appellatione totus etiam populus continetur.*

6 *Ius prædiale seu reale consistere non potest, nisi in duobus prædiis, quorum alterum dominans, alterum seruiens erit, & confusione horum exstinguitur.*

7 *Actio & passio in vno eodemque subiecto minime insunt simul, & vno respectu.*

8 *Res sua nemini seruit.*

9 *Venatio est fructus iurisdictionis secundum Zoanettum, qui similiter redarguitur.*

10 *Princeps arcem suam mercatori, vel alij cuipiam vendens, ratione arcis vendita, minime venandi ius in eum transfert.*
Effectus abs q; causa esse nequit, ibid.

11 *Venatio in generali concessione vel alienatione non comprehenditur, cum sit ius regale, sed specialiter concedatur oportet.*

12 *Venatio est ius personale, mere & simpliciter.*

13 *Venatio cum persona cuiusq; qui venandi ius habet extinguitur, sed hæredi defuncti*

functi noua inuestitura redintegratur, illique nouum venandi ius acquiritur.

Vsusfructus pro se, & haeredibus constitui potest, qui nouus in persona haeredis exoritur, ibid.

14 *Bestiae appellatione, nisi aliud communi loquendi vsu introductum sit, fera tantum animalia veniunt.*

15 *Aduocatus non opus habuisset falsis allegationibus vti, ad probandum id, quod asinus bestia non sit, de quo aduocato habetur apud Mathesilan.*

16 *Res nullius cedunt occupanti.*

17 *Bestiae in sylua principio eius non sunt, sed tum demum, cum capiuntur, eius fiunt.*

18 *Ferae viuariis incluse, vti aues in cauea, pisces in piscina, sunt includentis, & capientis non fiunt.*

19 *Ferae priuiuariis incluse, inde elapse, pristinaq; laxitati restitutae, cedunt occupanti.*

20 *Ceruus cicuratus, qui in pascua ire redireq; solet, quam diu reuertendi animum retinet, occupanti non cedit.*

21 *Capricorni in Valesia cicurantur, vt domo exire, redireq; soleant.*

22 *Syluia apud Virg. iustam quiritandi causam habuit, cerno eius domato ab Ascanio sagitta confixo.*

23 *Ceruum cicuratum vel aliud animal capiens, furtum committit.*

24 *Bestia cicurata animum reuertendi deposuisse tunc iudicatur, cum viso domino, aut familiaribus eiusdem, quibus assuenerat eos fugit, vel quae diu in Sylua, non tamen aberrans, haesit.*

25 *Bestia, an pristinae sese laxitati receperit nec ne, iudicis erit arbitrium.*

26 *Bestia à Titio vulnerata, à Sempronio vero capta, sit Sempronij*

27 *Intellectus ad gl.* l. naturalem. §. illud. ff. de acquir. rer. dom.

28 *Venatori, qui bestiam vulnerauerat, quam diu eam persequitur, ea eripi iure non potest.*

29 *Idem quoq; iuris est, Si canes eiusdem bestiam vulneratam insectentur.*

30 *Bestiam in rete, vel laqueari alicuius capta, ei cedit, qui è casse, vel laqueari dissoluit.*

31 *Lepus vel cuniculus ades alicuius ingressus, si dum dominus adium eos includere cupit, elabuntur, & à tertio ineluduntur, fiunt includentis.*

32 *Animal meum à lupis raptum, at q; tuis canibus lupo abactum, tuum non fit, sed mihi restituendum est.*

33 *Bestiam alicuius esse, apparet ex signis.*

34 *Ceruus monili, vel falco sonalcis argenteis ornati, occupari non debent, sed si caperentur, & penes capientem morerentur, capiens in factum actione teneretur.*

35 *Ceruus monili ornatus, pristinæ lxtitati sese recepisse videtur, si ex annorum numero monili insculpto appareat, multum iam effluxisse temporis, cum torques collo alligaretur atque tunc capienti ceruus cedet.*

36 *Bestia vt ex signis, alicuius esse, æstimari possit, oportet signa non esse naturalia, sed talia, quæ hominis manum, atq; operam deposcant.*

37 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*

38 *Principes multum delectantur Venatu.*

39 *Alexander Magnus insignis Venator.*

40 *Heroes alij Venatores.*

41 *Alberti Imperatoris apophthegma.*

42 *Henricus I Imperator, aucupio cognomen ex Venationis studio inuenit.*

43 *Maximilianus I. Imperator, aliquoties, dum venaretur, in vitæ discrimen adductus.*

44 *Venatio immodica non laudatur.*

45 *Commodum pecuniarum proprium rusticorum & mercatorum principibus autem & nobilibus res indignissima.*

46 *Venatio, typus veræ militiæ, & rerum bellicarum.*

47 *Pelopidas ex Venatione rerum bellicarum administrationem excogitauit.*

48 *Venatio animum acuit, corpusq; robustius efformat.*

1 CIrca secundum † caput concludo: Venationem esse ius personale hodie solis principibus & nobilibus concessum, quo bestias, quæ, in dominio nullius sunt, cum canibus vel absq; canibus in fundo proprio, vel alieno delectationis, vel cõmodi gratia persequi, & capere licet.

2 Genus huius † diffinitionis personale est, de quo genere maxima inter nostrates est controuersia. Alij enim Venationem ad seruitutum realium speciem crinibus quasi trahere conantur, antesignano. *Zasio singul. intell. lib. 1. c. 11. per tot. Zas. in §. æque. n. 24. Inst. de action. Zasio cons. 6. col. fin. lic. 2. quem sequitur Gail. lib. de pignor. observ. vlt. n. 7.* Pro qua opinione iudicatum in Camera imperiali attestatur idem *Gail. obs. 66. num. 2. lib. 2.*

3 Eo innixti fundamento: quod Venatio † ad hæredes transmittitur, quæ tamen, si personale esset ius, seu seruitus, vna cum persona extingueretur, *l. vsus aquæ. ff. de vsu & hab. l. Lucius. ff. de seruit. rustic. prad. l. sicut in annos. §. morte. l. si vsusfr. ciuit. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. l. cum in fundo. in pr. ff. de iur. dot. l. in omnibus causis id obseruatur. & l. priuilegia. ff. de Reg. Iur. l. Stychus. §. Titia. ff. de alim. leg. l. non solum. l. 2. §. tale. ff. de liber. leg. §. finitur. ibi Bald. n. 1. Inst. de vsufr. c. priuilegium de Reg. Iur. lib. 6. gl. l. si quis bina. ff. de vsufru. gl. l. 1. ff. de seruit. Bart. l. Sempronius. n. 1. ff. de vsufr. l. Bald. l. vn. §. exceptio. nu. 2. C. de cad. toll. Ias. §. æque. num. 9. Inst. de act. Capol. tract. de seruit. vrb. prædior. c. 3. n. 1. Bald. caut. 8. Dilect. tract. de art. test. tit. 6. caut. 42. num. 1. & caut. 57. num. 3. Marian. Soc. l. 4. §. Cato. n. 153. ff. de verb. obl. Bertach. in repert. verb. seruitus perditur. vers. 4.*

verſ.4.Gomez.var.reſolut.lib.2.c.15.n.19.Menoch.tract.de remed. poſſ.retin.remed. 6.num.26. Borgn.Canale.tract.de vſufr.mul.rel.num.81.

Sed hoc fundamentum † ea facile euertitur ratione, ſi conſidera- 4
uerimus, Venationem non à re rei, ſed perſonæ, illi etiam, quę in vicinia prædium nullum poſſidet deberi. Igitur ius reale, ſeu prædiale minime erit: Cum ius reale ſeu prædiale illud ſit, quod à re rei, pro vſu, vtilitateque vicini prædij debetur. *l. quoties.la.1. in pr.ff.de ſeruit.l.ergo. §. nec hauſtū. ff.de ſeruit.ruſt.prad.l. ubi gl.verb.non poſſunt. & Bart. ff. comm. prad. l. qui alie-na.§. fin.ibi Bart.num.1. ff.de neg.geſt.§.adeo autem.Inſtit.de ſeruit.l.vnus ex ſocijs. ff.de ſeruit.ruſtic.prad.AZO.in ſum.verſic.& eſt hoc generale. C.de ſeruit. Bart. l.1. n.2.ff.cod.Bart.l.vt Pomum.ibi Caſtr.n.1.2.& 3.Fulgoſ.n.1.ff.eod.tit.Bald.l.ergo.§. Neratius.n.1.2.& 3.ff.de ſeruit.ruſtic.prad. Bald.l.qui ſiltos.nu.3. C.quæres pig.obl. poſſ.Caſtr.l.2.n.3.ff.ſi ſeru.vend. Caſtr.rub.n.1.ibi Fulg.n.4.ff.de ſeruit.Caſtr.l.ſi a-des.§.libertas.nu.2.ff.de ſer.vrb.prad.Raphael.Fulg.l.pecorū paſcendi.num.2.ff. de ſeru.ruſt. prad.Aug.Aret.§.inter ruſticorum.n.2.Inſtit.de ſeruit.Capol.tract.de ſeru. vrb.prad.c.2.in princ.1aſ.l ſi domus.§.ſi fundus.nu.22.ff. de leg. 1. 1aſ. l. huiuſmodi. §. ædes num. 2. ff.eod.tit. 1aſ.l. ſi prius.nu. 11. ff. de oper.nou.nunc.Boer.Deciſ.212. num. 22.Menoch.tract.remed.poſſ.ret.remed.6.num.28.*

Quod obſtaculum † multum ſibi obuerſari Zaſius cernens, con- 5
fitendo remotum iri arbitratur; dicit enim Venationem omnimodo à re rei deberi, puta ex hoc nemore, ſylua, arbuſto, ſaliceto, &c. Vicinæ villæ, ciuitati, monaſterio, nobilium familiæ &c. Imo fundi vocabulo totos populos, ex Cicerone *pro M.Marcello* (quod tamen Cicero ibi. *parcant mihi amplißimi viri manes*, minime dixit, ſed *pro l. Cornelio Balbo*, fundi Vocabulo, in ea ſignificatione aliquoties vſus eſt) contineri affert. *Zaſius in locus ſuperius alleg.* Sed Zaſius dum elabi nititur, in priſtinum Labyrinthum incidit, nec quicquam ad contrarij reſolutionem rationes adductæ conducunt. Quod enim dicitur, ius Venationis ex hoc nemore villæ vicinæ deberi, non de villa ipſa, quid enim ad Venatum ineptius? Sed de hominibus villæ habitatoribus intelligitur. Si igitur hominibus, & ſic perſonæ debetur, qui ius reale, ſeu prædiale eſſe poterit?

Accedat quoq; contra Zaſium † & aſſeclas Venationem plerumq; 6
illi deberi, cuius eſt territorium. Ergo ius prædiale non erit. Ius enim prædiale duo requirit prędia, alterum dominans, alterū ſeruiens, & per acquiſitionem amborum prædiorum (quam confuſionem noſtri appellitant) extinguitur, adeo quidē, vt interitū alterutrius prædij ſemel exſtinctū, minime reuiuiſcat, ſed in perpetuum extinctum remaneat. *l.ſi quis ædes.ibi Bart.Florian. Caſtr.num.2.& DD.ff.de ſeru.vrb.prad.l.ſi communi.ibi Bart.ff. de ſeru.ruſt.prad.l. Papinianus.ff.de ſeruit.l pluribus.§.1.ff.de verb.obli.Bertach.in repert.verb.ſeruitus perditur.n.20.verſ.vlt.& n.30.verſ.30. Capol. tract. de ſeruit.vrb.prad.c.24.num.2.*

Actio

7 Actio enim & passio † vni eidemque subiecto inesse minime possunt *l. Vranius versic. sed cum duo. ff. de fideiuss. l. si hominem. §. qui debitorem. ff. de solut. l. debitor. ff. de separat. l. si vxor tua. ibi Bald. num. 1. C. de bon. author. iud. possi. l. si quis pro eo. §. 1. ff. de fideiuss. glossa magna. l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. l. si. l. debitori. num. 4. ibi Curt. n. 2. C. de pact. l. si. l. huiusmodi. §. ædes. num. 2. ff. de leg. 1. Iohan. de Arnon. caut. 70. l. si. l. cum filiofam. n. 16. ff. de leg. 1. And. ab Exea tr. de pact. num. 365. Bertach. in repert. verb. actio. el 1. num. 7. vers. 8. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 2. §. 55. gl. 3. nu. 3. Ripa resp. 86. num. 5. Scharpff. int. conf. Brun. cons. 141. n. 8. Tib. Decian. cons. 36. nu. 38. vol. 1. cons. 45. nu. 16. cons. 106. nu. 3. vol. 2.*

8 Nec res † propria alicuius illi seruire potest. *l. vti frui. ff. si vsusfruct. pet. l. in re communi. ibi Cast. num. 5. ff. de ser. vrb. præd. l. proprium. & l. quicquid. ff. com. prædl. l. cum in fundo. ff. de iur. dot. gl. inst. de vsufr. in pr. verb. alienu. l. si. d. l. huiusmodi. §. ædes. nu. 2. ff. de leg. 1. Capol. tract. de seru. vrb. præd. c. 24. nu. 1. Afflict. decis. 361. nu. 25. Ludou. Bologn. l. qui viam. n. 49. ff. de oper. no. nunc. Molinæus in consuetu. Paris. tit. 2. §. 55. gl. 3. num. 3. Ronchegall. l. si id quod. num. 5. ff. de duob. reis. Menoch. 1. remed. poss. retin. remed. 6. num. 6.*

9 Alij deinde mediam quasi viam eligentes, venationem † seruitutem realem esse, negarunt, sed nec simpliciter ius personale esse voluerunt. Quapropter ius, seu fructum iurisdictionis censuerunt. Quæ est opinio *Zoanetti l. 2. nu. 204. C. de pact. int. emt. & vendit.*

Idq; ab effectu demonstrare nititur multis Germaniæ nobilibus
10 post bellum † protestantium, Anno Christi 1546. aut sopitum, aut confectum, iurisdictionem inquit, ob crimen læsæ maiestatis ereptam esse, quos postea restitutos simpliciter, prius tamen venandi ius nõ recuperasse, quam iurisdictionem receperint. Item principẽ, vendendo arcem, quam prius inhabitarat, cuipiam mercatori, aliumq; locum, abiectum licet, vt domicilium, constituendo, nullo modo tamen ius venandi in mercatorem emtorem transtulisse. Rationem existimat acutissimus Zoanettus eam, quod Iurisdictio penes principem remanserit, vnde mercatori emtori venationem competere non posse infert, siquidem effectus absq; causa esse nequeat. *Marius Salomonius l. Gallus. §. quid si is. num. 23. ff. de lib. & posth. arg. l. penult. ff. quæ res pig. obl. poss. l. huiusmodi. ff. quand. dies leg. ced.*

11 Ast, labitur † doctissimus Zoanettus, non causam enim, vt causam ponit. Etenim quod proscriptus ab imperio, deinde bannitorum albo exemptus, aq; principe in gratiam simpliciter receptus, Venationem non fruatur, item quod mercator, à principe emens arcem, Venatum non adipiscatur, non ea ratio causaque est, quod Venatio fructus sit, emolumentumque iurisdictionis, sed quod Venatio ius personale regaliorum sit, quod absque speciali, & nomine facta concessione, siue

absque

absque noua inuestitura non conceditur. Vt supra, *circa Rub. cap. 5.* abundantissime ostendimus.

Ego itaq; † apprime consideratis rationibus pro vtraque opinione militantibus, Venationem simpliciter ius personale esse, definiendam statui. Nec obstat, quod ad hæredes sit transitoria, cum tamen ius personale cum persona disparcat, atq; euanescat: 12

Nam & Venationem † cum qualibet persona, quæ ius Venationis habet, exstingui dico, sed deinde per nouam inuestituram in eiusq; hæredis persona redintegrari affirmo. Exemplo eius, quod de vsufructu pro se, hæredeque suo stipulato, iure cautum est, valere nempe stipulationem: Sed nouum in persona hæredis vsumfructum, iure quo vtimur oriri. *l. stipulatio ista. §. si quis ita. ibi Bart. num. 1. & 3. Castr. num. 1. Fulg. num. 2. Iohan. de Imola. num. 16. Alex. num. 1. & 5. Ias. num. 3. & DD. de verb. oblig. Paulus de Castr. l. ambiguitates, num. 3. C. de vsufruct. Fortun. Garc. l. Gallus. §. quidam recte. num. 64. ibi Anton. Rub. num. 133. ff. de lib. & posthum. Dec. tract. de art. test. tit. 6. caut. 57. num. 4.* 13

Dico bestias: *Bestiæ* † enim appellatione proprie, & nisi communi loquendi vsu aliud introductum sit, fera tantum animalia continentur, *l. 1. §. bestias. ibi Bart. in §. remouet. num. 1. ff. de postul. Bertach. in repert. verb. bestia. Ias. l. 3. §. Neruа. num 10. ff. de acquir. poss. Caccialup. Lomnes popul. nu. 243. ff. de iust. & iur. Ferrat. caut. 52. nu. 3. Ioseph. Masc. ard. tr. de prob. conclus. 190. n. 2.* 14

Vnde opus † non fuisset aduocato, Rubricam (quæ non habetur) *C. asin. pro best. non hab. lib. 12.* Montono iudici allegare, falsisq; allegationibus vti, de quo aduocat. Mathes. *sing. 96.* & alij passim. 15

Dico: quæ in dominio † nullius sunt: illæ enim tantum bestiæ: volucres, pisces q; maris, quæ antea nullius sunt, capientis fiunt: diuersum est, si dominum habeant. *§. fera igitur bestiæ. ibi Bald. num. 1. Ang. nu. 1. Ioh. de Plat. num. 15. Porc. num. 3. & DD. Inst. de rer. diuis. l. 1. in fine, cum 2. LL. seq. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. in princ. ibi Ias. num. 7. ff. de acquir. poss. l. vsufructuarium. ff. de vsufruct. Azo in summa Instit. de rer. diuis. Luc. de Penna l. fin. qua. 23. C. de quibus mun. nem. lic. se excus. lib. 10. Isern. c. 1. §. nemo retin. num. 31. de pac. ten. Fortun. Garc. in l. 1. §. ius naturale. num. 29. ff. de iust. & iur. Anton. Rubeus l. naturaliter. §. nihil commune. num. 19. ff. de acquir. poss. Chassan. consuet. Burg. Rub. 13. §. 1. numer. 1. vers. & primo gloss. Latina art. 61. Landtrecht libro 2. Roland. a valle consil. 9. num. 22. volum. 2.* 16

Nec obstat: quod bestiæ † plerumque à principibus & nobilibus in syluis, nemoribusque propriis capiantur. Non minus enim in dominio nullius sunt, & ab hora captiuitatis demum in dominio principis capientis esse censentur. *Ias. l. 3. §. Neruа. nu. 12. per ill. text. ff. de acquir. poss. Cuiac. obs. lib. 4. c. 2. text. d. l. vsufructuarium. ff. de vsufruct.* 17

18 Ex prædictis verbis † taliter declaratis, infertur primo: Feras in Viuariis, aues in ornithone, pisces in piscina captos, capientium non fieri, quia in dominio alicuius sunt. *gl. German. vlt. art. 62. Sandtrecht l. b. 2. Boer. in consuet. Bitur. tit. de consuet. prad. §. 5. Perrh in consuet. Aurelian. tit. de stagnis c. 1. Cuiac. d. lib. 4. obseruat. c. 2. d. l. vsufructuarium. §. si in viuariis. ff. de vsufruct. l. 3. §. item feras. ff. de acquir. poss.*

19 II. Inde infertur, animalia † prius viuariis inclusa, si inde elapsa fuerint, quandoquidem pristina laxitati restituta sunt, capienti cedere, *d. l. vsufructuarium. §. si in Viuariis. ff. de vsufruct. d. §. fera. versi. quicquid. l. 3. ff. de acquir. rer. dom. Hostiens. in summa. num. 4. extra de rest. spoliat. Castr. l. 3. §. feras. num. 1. ff. de acquir. poss. Chassan. d. rub. 13. §. 1. num. 1. Vasq. in præfat. 1. lustr. controu. num. 25. Col. eius num. 4.*

20 III. Consequitur: † Ceruum cicuratum, vel similem feram, quę in syluam ire redireq; assueuit, quamuis fera bestia sit, occupantis tamē non fieri, nisi prius reuertendi mentem deposuerit. *§. ceruos. ibi. DD. Inst. de rer. diuis. l. naturalem. §. ceruos. ff. de acquir rer. dom. l. 3. §. item feras. ff. de acquir. poss. Bald. §. Pauonum. nu. 1. Inst. de rer. diuis. Mascard. tract. de probat. conclus. 137. n. 2. Host. in summa. num. 4. extra de caus. possess.*

21 Et adhuc capricornos in † Valesia primæ ætatis captos, ab habitantibus cicurari, vt ex consuetudine pastum ire redireq; soleant, autor est *Munst. in sua Cosmograph. folio mihi 349.*

22 Proindeq; liquet, iustam † quiritandi, rogitandiq; causam, apud *Virg. lib. 7. Æneid.* habuisse Syluiam, quod ceruus eius, qui animum remeandi non deposuerat, ab Ascanio sagitta confixus esset: quod ex nostris refert Mascard. *d. conclus. 137. num. 8.*

23 Cęterum ciusmodi † animalia capiens, nisi animos reuertendi abiecerint, furtum committit. *l. si Pauonem. ff. de fur. Guido Papa decis. 218. nu. 1. ibi Steph. Rauch. in addit.*

24 Pristinam autem † libertatem animalia cicurata recepisse tunc videntur, cum visis, domini cuius erant, domesticis, fugerint, vel diu in syluis, latebrisque, non tamen aberrantia, hæserint: *Iohann. Fab. versi. reuertendi. num. 1. Instit. de rer. diuis. Aug. §. Pauonum. num. 4. Inst. eod. tit. arg. l. 2. §. si tamen. ff. de ædil. edict.*

25 Vel quod verius, † iudicis id definiendum relinquitur arbitrio, vt rectius censet *Aldobr. d. vers. quicquid. Inst. de rer. diuis.*

26 IV. Hinc quoq; † deciditur: cum fera globulo tormentario icta, vel ense, vel venabulo vulnerata, adhuc vulnerantis non sit, recte tertij, qui cœperit, eam fieri. *§. illud ibi Bald. num. 1. Iohan. de Plat. num. 29. & Aug. Inst. de rer. diuis. l. naturalem. §. illud. ff. de acquir. rer. domin. Aluar. 1. §. nemo retia. num. 2. de pac. iur. fir. Cep. tract. d. seruit. rustic. prad. c. 21. num. 5.* Licet contrarium

trarium de consuetudine obseruari attestatur. *gl. d.l. naturalem. §. illud. ff. de acquir. rer. domin.*

Sed gl. † ista nihil nos remoratur, quoniam de consuetudine quadam loci, intelligenda videtur. 27

Verum præcedentia ita demum vera erunt, si venator, qui vulnerauerat bestiam, vulneratam non persequatur. Quandiu enim eam persequitur, è manibus persequentis iure non eripitur. *d. §. illud. & d. l. naturalem. §. illud. ff. de acquir. rer. domin.* 28

Idem quoque erit, si canes Venatoris, qui Venabulo, vel mucrone bestiam perstrinxerat, eam indagarentur; proinde enim erit, ac si ipse Venator prædam sectaretur. *Chassan. in consuet. Burg. Rub. 13. §. 7. gl. 1. nu. 9. arg. c. qui facit. de reg. iur. lib. 6.* 29

V. Hinc quoq; † patet, quid dicendum sit eo casu, quando fera laqueari alicuius illaqueata, vel quæ in foueam à certo homine effossam inciderat, ab aliquo prætereunte enodetur & auferatur. Dissoluentis enim & auferentis, eo quia in nullius bonis est, erit. *l. in laqueum. & gl. verb. meum. & Bart. in prin. ff. de acquir. rer. domin. Paul. de Castr. l. 1. in princ. num. 18. ff. de acquir. poss. Iohan. de plat. d. §. illud. num. 29. Instit. de rer. diuis. Aluar. d. c. 1. §. nemo retia. num. 2. de pac. tenend. Iacob. de S. Georg. tract. feud. verb. & cum venationibus. num. 5. Capol. tract. de seru. rustic. præd. in consuet. Burg. Rub. 13. §. 7. glos. 1. num. 9.* 30

VI. In tali quoque † facti contingentia quid iuris sit, hinc facile enucleabitur: nempe si lepus vel cuniculus ædes alicuius casu intrarit, cui, dum includere concupierat, elabitur, & ab alio capitur. Fieri nimirum cum, quoniam apprehensione opus est, capientis, non vero eius, qui includere concupierat, vt recte resoluit *Raphael Cumanus l. 3. §. Neras. num. 3. ff. de acquir. poss. per l. 1. in prin. ff. eod. tit.* 31

Postremo: ambigi † non oportet, animal meum, quod à lupo rapitur, cui canibus tuis robustis persequendo, prædam extorqueo, tuum non fieri, sed mihi restituendum esse, in cuius puta dominio remanserit. *l. Pomponius. ff. de acquir. rer. dom. Iacob. de S. Georg. d. verb. & cum venationibus. num. 6. Aluar. d. §. nemo retia. num. 2. Capoll. d. c. 21. num. 6. Bertach. in repert. verb. animal.* 32

Cæterum bestiam † alicuius esse, ex signis apparebit. *Bart. l. stigmata. num. 1. per ill. text. ibi Luc. de Penna. verb. agnosci. C. de Fabricens. lib. 11. Bald. c. causam. nu. 2. extra de probat. Bertach. in repert. verb. signum. vers. 9. Saxon in cons. Turonens. tit. 5. art. 2. gl. 1. col. 2. Chassan. in consuet. Burg. Rub. 13. §. 1. num. 7. Afflict. decis. 23. num. 3. Cacherr. decis. 40. num. 3. Neuiz. Syl. nupt. lib. 2. nu. 90. Stracch. tract. de mercat. p. 2. num. 72. & 73. Mascardus. tract. de probat. conc. 91. n. 1. 2. & 3. & conclus. 157. n. 3. l. quod si neq; in fin. ff. de peric. & com. rei vend. c. displicet. vers. fic.* 33

vnde idem. Salomon. 23. q. 4. c. si iudex. ibi Domin. de S. Gemin. § idem esse. num. 3. de sentent. excom. libr. 6.

34 Vnde si ceruus † monili, vel accipiter sonaleis argenteis, ornati fuerint, quoniam inde apparet, alicuius eos esse, occupantis non fient, imo si apud occupantem morerentur, in factum actione teneretur. *Bart. tract. de Falcone. Bertach. in repert. verb. accipiter. & verb. rusticus. num. 40. vers. 1. Iacob. de S. Georg. tr. feud. verb. & cum Venationibus. num. 7. Cappl. tract. de seru. rustic. prad. c. 21. num. 7.*

35 Quod verum † non est, si ex annis domini monili insculptis appareret, multum iam effluxisse temporis, cum monile illud collo cerui alligaretur. Tunc enim capienti cedet, eo quod pristinæ laxitati sese recepisse videatur. *Per d. § fera. vers. quicquid. Inst. de rer. diuis.*

36 Similiter, vt ex signis † bestiam alicuius esse appareat, opus est, vt signa illa non sint naturalia, sed talia, quæ absq; manu, factoq; hominis bestiæ accidere non possint. Vnde si ceruo, cornu fractum fuerit, vel auis vnguibus caruerit, quandoquidem id aliter, quam hominis facto contingere potest præsumptio dominij ex ciuscemodi signis non exoritur. *Chassan. d. § 1. n. 8. Mas. ard. d. conclus. 157. num. 4.*

37 Non † enim hoc probat esse, quod ab hoc contingit abesse. *l. non hoc. ibi Iaf. num. 2. & DD. C. vn. legit. c. in præsentia. extra. de probat. c. fin. de succes. ab intest.*

38 Dico † *delectationis:* Principes enim & nobiles multum Venationibus delectantur. *Tiraquell. tract. nobilit. cap. 37. num. 139. Gail. obseruat. 67. num. 3. libr. 2.*

39 Et in specie, † Alexandrum Magnum multam à prandio venatui nauasse operam, auctor est *Plutarch. in vita eiusdem.*

40 Heroes item † recensentur à Tiraquello, ex variis historiarum monumentis Venationibus dediti, Chiron, Melanion, Hippolytus, Mnesteus, Pollux, Antilochus, Menelaus, Cœphalus, Nestor, Palamedes, Diomedes, Machaon, Æneas, Scamandrius, Æsculapius, Theseus, Vlysses, Castor, Podalirius, Achilles, Pelopidas, Philopœmenes, Pompeius. Nec non & Imperatores, Traianus, Antonius pius, Alexander Seuerus, Hadrianus, Antonius Philosophus, Alphonsus rex, Dornadilla rex Scotorum, & alij. *Tiraq. d. c. 37. num. 1. 4. 1. cum seqq.*

41 Albertus Imperator † Venationem, virilem esse exercitationem, saltationem muliebrem dixit. *Tiraq. d. c. 37. num. 146.*

42 Henricus I. auceps † dictus est, eo quod cum diadema imperiale, & insignia imperij reliqua afferentur, Venationis fuisset studio occupatus. *auctore Munstero in sua Cosmograph. fol. 296.*

43 Patrum † memoria Maximilianus I. Romanorum Imperator summe

summe ibi cum Venatione exhilaratus, vsque adeo operam illi dedit, vt sæpissime per saxa auia atque prærupta ascendens, inque vitæ discrimen præsens adductus, vix DEI benignitate clauum tenente hinc emerserit.

Dico *delectationis † gratia*; immodica enim venatio, quæ fit, rebus 44
aliis necessariis semper postpositis, improbanda est. *Tiraquell. d. tract. nobilit. cap. 37. num. 149.*

Dixi *commodo*: † quod non de commodo pecuniario intellectum 45
volo. Quippe illud rusticorum, & mercatorum, qui omnia ex lucro metiuntur, proprium est: Principibus autem & nobilibus res indignissima, & turpissima. *Per l. nobiliores. C. de commer. & mercat.*

Sed vel de commodo † exercitationis. Est enim Venatio, species 46
quasi militiæ strepitus armorum meditatio. In qua summo mane è thalamo surgere, currere, equitare, ferocissimas bestias indagare, inuentas lacessere, impetum facientes excipere, teloq; ceu hostem prosternere, & sudoris & algoris tædio non affici, nec famis, sitisq; desiderio defatigari oportet, vt Venatio, palæstra quasi verissima sit, in qua militiæ assueheri principes, nobilesq; possint. *Tiraq. d. tract. de nobilit. c. 37. nu. 141. Gail. d. obs. 97. num. 1 lib. 2.* post Xenophontem, & Aristotelem, quos laudant.

Imo Pelopidam † Thebanum, primum ex venationis meditatione 47
bellica institutis inuenisse placet *Plut. in vita Pelopid.*

Vel Valetudinis † accipi debet. Vnde animum acui, promtioremque, corpusq; alias obtorpescens, agilius effici perhibent. *Tiraq. d. tract. de nobilit. d. c. 37. num. 141. & num. 148.* 48

CAPVT III.

Quotuplex sit Venatio?

1 *Venationem complures quadruplicem constituerunt.*
2 *Quid sit Venatio oppressiua.*
3 *Quid sit Venatio adulatoria.*
4 *Quid sit Venatio arenaria.*
Matronis conspectus Venationis arenariæ ob crudelitatem eiusdem interdictus olim, ibid.
5 *Venatio arenaria hominum ingenuorum non erat.*
6 *Pugnantes cum bestiis sunt de iure infames.*
7 *Virtutis causa, non quæstus gratia cum bestiis in arena pugnantes, infames non sunt.*
8 *Venator occidens bestiam patriæ nocuam extra arenam, pactus de premio, infamiam metuere non debet.*

9 *Moschi pugnant cum bestiis iussu sui tyranni. etiam hodie.*

10 *Genus à quo remouetur, quæ habet remouetur species.*

11 *Venatio Saltuosa recte diuiditur in eam, quæ fit cum canibus, & eam, quæ fit absque canibus.*

12 *Venatio, quæ fit absq; canibus, qualis sit.*

1 VEnationem pleriq; † ex nostratibus triplicem, vel quadruplicem constituere: oppressiuam nimirum, adulatoriam, arenariam & saltuosam. *gl. c. qui Venationibus. 86. distinct. Mosl. in summ. num. 1. extra de cleric. Venat. Alb. c. 1. num. 1. extra eod. tit. Bertach. in repert. verb. Venatio. Chassan. in consuet. Burg. Rub. 15. §. 7. num. 8. Saison in consuet. Turonens. lit. 5. art. 1. Gail. obser. 68. num. 9. libr. 2.*

2 Oppressiuam † Venationem vocant, qua homines opprimuntur, ideo tyrannidem esse facile conspicis. Quo referunt illud sacri codicis dictum: *Nemrod robustus Venator erat coram domino. Genes. c. 10. v. 9.*

3 Adulatoriam † ad histriones, caprimulgos, paralytes, Geldt vnnd Schalcksnarren & alia turpissimorum hominum theatra relegat. Quibus solenne est, bonum malum, malum bonum dicere, lucem tenebras, tenebras q; lucem vocare, qui quicquid alij laudant, arridere sibi affirmant, si displicuerit idipsum, rursus vituperant, quorum finis propositum q; est, omnibus assentari. Quippe vti nunc sunt mores, hic quæstus longe est vberrimus. *c. ve qui dicitis. 11. quæst. 3.*

4 Arenaria est, qua † in ludis Circensibus cum bestia pugnaturi, in arenam prodibant. Quod tantæ fuit crudelitatis spectaculum, vt matronam his interesse, nefas putarint. *Auctor est Rosin. antiquit. Romanarum, libr. 5. cap. 24.*

5 Ast hæc † cum bestiis pugna ingenuorum non erat, sed hominum seruilium, & abiectissimorum, vt tradit idem *Rosin. d. l. 5. c. 5.*

6 Præterea infamiæ † iure nostro labe istiusmodi pugnatores aspergebantur, à postulando, reliquisq; dignitatibus arcebantur. *l. 1. §. item ex senatusconsulto. ff. de postul. l. 2. an fin. ff. de his qui not. infam. Azo in summa. n. 11. C. ex quib. caus. infam. irrog.*

7 Quod verum est si quæstus gratia hoc fecerent, quod si virtutis suæ probandæ causa id obirent, infamiæ macula reformitanda non erat. *d. l. 1. §. denique, ff. de postul. l. athletas in princ. ff. de his qui not. infam.*

8 Idem quoq; erit, si † bestiam multum ferocientem, sæuientemq; patriæq; pauperiem facientem, accepta pecunia, quis occiderit non in circo aggressus fuerit. Hoc enim factum, laude dignum est, à quo procul submota sit omnis infamia. *d. l. 1. §. denique. ff. de postul. Gail. d. observat. 68. num. 9. libr. 2.*

9 Cæterum nostro æuo, huius † arenariæ Venationis nusquam gentium.

tium, præsertim manſuetiorum vſus eſt, ſed tanquam facinus crudeliſ-
mum ab omnibus execratur, niſi quod Moſchus in vſu adhuc habeat,
pugnam quorundam ruſticorum cum Vrſis cicuratis pro recreatione
legatorum, exterarum nationum, inſtituere, vt ſcriptis prodiderunt Si-
giſmundus liber baro ab Herbenſtein *in ſua Moſcouia deſcriptione. Paulus O-*
derborn in vita Iohannis Baſilidis Moſchorum tyranni lib. 3. ad finem fere.

Videmus igitur omnes† huc vſq; recenſitas Venationum ſpecies, 10
minime venationis verę & proprię ſpecies eſſe. Priores enim duas: quod
attinet, non niſi figurate, & per Metaphoram Venationes dicuntur, vti
& poſterior nihil cum noſtra Venatione commune habet. Illa non niſi
terræ filiis congruebat, noſtra principibus, & nobilibus: Illa infamia
inquinabatur, noſtra inter regalia computatur: Illa ipſa denique, quod
noſtræ genus eſt, ius perſonale, minime poteſt dici. Quare cum ab ea
genus remoueatur, cuiuslibet quoq; ſequetur ſpeciei remotio. *l. iuriſ-*
gentium. §. ſed ſi fraudandi. ibi Bart. num. 2. Bald. num. 4. Caſtr. num. 2. Alex. n. 6.
& DD. ff. de pact. l. 1. in fin. ff. de ſuis & legit. l. fundi in fine. ff. de fund. inſtruct. l.
fin. C. de vſuf. rei ind. l. ſi cauſa cognita. ibi Bart. num. 3. Bald. num. 5. Caſt. nu. 5,
Sal. num. 9. Iaſon. nu. 10. Curt. nu. 29. & DD. C. de tranſact. Bald. l. ſi dotali. §. cum mu-
lier. nu. 16. ff. ſol. mat. Bald. c. 1. in pr. nu. 18. de prohib. feud. alien. per Feder. Butigell. l.
1. nu. 11. ff. ſi ſert. pet. Iac. de Nig. in rub. num. 15. ff. de leg. 1. Euerard. in Loc. à gen. ad
ſpecia. nu. 2. Curt. l. 2. nu. 95. C. de pact. int. emt. & vend.

Quare recte à nobis† diuidetur Venatio ſaltuoſa in eam, quæ ſit 11
cum canibus, & eam, quæ abſq; canibus conficitur. Prior nobilior, de
qua mentio ſit *in c. 1. extra de cleric. venat.*

Alterius nomine,† omnes intelligimus modos, quibus feris inſi- 12
diàs ſtruimus, puta foſſis, decipulis, item cũ laquearibus ſylua cingitur,
vulgo der Hagen vorbunden & ſi qui ſint alij, de quibus loquitur text. *c. 1.*
§. nemo retia. de pac. tenend. an vſib. feudor. l. qui foueas. ff. ad l. Aquil.

CAPVT IV.

Quibus permiſſa ſit Venatio?

1 *Venatio principibus, & nobilibus permiſſa.*
2 *Venatio ars nequiſſima.*
3 *Intellectus ad c.* qui Venatoribus, 86. diſtinct.
4 *Venatores, & aucupes, vilis ſi ni ſemper habiti ſunt.*
5 *Venatores, a muneribus neceſſarijs non ſunt immunes.*
6 *Venatores, à grauioribus muneribus, eo quod commeatui prodeſſent, immuni-*
nes habebantur.
7 *Principes ſubditis ſuis, maxime ignobilibus Venatione interdicere poſſunt.*

8 *Contraria opinio.*

9 *Declaratio posterioris opinionis.*

10 *Causa semper in principe præsumitur.*

11 *Causa in principe non præsumitur, si aduersus ius gentium disponit. Et quomodo id intelligendum*, num. 11.

12 *Intellectus ad* l. iniuriarum. §. penult. ff. de iniur.

13 *Princeps, qui per proclamata publica venari vetat, acquirit quasi possessionem iuris prohibendi, si subditi, ijsdem proclamatis acquieuerint.*

14 *Principi a talibus proclamatis cauendum secundum Rolandum à valle.*

15 *Iustitia a Deo illi, cuius territorium est, data sunt.*

16 *Quasi rei suæ moderator & arbiter.*

17 *Venatio si omnibus indiscretim permissa, omnes Venatores efficerentur, agricultura desereretur.*

Agros colu bertores esse, esse publice interest, ibid.

18 *Usura prohibita, etiam ea ex capite, ne omnes pecuniam fœneri darent, parum annonæ prospicerent.*

19 *Venatio sine animi exercitio nequit.*

20 *Armorum usus interdictus.*

21 *Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.*

22 *Intellectus ad* l. 1. ff. ad l. Iul. de vi pub.

23 *Venationis facultas omnibus si esset, breui omne genus bestiarum periret. Quod esset absurdum.*

24 *Argumentum ab absurdo in iure est fortissimum.*

25 *Venatio omnibus si indifferenter liceret, latæ fœneſtræ iurgiis, cædibus, atq; latrociniis aperirentur.*

Commune parit discordiam.

26 *Reipublicæ interest, subditos quiete viuere.*

27 *Index, si partes ad rixam, armaq; propendere animaduerterit, vtriq; recte rei litigiosæ possessione interdici, & possessionis sequestrum se facit.*

28 *Venationis interdicto nulla subditi iniuria molestantur.*

Venatio actus meræ facultatis, nullam causans possessionem, nullam obligationem, nullam actionem.

29 *Priuatio præsupponit habitum.*

30 *Sine actione nemo experitur.*

31 *Obligatio mater actionis est.*

32 *Subditi tenentur mandatis suorum superiorum, quæ honestati non repugnant, obtemperare.*

Maioris est imperare, minoris est obsequi, ibid.

33 *Venationis interdictum honestati non repugnat.*

34 *Principes vltra hominum memoriam de feudis suis regalibus vna cum Venationibus inuestiuntur.* 35 No-

35 *Nobiles non debent vacare mercimoniis.*
36 *Nobiles minime decet artificiis sordidis & mœchanicis meumbere.*
37 *Venationem plebeij nobilibus, & alijs, quos decet, relinquant intactam. Absurdum est, si promiscuis actibus rerum turbantur officia, & alij creditum alius subtrahat*, ibid.
38 *Loca publica eius sunt, cuius est territorium.*
39 *Princeps deterioris, quam priuatus conditionis esse non debet.*
40 *Princeps ex causa dominium rei suæ alicui auferre potest.*
41 *Venatio consistit in nuda spe, vt q. Venator fallatur, multa occurrere possunt.*
42 *Venatio leonum, & similium bestiarum iure codicis tantum sine calumnia exercebatur, non vero reliquarum ferarum. Argumentum à contrario sensu in iure fortissimum.*
43 *Prohibitus per iudicem, ne fundum alienum ingrediatur. Venandi gratia prædam ibi captam suam non facit, sed domino fundi restituere tenetur.*
44 *Occultator laudis alienæ furi recte exæquatur.*
45 *Benignum est, plenumq; ingenui pudoris, per quos profeceris, confiteri.*
46 *Bartolus dixit*: ego de omnibus mentionem facio, vt quod eorum est, furari non arguar, & in eo, quod meum est, cognoscar.
47 *Intellectus ad dictum sacræ scripturæ, quod habet*, dominamini piscib. ma-
48 *Venatio est iurisgentium.* (ris, &c.
49 *Venatio, nostris moribus, iurisgentium amplius non est. Consuetudo contra ius gentium valet*, ibid.
50 *Metus durat, quandiu durat causa metus & violentiæ.*
51 *Præscriptio sine possessione non procedit,*
52 *Possessor malæ fidei nullo præscribit tempore.*
53 *Metus non durat, quando stat per eum, ad quem pertinet, quo minus causa metus auferatur.*
54 *Scienti, & consentienti non fit iniuria, nec dolus, & metus.*
55 *Detentio ab initio, accedente domini voluntate, conuertitur in possessionem præscriptioni sufficientem.*
56 *Scientia rei alienæ præscriptioni non officit, si verisimilibus rationibus persuasus, putarim, eam à me, volente & patiente domino possideri.*
57 *Mala vel bona fides in personalium actionum præscriptione non attenditur, sed solummodo scientia, & negligentia eius, aduersus quem præscribitur.*
58 *Pœna corporis afflictiua minima, maior est quacunq; pecuniaria, etiã maxima. Princeps facilius consequitur ius prohibendi Venationem, si proclamatio fuit mulctam pecuniariam, non vero vltimi supplicij pœnam infligerit*, ibid.
60 *Delicta non præsumuntur, maxime vero in principe.*
61 *Iure suo vtens, neminem iniuria afficit.*
62 *Princeps non acquirit ius prohibendi Venationi, si proclamatio eius subditi contradixerint, & ad superiorem appellauerint.*

62 *Princeps contra facientem proclamatis illis venatoriis pœna sanguinis affici non debet, communari tamen eam poterit.*

63 *Sententia Scabinorum Lapsensium post Speculum Saxonicum, Rubrica, von Peen der Wildtprasbeschädiger longe iniustissima.*

64 *Anima hominis quibuslibet rebus preciosior.*

65 *Natura cuncta hominis gratia edidit.*

66 *Qui principi resistit, DEI ordinationi resistit.*

67 *In vna eademq; sylua duo simul ius venandi habere possunt.*

68 *Vsufructuarius alicuius fundi non habet ius venandi.*
Venatio non est in fructu, ibid.

69 *Venatio tum demum vsufructuario competit, si omnes fundi reditus in venatione consistunt, vsufructusq; absq; Venatione plane esset inutilis.*

70 *Princeps aliqua vel vidua nobilis vsufructuaria relicta, Venationis exercitium si alicuius, alias vsusfr. est vtilitatis non habet.*
Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, vt personas quoque in dignitate constitutas complectatur, ibid.

71 *Vsufructu alicuius fundi cum pertinentiis relicto, venit quoq; Venatio.*

72 *Clerici non debent venari.*

73 *Idem in monacho.*

74 *Clericus ob Venationes sæpius reiteratas ab officio suspenditur, si in maiori ordine fuerit constitutus.*

75 *Clericus in minoribus ob Venationes arbitrio iudicis punitur.*

76 *Trina monitio præcedere debet, antequam clericus Venator puniatur.*

77 *Clerici canes venatorios, & accipitres alere non debent.*

78 *Clerici tunc venatui operam dare possunt, quando omnes monasterij reditus in Venatione consistunt.*

79 *Clerici, quando reditus monasterij in Venatione consistunt, Venationem per alios expedire debent, non ipsi interesse.*

80 *Sublimitatur.*

81 *Episcopus, etiamsi reditus monasterij in Venatione consistunt, minime tamen Venatum ire debet.*

82 *Contrarium.*
Intellectus ad c. 1. 34. distinct. ibid.

83 *Clerici, quando prouentus monasterij in sola Venatione positus est, laqueo & rete, non canibus, & accipitribus venari debent.*

84 *Clericus causa recreationis, & valetudinis, ratiuscule tamen, & cum modestia venari potest.*

85 *In dubio clericus præsumitur iuisse venatum causa recreationis, non voluptatis.*

86 *Clericus venatui iure operam dat, si necessitate ad id compellitur, puta si feræ segetes vastarent.*

87 Cle-

87 *Clericus, qui nihil aliud, quo vescatur, habet, vt carnibus ferarum satietur, venatum proficiscitur iure.*

88 *Necessitas, alias illicita, licita facit.*

89 *Negotiatio omnis clericis probro est, & interdicta.*

90 *Clericus negotiator, ceu pestis vitandus est.*

91 *Clericus negociari potest, necessitate compulsus.*

VIros nostræ ætatis † longe præstantissimos, huius subiecti tractationem arripientes, male ob id vulgo audiuisse, quasi plus æquo, blanditus hac in re principibus, indulserint, me non latet. Quare, vt assentationis vitium, cuius me fatalem hostem profiteor, eluderem, diu substiti, atque cogitaui. Verum re apprime pensata, minime à maiorum vestigiis recedendum esse, visum est, quandoquidem iure optimo conniuente, locutos exploratum habebam, quo minus metuenda reprehensio. Cõcludo igitur primo: Principibus, nobilibusq; iure quasi proprio venationem permissam. *Tiraq. tr. de nobilit. c. 37. n. 139.* 1

Nec obstat, † Venationem artem dici nequissimam. *c. qui venatoribus, el. 2. 86. distinct.* 2

Id enim vel respectu † clericorum, quibus venatus vsus, vt suo loco dicetur, est interdictus, dictum esto, vt placet. *Tiraq. d. c. 37. num. 148.* 3 Vel quod verius mihi videtur, de Venatione improprie & abusiue sic dicta, puta qua adulatione assentationeq; quæstum quærunt, vel quæ in arena peragitur, non vero de nostra, quæ vere nobilis est, principib. nobilibusq; competens, accipiendum erit, quæ est opinio optimi iureconsulti & domini mei, piæ memoriæ *Matth. Wesenb. in suis paratit. n. 7. ff. de acquir. rer. dom. & ante eum Hostiens. in summa. nu. 2. ext. cleric. venat.*

Similiter † non obstat, Venatores, aucupésque, eo quod seruilia erant ministeria, inter vilissimos fuisse habitos. *Tiraq. d. tr. nobilit. c. 34. n. 59. per l. seruis Vrbanis. §. venatores. ff. de leg. 3.* Id enim in iis, quorum opera retia expanduntur, & alia Venationis, aucupiue præparamenta expediuntur, quorum etiamnum haud magna habetur ratio, procedit, non vero de eo, qui summo Venationi imperio præest. 4

Venationem † deniq; iure nostro minime sordidam, illicitamque ingenuis fuisse, vel ex eo constat, quod etsi ob hãc solam professionem, à muneribus necessariis immunitas nulli largiretur. *L. venatoribus. C. de excusat. mun. lib. 10. Capoll. tract. de seru. rust. præd. c. 21 num. 11.* 5

A grauioribus tamen † muneribus, tanquã vtiles commeatui & annonæ, Venationib. dediti, vacationẽ consequerentur. *l. fin. ff. de iur. immu.* 6

Hæc conclusio † ampliatur: vt principes subditis suis, maxime ignobilibus, Venationis vsum interdicere possint. *Iob. de Imol. l. 3. §. Neruа. n. 20. ff. de acquir. poss. Iser. c. 1. §. nemo retia. nu. 31. ibi Aluarot. ante nu. 1. Præpos. num. 1.* 7

Affl. n.2.& DD.de pac.tenend.Capol.tract.de seru.tust.praedior.c. 21.n.2. Iacob. de S.Georg.tr.feud.verb.& cum Venationib.n.1.& 2.Bossius tr.de regalib.n. 42. Ioan. Saison.in consuetud.Turonens.tit.5.art.1.gl.2.col.1.Chassan.in consuet.Burg. Rubr. 13.§.7.n.4.Tiraq.tr.nobilit.c.37.n.150.gl.German.artic.61. Landtrecht *lib.2. Zoanet.l.2.ex n.145.cum mult.seqq.C.de pact.int.emt.& vend. Wesenb. in suis parat. n.7.ff.de acquir.rer.dom.Nicolaus Bellonus cons.49.n.9.fac.l.2.C.de noxal.act.*

8 Licet contrarium † teneant.*Host.Ioh.And.Card.Florent.Ant. de But. c. non est.ext.de decim.quos sequitur Guilh.Bened.c.Raynut. verb.& vxorem nomine Adelasiam.n.898.extra de testam.* Emanuel Soarez communē dicens *in suis com.opin.lit.V.nu.10.Rol. à valle cons.9.nu.10.vol.2.* vbi Iaſ.Dec.& Afflict.in id citat Menoch.*cons.299.nu.18.per l.iniuriarum.§.penult.ff.de iniur.*

9 Sed iſthæc poſterior † opinio ita demum obtinebit,ſi princeps vel ſuperior abſq; cauſa venatū prohiberet,quare rariſſime locum ſibi vendicabit.Quandoquidem nunquam principē abſq; cauſa id facere rationis ſit,ſed cauſa ſemper in principe præſumatur.*Cyn.l.reſcript.n.7.ibi Bald. nu.10.C.de precib.imp.offer.Ant.de But. c. cum inter.verſ.in materia. extra. de renunc.Ant.de But.c.quia pleriq;,verſic.Secunda opinio.extra de immu.eccleſ.Panormit.c.cum inter.n.9.ext.de except.Pan.c.niſi.nu.6.extra de off.leg.Panor.c.quanto. n.8.verſ.ex quo infero.extra.de iureiur.Pan.c.cum olim.n.17.extra de re ind.Panor. c.cum veniſſent.n.8.extra de iudic.Domin.de S.Gemin.c.grandi.n.10.de ſuppl.negl. prælat.lib.6.Iaſ.ſi teſtamentum.n.3.* vbi hanc communem atteſtatur. C. *de teſtam.Guilh.de Perno.tract.de principe.nu.99.Cagn.l.diem functo.n. 24.ff.de off. aſſeſſ.Cotta in memorial.verb.papa.Menoch.tract.de remed.poſſ.recup.remed. 1.nu. 60.Eman.Soarez.com.opin.lit.P.num.255.Coler.in ſuo proceſſu.pag.4.c.1.num.32. Alex.conſil.2.num.20.volum.1.conſ.216.nu.23.vol.2.*

10 Quod autem hic† replicari poſſet,principem contra ius gentium diſponentem,ſine cauſa id facere,præſumtionem eſſe. *Hip.de Marſl. de vnoquoque.num.14.ff.de re iudic. Alciat. tract.de præſumt.reg.3.præſumt.8.numer.3.Gail. obſerv. lib.2 obſervat.58.num.1.Maſcard.tract.de probat.concluſ. 276.num.3.volum.1.* qui plures in id allegant.

11 Verum crit in his, † quæ ex dictamine rationis paſſim apud omnes peræque gentes in viridi ſunt obſeruantia,& primo iuris præcepto, honeſte nempe viuere derogant. Non vero in his, quæ quidem iuris gentium ſunt,haud quaquam tamen tanti ponderis,atque æſtimationis, vt eſt Venatio, ſine qua ſubditus quilque, ſat poteſt commode, ſat honeſte viuere.*arg.c.vbi maius.in prad. de elect.lib.6.*

12 Nihil quoq; † priorem opinionem ſectantes,textu *l. iniuriarum. §. penult.ff.de iniur.* remouemur,quod enim habet:Sæpiſſime reſcriptum eſt, quem non poſſe prohiberi aucupari, de prohibitione priuati hominis dictum eſto, non vero de prohibitione,quæ fit ab eo,qui in iſto territorio merum,mixtumq; imperium habet. Igitur

Igitur si princeps † proclamate publico pœnali Venatum inhi- 13
buerit, cui subditi non reclamarint, sed quo pœnam euitarent, à Venationis exercitio abstinuerint, temporisq; in id definiti, puta triginta annorum meta cucurrerit, principi hinc iuris prohibendi, quasi possessio exoritur, & Venatio à subditis perditur, vt præter Dd. plerosq; pro priori opinione recitatos, idipsum tradidere. *Fr. Balb. tract. de præscript. 5. q. 4. p. 5. p. p. num. 1.* & ipsemet Roland. à valle *d. cons. 9. nu. 14. vol. 2.*

Licet rursus talia † proclamata passim diuulganda non esse suadeat ille ipse *Rol. à valle d. consil. 9. nu. 18. vol. 2.* 14

Quod vt dilucidius † constet; confirmo, 1. auctoritate sacræ scripturæ, eius esse bestias, cuius est territorium dicentis, vti in specie de Nabuchodonosor, dominus per Hieremiam prophetam fatur. *Hierem. c. 27. num. 6. & c. 28. num. 14. Daniel. c. 2. num. 28.* 15

Ergo princeps † rei suæ legem, quam vult, dicere potest, cum qui- 16
libet rerum suarum moderator sit & arbiter. *l. in re mandata. C. mand. l. etiam. §. licet. ff. sol. matrim. l. sed si lege. §. consulut. ff. de petit. hæred. l. nemo externus. C. de Iudæis. §. per traditionem. Inst. de rer. diuis. Stracch. tract. de mercat. p. 4. nu. 50. Andr. de Bessetis l. 1. nu. 17. C. de sacrosanct. eccles. Dil. tract. de art. test. lit. 6. caut. 64. nu. 2. Iohan. Hanib. Rub. num. 84. ff. sol. matr. Ferdin. Loaz. l. filius fam. §. Diu. n. 124. ff. de leg. 1. Sap. l. 1. num. 45. C. qui admit. Hartman. Pistor. q. 38. num. 50. lib. 2. Hieron. Schurpf. ff. cons. 142. int. cons. Bruni. num. 2. Iohan. Bartbol. de Scaramp. int. cons. eiusdem Bruni cons. 108. num. 23. Cardin. Paris. cons. 72. num. 3. vol. 1. Rol. à valle cons. 76. num. 31. vol. 1. cons. 35. num. 8. vol. 3.*

II. Confirmo: Quia si † cuilibet permissum integrumq; esset, 17
Venationi, quando, quomodoq; liberet, operam nauare, omnes ab artificiis auocarentur, agri inculti relinquerentur. Quare princeps Venationem recte subditis prohibebit, præsertim rusticis. Cum publice interest, agros coli, vberioresq; effici. *arg. auth. agri cultores. C. quæ res pig. oblig. poss. l. 3. C. de seru. l. 1. ff. eodem. l. 1. C. de collat. fund. Patrim. lib. 11. l. 2. ff. de nundin.* cum plerisque aliis congestis per Ripam. *tract. de remed. præseruat. contra pest. num. 206. cum mult. seqq.*

Hinc in simili traditum † reperimus: vsuras inter cætera, vel eam 18
ob causam esse prohibitas, ne vsurarum inescatione à grauioribus agriculturæ laboribus magno Reipub. malo abhorrerent. *Innoc. in Rubr. ibi Abb. num. 5. extra de vsur. Bald. Rub. num. 3. C. eod. tit. Salyc. auth. Adhæc. num. 6. C. eod. tit. Pract. Papiens. in for. lib. in act. hypothecar. verb. sine aliqua vsura. connexi. num. 6. Cotta in memor. verb. vsura. cl. 1. circa med. Anton. de prato veteri int. cons. Alexand. consil. 49. num. 17. volum. 4.*

III. Confirmo: Venatio † absq; armorum vsu, vt plurimum ex- 19
pediri nequit, sed arma † omnibus (in quo tamen contraria, nisi quo ad 20

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

rusticos, & plebeos, obtinuit consuetudo) sunt interdicta, *auth. armis. per tot. c. 1. §. si quis rusticus. de pac. tenend. in vsib. feudor. l. 1. ibi Luc. de Penna. C. vt armor. vsus lib. 11. Roman. sing. 263. Lucobus Boulenc. l. capitalium. §. famosos. n. 132. ff. de pœn. Cotta in memor. verb. armorū. Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 1. gl. 6. num. 13. Chassan. in consuet. Burg. Rub. 1. verb. iustices. num. 109. Tiraqu. tract. de nobilit. cap. 20. num. 67. cum 2. seqq. Sfort. Oddus tr. de rest. in integ. q. 8. num. 105. Rol. à valle cons. 3. num. 32. volum. 2. cons. 90. nu. 21. vol. 4.*

21 Ergo & Venatio † recte prohiberi poterit. Nam cum quid prohibetur, omnia quæ sequuntur ex illo, prohibita censentur. *c. denique, distinct. 4. c. vos. distinct. 81. c. pastoralis. extra de appellat. l. fin. C. de reb. alien. non. alien. c. cum quid prohibetur. de R. I. lib. 6. l. 1. §. 1. 2. n. 25. ff. de iurisd. omn. iud.*

22 Nec obstat †: quod *l. 1. ff. ad l. Iul. de vi pub.* arma in vsum Venationis habere licere, permissum est. Id enim de Venatione arenaria, cuius tum temporis maximus apud Quirites erat vsus, vehementer; delectatio, non de nostra, quæ syluas peragrando, effecta datur, accipi debet.

23 IV. Confirmo: Ni enim princeps † venandi studium vetaret, breui ferarum genus ad internecionem vsq; depopularetur. Quare vt inconueniens, & absurdum illud euitetur, princeps ne indiscriminatim venatui operam dare cuilibet liceat, edicto cauere poterit. *Tiraqu. d. tract. de nobilit. d. c. 37. num. 150.*

24 Argumentum enim ab † absurdo in iure nostro, maximi est vigoris & fortitudinis. *l. fin. C. de auth. præst. l. vnic. §. pro secundo. C. de cad. toll. c. in Genesi. extra de elect. c. ex ore. ibi Panormit. num. 2. extra de priuil. c. dubium. ibi gl. verb. absurdum. de præbend. lib. 6. l. nam absurdum. ff. de bon. libert. l. 2. C. de condit. insert. Bart. l. furti. §. pactus. n. 2. ff. de his qui not. infam. Bald. l. conueniculam. n. 4. C. de epis. & cleric. l. 1. §. l. diuortio. in pr. per ill. text. nu. 12. ff. fol. matrim. l. 1. §. 1. si sic stipulatus l. 2. n. 13. per illum tex. ff. de verb. obligat. l. 1. §. l. existimo. n. 3. ff. eod. tit. l. 1. §. l. de pupillo. §. si quis forte. nu. 1. ff. de oper. non. nunc. Panor. c. inuisum. n. 2. ext. de rer. permut. Euerard. in top. in loc. ab absurdo. n. 1. Neuiz. Syl. nup. lib. 1. nu. 192. Marian. Soc. l. cum filio familias. n. 195. & n. 205. ff. de leg. 1. Butigella. l. 1. §. qui præsens. n. 29. ff. de verb. oblig. Capic. decis. 169. n. 6. Cacheran. decis. 107. nu. 3.*

25 Confirmo V. Nam indifferens, † omnibus q; concessus Venationis vsus, maximum cædium & latrocinio rum est fomentum. Equidem fera istius telo vulnerata, ab illo persequeretur, vel illi fas non esse, hoc in loco Venationem exercere, hic contenderet, & vt aliis modis infinitis iurgia & tumultus hanc ob rem gliscere, concitarique possent. Quare princeps, ne ad arma concurratur, pax, tranquillitasq; contineatur publica, omnis dissidiorum occasio præscindatur, recte auctoritatem suam interponendo, & Venationem quasi sequestrando, illam ipsam ad se auocat. Tum quia communio parit discordiam. *l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2.*

de leg. 2. l. in re communi. ff. de seru. vrb. prad. l. sancimus. §. ne autem. ibi Sichard. n. 5. C. de donat. l. 2. C. quand. & quib. quarta pars lib. 10. l. qui neq; §. fin. ff. de reb. eor. l. si non sortem. §. centum. ff. de condict. indeb. gl. a nullus 17. q. 4. gl. c. illud 71. distinct. Castr. l. non amplius. §. fin. ibi Ioh. de Imol. n. 4. Iaſ. n. 12. ff. de leg. 1. Iaſ. l. qui Romæ. §. coheredes. n. 16. ff. de verb. oblig. Pract. Pap. in for. lib. pro hæred. vel re ſing. diuid. verb. omnis communio ibi Zilett. in add. Marian. Soc. l. 4. §. Cato. num. 218. ibi Hormanoët. Det. nu. 154. & Syl. Aldob. in add. ff. de verb. oblig. Paul. de Monte Pico. l. in quartam. num. 143. ff. ad l. Falcid. Bertach. in repert. verb. communio. Iaſ. §. quædam. num. 34. Inſtit. de action. Menoch. tract. de arbit. iud. quæſt. caſu 164. num. 4. Gabr. Mudæus. l. ſi conuenerit. num. 12. ff. pro ſoc.

Tum quia Reipublicæ † intereſt, ſubditos concordiam alere, 26
auth. armis. in pr. l. ſi quis ingenuam. §. fin. ff. de capt. l. æquiſſimum. ff. de vſufru.

Tum quia alias videmus † iudicem, ſi inter partes rixam exarſurã, 27
armorumq; ſtrepitum timeat, ob poſſeſſionem, de qua lis eſt, iure facere, ſi poſſeſſionis litigioſæ ſequeſtrum quaſi ſe faciat, & vtriq; parti eius poſſeſſionis vſu interdicat. *Bart. l. ſi vſufr. §. ſed ſi inter duos. n. 1. per ill. text. ff. de vſufr. Specul. tit. de petit. & poſſeſſ. §. 1. num. 38. Specul. tit. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. nu. 1. Innocent. C. in præſentia. nu. 2. ext. de probat. Bald. l. fin. n. 3. ibi Dec. num. 6. Zuchard. 123. C. de edict. D. Hadr. toll. Bald. l. nullus. num. 3. per ill. text. C. de ſum. trinit. & fid. Cath. Bald. l. vn. num. 3. C. de prohib. ſeq. pecun. Iaſ. l. quidam æſtimauerunt. nu. 4. ff. ſi cert. pet. Panormit. c. 2. n. 12. extra de ſequeſt. poſſeſſ. Guido Papæ deciſ. 578. ibi Ranchin. in add. Capyc. deciſ. 96. num. 10. Plot. tract. de mixt. iur. §. 3. num. 28. & num. 47. Neviz. Syl. nup. lib. 1. num. 81. Menoch. tract. de remed. poſſ. adip. rem. 6. num. 13. Cail. obſeruat. 5. nu. 2. lib. 1. Raymund. Richard. caut. 59. caut. 62. & caut. 64. Alex. conſ. 7. nu. 12. vol. 5. Mandell. conſ. 78. num. 3. per l. communi diuidundo. §. cum de vſufr. ff. com. diuid.*

Confirmo VI. Nam ſubditi, qui † à Venatione ſuperioris pro- 28
clamate arcentur, iniuriam ſibi fieri, conqueri nequeunt, quia nec dominio, nec poſſeſſione aliqua priuantur. Cum in loco aliquo Venationi incumbere, actus ſit mere facultatis, vnde nulla poſſeſſio, nulla obligatio, nulla deniq; actio proficiſcitur. *gl. German. 1. art. 61. Sandtrecht. lib. 2. Zoan. l. 2. n. 154. C. de pact. int. emt. & vend. per trad. Bar. l. 1. n. 4. ff. de cond. ex lege.*

Vnde ſpoliatis † nullum competit ad redintegrandam Venationẽ 29
remediũ. Non poſſeſſoriũ, quia poſſeſſione, quam nunquã habuerunt, nec adipiſci (cæteris tamẽ paribus) poſſunt, ſpoliati nũ ſunt; priuatio vero habitũ ſuũ præſupponit. *c. ad diſſoluendũ. extr. de deſponſ. impub. c. quod vero nõ formatũ. 32. q. 2. l. remittit. ff. de iureiur. Panorm. c. de infidelib. n. 5. per ill. tex. extra de conſang. & affin. Iaſ. l. ſi quis maior. n. 23. C. de tranſact. Euerar. in top. in loc. à priu. ad hab. n. 1. Ballon. de Nobil. auth. ex cauſa. n. 32. C. de lib. præt. Igneus l. neceſſarios. §. nõ alias. p. 1. n. 75. ff. ad S. C. Syll. Lud. Bologl. qui viã. n. 31. ff. de oper. nou. nunc. Bologn.*

Bolog. l. 4. §. Cato. num. 5. 8. & 133. ff. de verb. oblig. Gail. obseruat. 21. num. 1. lib. 1. & libr. 2. de pac. pub. c. 11. num. 13. Tiraquell. Decian. consil. 10. num. 80. volum. 1. & consil. 31. num. 3. volum. 2. & alios adduxi in repet. *l. in multis memb. 3. artic. 20. num. 2. ff. de stat. hom.*

30 Non petitorium, quia nulla adest obligatio, vel quid simile obligationi, qua princeps astringeretur, ne vsum Venationis interdiceret. Ergo nec actio, cum sine actione nemo experiatur, *l. si pupilli. §. vi deamus. ff. de neg. gest. Bart. l. vinum. num. 14. ff. si cert. pet. l. 1. §. f. l. vbi † act. num. 10. C. de transact. Pract. pap. in for. respons. rei conuent. verb. quo ad impediendum processum. num. 3. ibi Masuer. in addit. Marant. tract. de ord. iud. p. 4. distinct. 3. num. 3. Tiraq. de LL. connub. gloss. 2. num. 40. Gomez. var. resol. libr. 2. c. 11. num. 24. Cæsar Contard. l. diffamari. c. 4. num. 153. C. de ingen. manum. Gail. obseru. 17. numer. 3. & obseru. 27. num. 6. lib. 2. & lib. 2. de pac. pub. c. 12. num. 13. & lib. de pignorat. c. 5. num. 12. Corasius l. si Titius. num. 4. ff. de verb. obligat. Exea tract. de pact. n. 268. Sichard. l. actione. num. 8. C. de transact. Anton. de Petrut. l. 1. nu. 430. ff. de iureiur. Menoch. tr. de remed. poss. adip. rem. 6. n. 46. l. quoties. §. ita si temporal. ff. de admin. tut. l. si quis. §. illud. ff. de petit. hæred. l. nam. & postea. m pr. ff. de iureiur.*

31 Obligatio vero mater † actionis sit. *l. licet. §. ea obligatio ponderando verbum parit. ff. de procurator. gl. 1. Rub. Inst. de verb. obli. gl. 1. 1. verb. iustitia. ibi Fortun. Garzia. nu. 33. ff. de iust. & iur. Specul. tit. de locato. §. nunc aliqua. n. 52. Br. l. 1. in pr. n. 5. ff. de pecul. l. si. §. superest. nu. 5. & 7. Inst. de act. Exea tr. de pact. nu. 337.*

32 Confirmo VII. Nam † subditi seu inferiores mandatis suorũ principum & superiorum, siquidem contra honestatem non sit, obedire atque obtemperare iure conniuente obstricti sunt. Decet namq; inferioris sortis homines maioribus honorem & reuerentiam exhibere, maioris est imperare, minoris cedere atq; obsequi. *l. potioris. in princ. C. de offic. rect. prouinc. l. 1. ad fin. C. de off. præf. vrb. l. tyrones. C. de tyronibus. lib. 12 l. 1. & 2. C. vt. dignitat. ord. feruct. eodem lib. l. 3. in princ. ff. de alien. iud. mut. cauf. fact. l. 1. §. denique. §. sed et si vicinus. ff. de aq. pluu. arc. c. est. ordo naturalis 33. quæst. 3. & fac. pleraque tradita. Fel. in Rubr. extra de maior. & ob. item Vasq. in præfat illust. contr. num. 18. cum seqq.*

33 Sed præceptum † seu edictum, vt à Venatione subditi abstineant, contra honestatem non est. Non enim quicquam subdito, quod suum est, adimitur, religio & conscientia libera relinquitur, res familiaris sarta tecta remanet, coniugum, liberorumque pudicitia non violatur. Ergo subditi illi præcepto atque edicto sui superioris, in signum præeminentiæ eiusdem, suæq; submissionis acquiescent.

34 Confirmo IIX. Nam vsu consuetudineq; † hominum memoriã superante, totius Germaniæ, receptum est, principum inuestituris clausulam: *Et cum Venationibus*, &c. inseri. *Vt toto die in investituris principum*

Germa-

Germaniæ videre est, & attestatur Zoanettus *d. l. 2. num. 169. C. de pact. inter emt. & vendit.*

Igitur, cum tali inuestiturarum formulæ subditi sese non opposuerint, sed sub hac figura principes inuestiri pertulerint, consequitur, etiam absq; vllo proclamatum terrore ex hac inuestiendi consuetudine, temporisq; immemorialis lapsu imperatori directum Venationum dominium, principibus vero & nobilibus taliter inuestitis vtile cum iure alios prohibendi fuisse acquisitum, vti hac ratione commotus, in specie decidit. *Iacob. de S. Georg. tr. feud. verb. & cum Venationib. nu. 9.*

Confirmo IX. Vti enim † nobiles negationum quæstibus inhiare. 35
l. nobiliores. C. de commerc. & mercat. Luc. de Penna. l. mulieres. col. final. vers. primo. C. de dignit. lib. 12. Anton. de Butr. Rubr. extra. ne cler. vel monachi Mart. Laud. tract. de dignit. conclus. 66. Guido papæ decis. 196. num. 1. Tiraq. tract. nobilitatis. c. 33. num. 2. Saisi. in consuet. Turonens. tit. 24. art. 8. Col. 8. in fin. Neuiz. Syl. nupt. lib. 5. num. 49. Stracch. tract. mercat. p. 2. num. 17. & p. 3. nu. 14. Gab. Mud. l. si fratres. in princ. num. 5. ff. pro soc.

Artificiisq; sordidis. & † mechanicis operam nauare non addecet. 36
Bald. d. l. nobiliores. num. 2. per ill. text. C. de comm. & mercat. Bertach. in repert. verb. nobilis. versic. 13. Felin. c. super eo. num. 5. extra de testib. Igneus. l. necessarios. §. non aliàs p. 4. nu. 143. ff. ad S. C. Syllan. Chassan. in consuetud. Burg. Rubr. 4. §. 19. gl. 2. num. 30. Cravet. consil. 163. num. 2.

Ita è diuerso negociatores, & plebeij † sua agant Venationem, iis, 37
quos decet, relinquentes. Absurdum namque est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia, & alij creditum, alius subtrahat. *l. consulta diuiia. C. de testam. l. fin. C. de asseß. l. quisquis. §. fin. C. de postul. Abb. Rubr. ad fin. extra. ne cler. vel mon.*

Confirmo X. Loca enim † publica principis, cuius est territorij, 38
sunt. *§. thesaurus. Inst. de rer. diuis. l. 2. & l. 3. ff. ne quid in loc. pub. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact. l. 3. C. de quadr. præsc. l. bona ciuitatis. ff. de verb. signif. Raimund. senilis. l. eum qui vectigal. num. 15. de verb. significat.* Vnde consequitur, quemadmodum dominus loci priuati, ne quis rem suam Venandi gratia ingrediatur, prohibere potest, vt suo loco dicemus.

Itaque † principem, ne quis in loco publico venatui stu- 39
deat, vetare posse, cum princeps deterioris, quam priuatus, conditionis esse minime debeat. *l. item veniunt. §. ait senatus. ibi gl. verb. in publica. ff. de petit. hared. l. 1. & 2. C. de priuil. fisci. l. 1. C. de conduct. & procurat. prad. fisc. lib. 11. Couarr. var. resolut. lib. 1. c. 16. num. 2.*

Confirmo XI. Nam princeps ex causa † dominium rei suæ auferre 40
potest alicui. *l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vend. l. Lucius. ff. de euict. l. 2. ff. de restit. natal. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. pub toto tit. C. in quibus*

cauſſer. pro prem. lib. accip. Fortun. Garcia. l. conuentionum. num. 17. ff. de pact. Crottus l. Gallus. §. & quid ſi tantum n. 121. ibi Lancell. Galiaula. nu. 59 ff. de lib. & poſthum. & tradunt innumeri, quos referunt; Arius Pinel. *Rubr. p. 1. c. 1. num. 31. C. de reſc. vendit. Vaſq. ill. contr. c. 5. nu. 1. Anton. Gabr. Roman. tr. regul. lib. 3. tit. de iur. quæſt. non toll. concluſ. 1. nu. 1.*

41 Ergo multo magis † venatione interdicere, quæ tota in ſpe conſiſtit, & in qua multa, vt Venatorem ſpes fallat, contingere poſſunt. *§. illud. Inſt. de rer. diuiſ. l. naturalem. §. illud ff. de acquir. rer. dom.*

42 Confirmo 12. Nam prohibitus † per iudicem fundum alterius Venandi cauſa ingredi, prædam ſuam non facit, ſed domino fundi reſtituat, oportet, vt infra ſuo loco. Ergo multo minus præda eius erit, qui contra principis edictum venari attentarit.

43 Confirmo 13. & † vltimo: per textum in id expreſſum. *l. vnica. ibi. Azo in ſumma. C. de venat. ferar. lib. 11.* dum enim occidendorum Leonum nulla metuenda calumnia poteſtatem facit (quod ex identitate rationis ad ſimiles beſtias, humano generi inſidiantes, extenditur, haud perperam à contrario ſenſu recte ex eo colligitur) ſubditis alias beſtias tantopere hominibus non nociuas, venari, occidereq; fas non eſſe, imo cõtra facientibus calumnias metuendas fore. Quod argumentum à contrario ſenſu in iure noſtro eſt fortiſſimum. *l. 1. in princ. ibi Bart. num. 4. & num. 7. Bald. nu. 2. Alex. num. 9. Caſtr. num. 10. Fulg. nu. 10. Laſ. n. 36. Decius. nu. 38. Paul. Orian. nu. 73. Iacob. de Nigr. n. 41. Sapia. num. 21. & Doctores. ff. de offic. cui mand. eſt iurisdict. l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. dotal. l. apud antiquos. C. de furt. l. ſi quis loculos. ff. de manum. teſtam. l. qui teſtamento l. 2. §. mulier. ff. de teſtam. c. cum apoſtolica. in fin. extræ. de bi, quæ fiunt à prælat. fin. conſ. cap. c. cum virum. extra de regular. Eberard. in top. in loc. à contrar. ſenſ. nu. 1. Neuiz. Syſu. nupt. lib. 1. nun. 212. Tiraq. V. R. p. 1. §. 6. gl. vn. num. 5. Ioh. Mamb. l. poſt contractum. num. 192. ff. de donat. Guido Pape deciſ. 380. n. 2. Plot. tract. de inſtit. iur. §. 3. nu. 24. Canalc. tract. tut. & curat. nu. 83. & 84.*

44 Atque has Zoanetto & † acutiſſimo domino & præceptori meo, piæ memoriæ Weſenbecio rationes, pluribus equidem additis acceptas fero. Non enim ignarus ſum, laudis alienæ occultatorem furi recte exæquari, vt dicit *Bald. in proœm. feudor. num. 2. Laſ. §. fin. num. 31. Inſt. de action. text. l. hereditatum. §. fin. ff. ad l. Falcid.*

45 Item benignum † plenumq; ingenui pudoris eſſe, per quos profeceris fateri, vt ait *Cotta in memorial. verb. gemina. Neuiz. Syl. nupt. lib. 6. numer. 58. circa. med.*

46 Non deniq; me † latent, quæ Bartolus ſcripta reliquerit, dum inquit: Ego de omnibus mentionem facio, vt quod eorum eſt, furari non arguar, & in eo, quod meum eſt, agnoſcar. *Bart. l. non ſolum. §. morte. n. 10. ff. de oper. nou. nunc.*

Igitur

Igitur, vt è semita † in viam reuertar, receptissimæ huic opinioni 46
altera sacræ scripturæ autoritas non obstat, quæ habet Dominamini pi-
scibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ moue-
ntur super terram. *Genes. cap. 1. num. 28.*

Dominatum enim illum, de quo præcedens textus, in venatu con- 47
sistere, omnino nego: Sed hoc sibi velle dominatum istum edico, vt fe-
rocissima quæque bestia sit, hominem tamen expauescat, & ceu domi-
num suum reuereatur, quæ expositio ipsimet sacræ scripturæ optime
est consentanea, comprobaturque ex eadem *Genesi cap. 9. num. 2. ibid.*
Et terror vester, & tremor, &c.

Eadem quoque ratione † non obstat. Venationem iuris esse gen- 48
tium. § *feræ igitur. Inst. de rer. diuis. l. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. in pr. ff. de acquir.*
poss. Quibus Virg. astipulatur *1. Georg.* autoritas: *Tum laqueis captare feras,*
& fallere visco. Inuentum, & magnos canibus, circumdare saltus.

Quia id minime † procedit iure totius Germaniæ consuetudina- 49
rio vltra tempus, quod hominum memoria capi potest, introducto, quo
principes Germaniæ ab Imperatoribus de feudis suis regalibus vna cum
Venatione sunt inuestiti. Qua inuestitura deinde, ceu medio principes
Venationem subditis vetarunt, subditisq; interdicto acquiescentibus
venatu soli vsi sunt. Quare Venationem vlterius iurisgentium esse, re-
cte non dicimus. Cum gentium iuri per consuetudinem maxime, cuius
initij in contrarium memoria non existit, ex causa fit derogatum, quæ
consuetudo valet. *Abb. c. fin. n. 1. & n. 22. per ill. text. ext. de consuet.* Incertus
autor *in repert. l. de quibus n. 12. ibi Zasius n. 39. cum seqq. ff. de LL.*

Pariter quoque † nil nobis negocij faceret, id quod obiici potest, 50
subditos pœnæ sanguinis metu perterritos, proclamatis illis sui princi-
pis ausos non esse contradicere. Qua propter nunquam in quasi posses-
sione iuris prohibendi subditis Venationem erit princeps, cum subditi
etsi metu per longum, vel etiam longissimum tempus tacentes, non ta-
men consentiant. sed quandoquidem causa metus, violentiæque durat,
metus quoq; ipse violentiaq; iuris præsumtione constabit. *Bart. l. 2. nu. 7.*
ibi Bal. n. 10. Sichar. n. 6. C. quod met. caus. Bart. l. ob turpem. n. 5. ff. de condict. ob. turp.
caus. Bald. l. 2. num. 4. C. de his. qui prop. met. aud. non appellau. l. si. l. qui in aliena. §.
Celsus. num. 9. ff. de acquir. hæred. l. si. l. Titia. in pr. sub. nu. 6. ff. de verb. oblig. Abb. c. 1.
nu. 1. & 12. per ill. tex. extra de his, quæ vi met. caus. Felin. c. cum sam, matrimonij in
2. declarat. in fin. extra de off. deleg. Neuiz. Sylu. nupt. lib. 2. n. 119. Anton. Rub. l. hoc
edicto. §. morte. n. 214. ff. de oper. nou. nunc. Crottus l. stipulatio hoc modo. nu. 72. ff.
de verb. obl. Nicolaus Mil. in suo repert. verb. metus illatus. Raymund. Fichard. c. aut 9.
Sforti. Oddi. tr. de resti. in integ. q. 7. n. 109. Mascard. tr. de probat. conclus. 1043. nu. 34.
vol. 2. Mandellus. cons. 77. nu. 14. & cons. 78. num. 12.

51 Consequitur ergo † ius illud nunquam à principe præscriptum, cum sine possessione non procedat præscriptio. *c. fine præscriptione. ibi DD.de R. I.lib.6. l.qui in seruitute est.ff.eod.tit.c.Porro.16.quæst.3.c. causam quæ extra de præscript.l.vnic.C.de vsucap.transform.Instit.de vsucap. in pr. l. 1. & 3. ff. eod. tit.Vasq.illustr.controu.c.57.num.1.*

52 Vt taceam, † principem ob metum subditis illatum, in mala fide esse. Malæ vero fidei possessorem nullo præscribere tempore. *c. vigilanti. & cap. extra de præscript. c. possessor. ibi Conarr. & DD.de R. I. lib. 6. Balb.tractat. de præscript. 2. p. 3. p.p. quæst. 2. num. 2. Pinell.auth.nisi tricennale.num. 56. C.de bon.matern.Vasq.ill.controu.c.79.num.1.*

53 Illud ipsum † inquam (posito, quod princeps feras capientibus vltimum supplicium minatus sit) nil nobis facessit negocij. Quod enim de causa metus, metusq; duratione affertur, tantisper verum est, quantisper per subditos non stat, vt ad superiorem recurrendo, proclamata ista pœnalia refigi faciant, *per trad. Innoc.c. 2. extra de regular.* & ita scripsum & textum ibidem explicat Abb. *d. c. 1.num.12.extra de his, quæ vi met. caus.* Quare cum subditis iuribus suis vel priuandis à principibus, vel durius tractandis, ad Cameram Imperialem vel ipsum Imperatorem pateat recursus, refugiumque, vt supra, *in fin. Rub.* disseruimus,

54 Illi ipsi vero † ad Cameram vel Imperatorem minime prouocarint, liberæ voluntatis & renunciationis, qua in principes suos omnem Venatus potestatem transferunt, hoc erit signum, & scientibus consentientibusque non fiet, neque iniuria, neque dolus, consequenterque nec metus. *l. cum donationis. ibi Bart.num.1.Bald.num.7. Sal.num.1. Curt. nu. 1. Iasn.nu.1. & DD.C.de transact.l.1.§.vsque adeo.ff.de iniur.l.nemo videtur.ff. de reg. iur. l. venditor. C. de rescis. vend. l. 1. in fin. ff. de act. emti. Iacob.de Beluiso in pract. crim. Rub.de iniur. verb. quod dictus num.29.& Rubr.de furt.num.11. Rebuff. l. vnic.num. 566. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, proferr. Paulus de Monte Pico l.in quartam. num. 104. ff. ad l. Falcid. Coras. l. filium quem habentem. num. 169. C.fam.herc.Hipp.de Marsc.l.vnic.nu.24.C.de rapt.virgin.Dilect.tr.de art.sect. tit.6.caut.18.n.2.& tit.11.caut.19.nu.4.Tiraq.de Vtr.Retract.p.1.§.11.gl.1.num.17. Raym.Fich.caut.49.Iodoc.Damhoud.Pract.crim.c.137.nu.14.*

55 Quæ de possessione dicta sunt: etsi prædicta ratione, quod metus subditorum taciturnitate purgatur, concidant: attamen & alio demoliri modo possunt, Certum enim est principem proclamatis suis detentionem Venationis acquirere: Iam vero sufficit à primordio in detentione esse, cui si deinde domini voluntas accesserit (quod in præsenti subiecto, dum ad superiorem subditi non recurrunt, fit) quin detentio in possessionem ad præscribendum legitimam vertatur, dubium non est, vt scite admodum tradit *Vasqu. ill. controuers. cap. 69. numero 1.*

per l.

per l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquir. rer. domin. §. interdum. Institut. de rerum diuis.

Malam fidem, † de qua superius, quod attinet, eam demum rei 56
alienæ scientiam præscriptioni nocere dixerim quam comitatur, domini aduersus quem præscribitur voluntas: quod si scio, rem esse alterius illam vero à me sciente, & patiente domino, vel vere, vel præsumtiue (vti in nostro themate) possideri, crediderim, isthæc rei alienæ scientia præscriptioni minime officiet. *Vasq. tract. ill. controu. c. 32. num. 10. & ca. 79. num. 7. per l. si id quod. versnam & ff. pro derel.*

Denique cum hic † agatur de præscriptione actionum perso- 57
nalium, bona vel mala fides præscribentis non attenditur: Sed solummodo eius, qui præscribi patitur, scientiam & negligentiam requirimus, Vt complures alios adducens, tenent *Alex. cons. 99. num. 1. volum. 4.* vbi hanc opinionem veram esse Carol. Molin. *in addit.* attestatur. *Capell. Tholos. decis. 74. ibi Steph. Aufr. in addit. latissime.*

Aliud esse omnes † fatentur, si princeps proclamatibus suis mul- 58
ctam pecuniariam, non vero corporis afflictiuam pœnam adiecerit. Tunc enim, vt minor est metus: ita iustiorem principis præscriptionem fore arbitrantur. Cum pœna corporalis, quantumuis minima, maior sit regulariter quacunque pœna pecuniaria, etiam maxima. *Iext. l. in seruorum in fin. ff. de pœn. Bart. l. 1. in fin. ff. de pœn. Iaf. rep. l. admonendi. num. 221. ff. de iureiur. Dec. l. si quis id quod num. 25. ff. de iurisd. omn. iud. Cæp. l. si fugitiui. num. 57. C. de seru. fugit. Tiraq. tract. de pœn. caus. 31. num. 29. Cappc. decis. 5. num. 5. Menoch. tract. de arbit. iud. quæst. quæst. 90. nu. 39.*

Vnde alia consequitur prædicti fundamenti de metu durante de- 59
structio. Cum enim versemur in iis terminis, in quibus principibus vltra memoriale tempus ius à venatione subditos coercendi fuit, nec sciamus, an primis illorum proclamatis pœna corporalis, an mulcta pecuniaria tantum, fuerit, à Venatione non abstinentibus, indicta, eccur mulctam tantum contaminatoribus indictam fuisse, non præsumemus, cum illa, hominem puta ad DEI imaginem conditum, ob bestiam captam, vel interficiendo, vel mutilando, princeps grauissime peccet, hac vero minime delinquat. Delicta vero (in principe cum primis) nunquam præsumenda sint, *c. 1. extra. de scrutin. c. fin. in fin. extra de præsumt. c. 2. extra de reg. iur. Igitur, vers. & generaliter. ff. de lib. caus. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. Sadolet. l. quod te. n. 125. ff. si cert. pet. Fr. Niconit. rubr. nu. 66. ff. de oper. nou. nunc. Rub. l. penult. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. Ioh. Purpur. l. is apud quem n. 52. C. de edend. Ioh. Hanibal l. post contractum. n. 66. ff. de donat. Caccheran. decis. 42. nu. 7. Tiraq. de vtr. rect. p. 2. ad fin. tit. nu. 127. Ant. Gab. Rom. tit. reg. lib. 7 tit. de malefic. conclus. 2. n. 1. Card. Paris. cons. 77. in pr. vol. 3. Rol. à valle cons. 58. n. 7. vol. 4.*

60 Postremo, eo quoque † redigendum, quod libertatis Democraticæ vendicatores vlterius vrgendo obiicere solent, negari non posse, quin tamen aliqua hac prohibitione subditi afficiantur iniuria, quin lædantur, quin detrimentum capiant: Respondeam enim, olim hanc obiectionem gentium iure obtinuisse, iureq; ciuili vetustiori, contrarium vero hodierno iure consuetudinario introductum esse: Qui enim princeps quem subditorum prohibendo aggrauaret, cum solus hac die de Venationibus per summum principem inuestiatur, cum vltra hominū memoriam hoc prohibendi iure vius sit: nemo vero, qui iure suo vtitur, alium iniuria afficiat. *l. nullus videtur dolo facere. ff. de R.I. L. 3. §. is tamen. ff. de lib. homin. exhib. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. l. si donaturus. §. si quis indebitam. ff. de condict. caus. dat. caus. nō secut. l. cum creditor. ff. de furt. l. flumnum. §. fin. & l. proculus. ff. de dam. inf. l. si pupillus. post. pr. ff. de vulg. & pup. c. cum ecclesia. ex. de elect. Iob. Hanib. l. si insulam. n. 65. ff. de verb. oblig. Gail. obs. 101. nu. 7. lib. 2.*

61 Conclusio superius † facta, quæ vult, principes subditos à Venationibus prohibere iurisque prohibendi quasi possessionem acquirere posse, limitatur primo: vt nō procedat, si proclamati inhibitorio Venationum subditi statim cōtradixerint, seque in venatu iure gentiū communi tutatifuerint, protestantesq; superiorem appellauerint, vt tradūt DD. communiter in locis, in conclus. citat. & vltra ibi relatos idem tenet Rol. à valle *cons. 9. num. 16. vol. 2.*

62 II. Hæc conclusio † limitatur, vt princeps sub pœna sanguinis edictum, ne venetur, neutiquam exequi possit, etsi vt maioris apud subditos sit ponderis, hanc cōminari contrafacientib. queat, vt ihoc expressim & in specie decidit *Zoanet. d. l. 2. n. 192. C. de pact. int. emt. & vend.*

63 Cuius opinionem † vt longe æquissimam censuerim: ita è diuerso, quæ à Scabinis Lipsensibus lata, extat post Speculum Saxonicū eius tenoris sententia, quod is, qui contra mandatum & edictum principis in principis syluis, atq; forestis, vt vocant, Venatus fuerit, laqueo suffocandus sit, omni & iuri, & rationi dissentaneam putarim. *Sentent. Scab. Lipsens. post. Spec. Saxon. Rubr.* von Peen der Wilderrathesschläger.

64 Si enim princeps † humanæ sortis memor, cogitet hominis animam quibuslibet rebus preciosiorem esse. *l. sancimus in fin. C. de sacros. Eccles. c. cum infirmitas. extra de pœnit. & remiss. c. præcipimus 12. q. 1. Felin. c. in præsentia. num. 43. extr. de probat. l. asf. l. si qua mulier. n. 5. C. de sacros. eccles. l. licet inter priuatos. num. 5. C. de pact. Speculat. tit. de aduocato. §. nunc tractemus. num. 5. Bertach. in repert. verb. anima. versic. 1. Cotta in memorial. verb. anima. Neuiz. Syl. nupt. lib. 4. num. 4. Tiraq. repet. l. si vnquam. verb. donat. larg. num. 202. C. de reuoc. donat. Plot. tract. de in lit. iur. §. 40. num. 2. Feder. Schenck. tract. feud. tit. 5. §. 1. num. 11. Stracch. tract. de mercat. p. 2. num. 4. Vasq. ill. contr. c. 32. num. 2. Ascan. Clem.*

Clem.tract.de pat.pot.eff. 5. num. 13. Oct.au. Simonc. tract.decret.tit.8. num.143. Rol. à valle,consil.69.num.29.conf.98.num.33.vol.1.conf.70.num.35.volu. 2. Tiber. Decian.consil. 63.num.8.vol. 3.

Ad animum aduocet, † cuncta natura, hominis gratia, edita esse. 65
in pecud.in.Inst.de rer.diuis.Bertach.tr.gabel.1.p.8.p.p.n.2.

Subditi vero, præsertim qui Christiani nominis vere esse cupiunt, 66
obnixe operam dabunt, ne principis iram, ius suum peruicaciter defendendo irritent in se, sint memores superiorum edicta, etsi rigorem sapiant, toleranda attamen esse, ne qui principi resistit, Dei ordinationi resistere se, haud impune experiatur. *Paul.ad Rom.13.nu.2.*

Secundo concludo: In vna eademq; sylua † duobus principib. vel 67
nobilibus Venationem simul vel vno, vel diuersis modis ac formis competere posse, videlicet, vt hic feras maiores, ille minores Venatione insectetur. Daß dieſer macht habe/das hohe Wildt zu jagen vnd zu ſchlagen/jener nur das niedrige, vti hoc quotidie videmus, & Germaniæ totius consuetudine recipi, attestatur *Gail.lib.de pignor.c.vlt.nu.6.*

Tertio concludo: Vsufructuariũ † alicuius feudi, vel fundi venan- 68
di ius non habere. Venatio enim in fructu non est. *l.venationem.ff.de vſur.*

Quæ conclusio fallit primo: Si omnes fundi reditus ex Venatione 69
constent. Tunc enim dubium non est, quin & vsufructuarius, ne vsus fructus inutilis plane sit, Venationem exercere possit. *d.l.Venationem. ibi gl.ff.de vſur.Ittem.§.aucupiorum.ff.de vſufr.l.vſufructuarium.iunct.ibi gl.1. ff. eod. tit.Chaſſan.in conſuet.Burg.Rub.13.§.7.gl.1.nu.7.*

Vnde infero: Principem † aliquam, vel viduam nobilem vsufru- 70
ctuariam relictam, Venationem, nisi in ea totius vsufruct. vtilitas consistat, minime exercere posse. Textus enim allegati generaliter & indistincte loquuntur, quamobrem indistincte, vt principem & reliquas indignitate positas personas complectantur, intelligendi erunt. *l.1.§. quod autem.ff.de aleator.l.in fraudem.in fin.ff.de teſt.milit. Neuiz. Syl.nupt.lib.1.n.218. Curt.tract.feud.2.p.3.p.p.nu. 40. Plot.tract.de mi lit.tur.§.3.nu.5.in fin. Caball. tract.de emict.§.2.nu.12.& §.3.nu.79. Stracch.tr.Sponſion.p.4.verſ.finge modo.n. 1. Gail.obſerv. 88.num. 2.lib.1.obſerv. 33.nu. 2.obſ 80.nu.2.lib. 2.& lib 2.de pac. pub.c.13.num.13. Oct.au. Simoncel.tract.de decretu.tit.8.nu.34. Cæſar. Contard. l. diffamari.c.5.num.108. C.de ing.manum. Lancell. Galiſula. l. centurio. num. 13. ff. de vulg. & pub. Anton. Rub.l. Titia Seio. §. imperator.num. 178. ff. de leg. 2. Zuchard. l.1. num.115. C.qui adm.*

11. Hæc conclusio fallit: Si vsusfr.alicuius † rei relinquatur cum 71
pertinentiis eiusdem: Tunc enim dubitandum non est, Venationem quoq; contineri, vt superius circa Rubricam annotauimus.

IV Concludo. Venationem clericis † minime permitti. *toto rub. &* 72

nig. ibi Panormit. & DD. extra. de cler. venator. gl. 1. Esau. distinct. 86. c. 1. 34. distinct. Host. in summa. num. 2. extra de cleric. venat. Specul. tit. de cleric. venat. ibi Henric. Ferrandat in addit. Bertach. in reper. verb. venatio. Capolla tr. de seruit. rust. prad. c. 21. nu. 11. Iacob. de S. Georg. tr. feud. verb. & cum Venationibus nu. 8. Saiss. in consuet. Turonens. tit. 5. artic. 1. gl. 2. col. 1. Tiraq. tract. de nobilit. c. 37. n. 148.

73 Hæc conclusio † ampliatur primo: Vt procedat etiam in monacho: Nam & ei quoque omne Venationis interdictum est exercitium. *Clement. ne in agro. §. porro. ibi Ioh. de Imola. nu. 6. & DD. de stat. monach. Bert. in repert. verb. monachus. el 1. vers. 8.*

74 II. Ampliatur †, Vt ob venationes sæpius reiteratas à clericis, si episcopus sit, à communione tribus mensibus, si præsbyter duobus, si diaconus, ab omni officio suspendatur. *c. 1. ibi Abb. in pr. extr. de cler. venat. Host. in summ. num. 4. extr. eod. tit.*

75 In minoribus † vero ordinibus constituti, arbitrio iudicis puniantur. *Host. in loc. modo cit. ato. arg. c. de causis. ext. de off. deleg.*

76 Quæ pœna † irrogari vt possit, trina omnimodo procedat, oportet monitio. *Host. in sum. num. 4. extra de cler. venat. Iacob. Menoch. consil. 221. num. 52. vbi Henric. Boic. & Anan. in id cit at. arg. c. omnes. el. 1. 16. quæst. 7. c. fin. extra de vit. & honest. cleric.*

77 III. Hæc conclusio † ampliatur, Vt non solum Venationi studere non possint clerici, & monachi: Verum etiam, nec canes, nec accipitres, aut alia id genus animalia ad venandum promta, habere, atq; alere. *c. 1. extra ne cler. vel monachi. d. c. 1. ibi Abb. not. ib. 1. ext. de cler. venat. d. Clem. 1. §. porro. ibi Ioh. de Imol. n. 6. de stat. monach. Clem. 2. de censib.*

78 Limitatur autem hęc † conclusio primo: Vt non procedat, si reditus omnes clericorum in Venationibus consistant: Tunc enim licite Venationi operam dare poterunt. *Panormit. post Host. in d. c. 1. ad fin. fere. & in c. 2. extr. de cler. venat. Host. in summa. num. 3. in fin. extra eodem. Saison in consuetud. Turonens. d. art. 1. gloss. 2. colum. 2. in princ. argum. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. c. præsentium 7. quæst. 1.*

79 Quæ limitatio † rursus sublimitatur I. Vt vera non sit religiosorum ratione. Hi enim vtilitatis quidem causa personaliter venationi interesse non poterunt, licet per alios expedire possint, *gl. Dd. Clem. 1. §. porro. verb. personalem.* quam sequitur Zenzelin. ibi & Iohan. de Imola. *n. 23. per illum text. de stat. Monach.*

80 Quam sublimationem † hanc rursus recipere restrictionem crediderim, vt vera sit, ita demum, si monachi familiam, quæ venetur, alere possint, quod si monasterij egestas venatores alere nō siuerit, tunc monachos ipsos Venationi, tempore tamen licito, incumbere posse omnimodo putarim. *arg. DD. Clem. 1. §. porro. de stat. monach.*

Sub-

II. Sublimitatur † vt non procedat in episcopo, Hunc enim ex causa vtilitatis Venationi operam nauare, minime decet. *gl. d. c. 1. verb. voluptate. ext. de cler. Venator. arg. c. 1. 34. distinct.* 81

Quam glossam † minime veram esse arbitror. Nec obstat textus, *cap. 1. distinct. 34.* per glossam allegatus, quia in eo episcopus, non quod vtilitatis causa venatus esset: sed quod totus venatui esset deditus, arguitur. Vti in id propositum præfatum quoque textum expendit. *Abb. cap. 2. extra. de cler. venat.* 82

III. Sublimitatur, † Vt vtilitatis causa laqueo & rete monachi & clerici venari possint, non autem canibus & accipitribus. *d. Clem. 1. §. porro. ibi Iohan. de Imola. num. 23. de stat. monach. Bertach. in repert. verb. clericus artifex. verficulo 5.* 83

II. Hæc conclusio † limitatur: Vt non procedat, si causa recreationis & valetudinis adiuuandæ, rariusque tamen ad Venandum clericus, quod absque clamore, & cum modestia fiat, profiluerit. *Host. in summa. num. 3. post med. extra. de cleric. venat. Inno. c. dudum. el 2. num. 13. ibi Panorm. num. 37. extra de elect. Panorm. d. c. 1. ad fin. fere. extra de cleric. venat. Felin. c. auditis. num. 13. extra de præscript. Domin. de S. Gemin. c. 1. num. 11. de iurament. calumn. libr. 6. Bertach. in repert. verbor. clericis succedit. num. 70. verficulo vltimo. Saiss. d. gloss. 2. colum. 2. Tiraquell. tract. de nobilitat. c. 37. num. 148. Menoch. consil. 221. num. 50.* 84

III. Hæc conclusio limitatur †, seu potius declaratur, Vt in dubio, si constat, clericum fuisse venatum, magis sit, vt dicamus, recreationis, quam voluptatis causa id eum fecisse, vt tradunt nonnulli ex proxime citatis, & vltra ibidem citatos idipsum voluere *Felin. c. fin. numero vndecimo, extra de præsumtione. Sebast. Sap. in addit. ad Panormit. d. c. 1. extra de cleric. venat. Alexand. consil. 72. num. 13. volum. 1. argument. l. merito. ff. pro socio.* 85

IV. Hæc conclusio limitatur, † Vt non procedat, si clericus necessitate, puta si feræ segetes depascerent, lupi armentorum, gregumque stabulis insidiarentur, compulsus, venaretur. Hoc enim ei fas erit. *Host. in summ. num. 3. extra de cleric. venat. Saiss. in consil. Turonens. titul. 5. art. 1. gloss. 2. colum. 2. argum. c. 1. ponderando verbum voluptatis. extra de cleric. venat.* 86

Idem quoque † iuris erit, si vt famem toleraret, feras insectaretur, carnibus earum vesciturus clericus. *arg. DD. capit. primo extra de cleric. venation.* 87

Quod confirmatur, † Tum quia necessitas multa alias illicita facit, *gloss. cap. pastoralis verb. mortua. extra de offic. ordin. gloss. c. cepit. verb.* 88

perciperet.24.qu.est.1. Iacob.de Belu. pract. crimin. Rubr. de iniur. verb. falsarium num.43. Rald.l.Dinus Pius lect.1. sub num.1.ff.de petit. hared.Fr. Curtius l. admonendi.num. 241.ff.de iureiur. Sapia l.1.num.27.& 76. ff. de offic.eius, cui mand. est iurisd. Valascus t.imperium.num.186.ff.de iurisdict.omn.iud. Hipp. de Marsi. l.1.5. praterea. nu.130. ff.de CC.Iohan.Hanibal. l.nemo potest.num. 51. ff.de leg.1. Sichard. in auth. sed nouo iure.num.19. C.de ser. fugit.Curt.tract.feud.2.p.p.nu.107. Hartman.Pistor. q.6.num.51.p.2. Coler. in sito processu.p.2.c.1.num.81. Sera him. de Seraphin.tract.de priuil.iurament.priuileg.52. num.6. Tiber.Decian.consil. 20. nu. 14.volum.1.text.c.quod non est licitum.extra de reg. iur. & plures in id adduxi in repetit.in multis membr.5.art.3.num.11.

89 Tum quia iure † cautum & à DD. traditum est, etsi negociatio omnis clericis opprobrio sit, atque interdicta iure canonico, quam seuerissime. *dict. 88.per tot. c. canonum.14.quæst. 2.c. 1.ibi Innoc.num. 3. Abb. nu. 6. & DD. extra ne clericus vel monach.secul. neg. ses.ammisc. Host.in summa. num. 2. extra eodem tit. Abb. c. fin. num. 14. extra de vit. & honest. cler. Strach. tract. de mercat. p. 3. numero 4. Bertach. tract. de gabell. p.3. numero 2. Mozzius tract. de contract. tit. de emt. & vendit. Rubr. pers. quæ em. poss. num. 4. Rol. à valle. consil. 38.num.24.volum.2.*

90 Quod vsque adeo † verum est, vt ceu pestis, clericus negociator fugiendus sit. *c. negociatorem. 88.distinct. Dom.de S.Gemin.c.quanquam, numero decimo, de censib. libr. 6. Strach.tract.de mercat.p.3.num.4.Roland. à Valle.d. consil. 38.num.28.volum.2.*

91 Telo tamen † duræ id necessitatis vrgente, licite per clericum eam expediri. *d. c. 1. ibi Anton.de But. in princ. Abb. sub num. 6. & DD. extra ne cleric. sec. neg. Bertach.in repert. verb. clericus beneficiatus. numero 50. versic. 11. Vincen. Caroc. tract. loc. sit. quibus non est perm. conduct. eff. numero quarto, argument. 6. fin. 86. distinct.*

CAPVT V.

Venatio quando permissa?

1 *Venatio non debet fieri diebus festis, iciuniorum temporibus.*

2 *Venatio, si in diebus festis, vt fames restinguatur atq; sopiatur, fiat, licita.*

3 *Venatio diebus honori diuino, cultuiq; dictis, permissa, si, vt à ferarum deuastatione agri conseruentur, fiat.*

Reipub. interest frumentum & annonam conseruari, ibid.

Vtilitas magna æquiparatur necessitati, ibid.

4 *Commoditas, cœlesti prouisione concessa, temporis momento, vt pereat, ferendum non est.*

Circa

CIrca quintum caput † concludo: Venatorem tam laicum, quam clericum diebus honori Dei, ieiuniis, precibusq; pro totius Chri- 1
stianismi incolumitate fundendis, dictis, à Venatu abstinere debere. *c. an putatis. 86. distinct. c. irreligiosa. de consecrat. distinct. 3. c. ieiunia. de consecrat. distinct. 5. Bertach. in repert. verb. Venatio. versic. 7.* Licet his refragetur auctoritas (qua tamen nil quicquam remoror) Virgilij, *Georgicorum libro primo* canentis.

Quippe etiam festis quædam exercere diebus,
Fas & iura sinunt: riuos deducere nulla.
Religio vetuit, segeti prætendere septem,
Insidias auibus moliri, &c.

Hæc conclusio † limitatur I. Vt non procedat, fame dira Vena- 2
tionem fieri iubente. Tunc enim cum necessitas exlex sit, legesque sibi resistentes frangat, hoc erit permissum. *iuribus & rationibus in fin. præced. cap. adductis.*

II. Limitatur: Vt non † procedat, si diebus festis repentino ex- 3
cursu bestiæ segetes conculcarent, atq; deuastarent. Tunc enim bestias diebus etiam honori cœlestis numinis consecratis capi posse crediderim. Tum quia deuastationem fruminti præstare, maxime Reipub. est vtile. Et certum est, quod vtilitas magna necessitati sit exæquanda. *Curt. l. principalib. ff. si cert. pet.* quem refert & sequitur Sap. *l. 1. num. vigesimo septimo, ibi Paulus de Orian. num. 128. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict. per gloss. fin. Clement. 1. de procurator.*

Tum quod commoditatem † cœlesti prouisione concessam, tem- 4
poris momento perire, minime legum conueniat humanitati. *l. 3. C. de fer. Tiraq. de utr. retract. p. 1. §. 1. gl. 11. num. 12.*

CAPVT VI.

Venatio vbi permissa?

1 *Venatio permissa, non solum in fundo proprio, sed in alieno etiam.*
2 *Ingrediens fundum alienum domino inuito, quicquid ibi capit, nihilominus suũ facit ex communi opinione.*
3 *Contrarium.*
4 *Ingrediens fundum alterius, domino inuito, committit in legem.*
Ex facto, cui lex resistit, lucri quid sperandum non est.
5 *A primordio tituli posterior formatur euentus.*
6 *Possessor malæ fidei rem vna cum fructibus restituere debet.*
7 *Pœna delicto commensuranda.*
8 *Priuati prohibitio non impedit dominij translationem.*

9 *Lex ingredi venandi causa fundum alterius vetans, ingressum vitiat tantum, non Venationem post ingressum secutam.*

10 *Pœna privationis non habet locum, nisi in casibus in iure expressis.*

11 *Regula est:* Res nullius, occupantis fieri.

12 *Regula standum, donec de exceptione doceatur.*

13 *Commodatarius, cui res subtracta erat à fure, furti actione duplum vel quadruplum consecutus, domino rei rem tantum, non duplum aut quadruplum reddit. Id namq; suo discrimine percepit.*

14 *Venator, quod in fundo alieno contra prohibitionem domini ceperat, domino restituit, si fructus omnis, vtilitasq; fundi consistit in Venatione: alias secus secundum aliquos, quorum opinio non placet.*

Doctori distinguenti potius adhibenda fides, quam indistinctim aliquid proferentibus, ibid.

15 *A separatis non fit illatio.*

16 *Venator ideo prohibetur, domino inuito, fundum eius ingredi, quod dominus incertus est, an Venator venerit possessionis adipiscendæ animo, an vero feras insectandi.*

Ratio legis vbi cessat, ipsa quoque cessat lex, ibid.

17 *Initium quando est illicitum, finis vero licitus, finem spectamus, & non initium.*

18 *Exitus acta probat, finis, non pugna coronat.*

19 *Intellectus ad* l. si fundum. & l. certum. C. de rei vendic.

20 *Damnatus iniuriarum, nisi per procuratorem litigauerit, fit infamis.*

21 *Factum legitime pœnam non meretur.*

22 *Bestiæ in fundo meo ante non sunt meæ, quam eas incluserim.*

22 *Priuatio præsupponit habitum.*

24 *Restitutio est in pristinum statum repositio.*

25 *Prohibitus per iudicem fundum alterius ingredi, quæ ibi ceperat, sua non facit, sed domino restituenda sunt.*

26 *Ingredientes fundum alienum domino inuito, tenetur iniuriarum.*

27 *Actio iniuriarum, vt contra ingredientem, me inuito, fundum meum, locum inueniat, oportet, ingredientem à me prohiberi, priusquam intret. Caterum si prohibitio ingressum sequatur, cessat.*

28 *Dominus ingredienti se inuito fundum etiam venandi gratia, armata manu resistere potest.*

29 *Venator quicquid in fundo alterius, eo nolente ceperat, id suum non facit, hoc ita disponente consuetudine.*

30 *Venator, qui fundum alterius contra eius voluntatem ingreditur, ab eo capi & detineri non potest.*

Circa

CIrca sextum caput † concludo: Venari non solum posse in fundo 1
proprio: Verum etiam in alieno. *§. fera. versic. nec interest. ibi gloss. Iohan. Fab. num. 1. Bald. num. 1. Iohan. de Plat. num. 26. Ang. num. 1. not. ab. 5. Porc. num. 3. & Dd. Instit. de rer. diuis. l. 3. §. 1. de acquir. rer. domin. l. Diuus Pius. ff. de seruit. rustic. præd. Capol. tract. de seruit. rust. præd. c. 21. num. 1. Boßius tract. de principe. tit. de regalibus. num. 43. Pyrrh. in consuet. Aurelianens. Rubr. de stagn. & cunicul. c. 1. Saif. in consuet. Turonens. tit. 5. art. 1. gl. 2. in princ. Cuiac. obseru. lib. 4. c. 2. Rol. à valle cons. 9. man. 22. vol. 2.*

Hæc conclusio † ampliatur primo: Vt etiamsi inuito domino, 2
fundum quis alienum ingrediatur, capta nihilominus ibidem bestiarum præda, capientis fiat. *gl. d. l. Diuus ibi Castr. num. 4. & Raph. Fulg. ff. de seruit. rust. præd. gloss. d. l. 3. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* quas communiter receptas attestatur Bald. *d. §. fera. num. 1. ibi Iohan. Fab. num. 1. Plat. num. 26. Ang. num. 1. versic. in gloss. si ingrediatur. & Aldobr. Instit. de acquir. rerum domin. Iacob. de S. Georg. tract. feud. verb. & cum Venationibus. num. 3. Capolla d. c. 21. num. 2. Chassan. in consuetud. Burg. Rubr. 13. §. 7. num. 5. Rol. à valle d. consil. 9. num. 23.* Et hanc esse communem opinionem, quam communiter in praxi obseruamus, nouissime attestatur *Emanuel Soarez in suis commun. opin. lit. V. num. 12.*

Licet contrarium † teneant, *gloss. d. §. fera. ibi Christoph. porc. num. 8.* 3
Instit. de rer. diuis. Affl. decis. 321. num. 13. gloss. Latin. vlt. art. 62. Sandtrecht libro 2. Cuiac. obseruat. lib. 4. c. 2.

Nec desunt vtrique † opinioni suæ rationes, Et hanc quidem ad- 4
iuuat, Tum quod ingrediendo domino inuito, fundum alienum, committitur in legem, quare consequens est, neutiquam aliquid facto, cui lex resistit, lucrari deberi. *Vulgatis. l. non dubium. C. de LL. cap. ex eo, de reg. iur. libro sexto.*

Tum, quod initium † vitiosum est. Ergo quicquid ex eo conse- 5
quitur. Cum à tituli primordio posterior formari euentus soleat. *l. vn. C. de imper. lucr. descript. libro decimo. Andr. ab Exea tract. de pact. nu. 76. Nenitz. Syl. nupt. lib. 1. num. 202.*

Tum deniq; quod malæ † fidei possessor rem vna cum fructibus 6
restituere debeat. *l. si fundum. & l. certum. C. de rei vend.*

Nec obstat, † quod replicari posset, satis esse, vt domino inui- 7
to ingrediens (sicuti mox dicetur) iniuriarum teneatur. Quia respondetur, Venatorem quandoque plus ex venatione consecutum, quam iniuriarum damnatus sentiret dispendij. Quapropter alicui adhuc pœnæ subiugandum, capta scilicet, vt restituat. Ita enim demum pœna, quod iuris est, delicto commensurabitur *l. respiciendum. ff. de*

his quib. vt indign. Hermannocti. Det. l. 4. §. Cato. num. 127. ff. de verbor. obligation. Menoch. tract. de arbitr. iud. CC. lib. 1. quæst. 90. num. 58. Seraphin. de Seraphin. tract. de Priuil. iuram. priuil. 137. num. 7.

8 Pro communi opinione † militat: Tum quod prohibitio priuati dominij translationem non impedit. *l. ea lege iunct. ibi gloss. 2. C. de condict. ob caus. facit l. filius fam. §. Diui. ff. de leg. 1.*

9 Tum quod lex † prohibens fundum alterius ingredi, ingressum tantum, non vero venationis actum assicit. *arg. l. virilis. §. sed si adiret. ff. de leg. præst. l. in laqueum. ff. de acquir. rer. dom.*

10 Tum quia si is, qui † quid venatione ceperat, restituere idipsum cogeretur, commodo laboris sui priuaretur, quod nulla lex dicit. Et certum est, quod pœna priuationis, nunquam nisi in casibus à lege expressis, locum sibi vendicet. *text. §. cum igitur. auth. de non elig. sec. nub. Alex. l. etiam. §. licet. num. 7. ff. solut. matrim. Thom. Parpal. l. 2. num. 25. ff. eodem. tit. Parpal. l. si quis maior. num. 68. C. de transact. Crottus Rubr. num. 15. ff. de oper. nou. nunc. Crott. l. 1. num. 22. ff. eodem tit. Iohan. de Garronib. l. 1. num. 89. C. de secund. nupt. gloss. in summa 15. quæst. 8. gloss. c. fin. extra de iur. Patron. Bald. c. 1. §. Vasallus el 1. num. 5. si de feud. fuer. contr. Gozad. l. 2. num. 183. C. de pact. inter emt. & vendit. Nicolitius Hubr. num. 51. C. de edend. Tract. incerti autoris de crimin. læs. maiest. quæst. 5. num. 5. Cacher. decis. 147. num. 4. Hartm. Pistor. quæst. 27. num. 12. & quæst. 50. num. 32. pag. 2.* & tradunt complures alij, relati per *Soar. com opin. lit. p. num. 126.*

11 Tum quia regula est † res nullius occupanti cedere, vt supra circa definition. diximus.

12 Huic ergo regulæ † donec de exceptione (occupata nimirum in fundo alieno, domino inuito, occupantis non fieri) doceatur, standum erit. *l. ab ea parte. ff. de probat. l. suus quoq; ff. de hæred. instit. c. 2. extra de coniug. leprosor. c. ad decimas. extra de restit. spoliat. gl. c. lecta. fin. de resc. Bart. l. 1. §. nunciato. n. 29. ibi Crottus n. 74. ff. de oper. nou. nunc. Bald. l. si tutor. n. 5. C. de fer. pig. dat. manum. Bald. c. vn. nu. 2. extra de alien. iud. mut. caus. fact. Bart. l. quoties la. 2. ff. si quis caut. la. cl. ex quacunq; sub n. 33. ff. si quis in ius voc. non ier. la. cl. à Diuo Pio. in pr. n. 7. ff. de re iudic. Panorm. c. fin. nu. 22. extra de iudic. Mathesilan. sing. 19. Euerard. in top. in loc. ab except. ad regul. nu. 12. Crottus l. si constante. n. 34. ff. fol. mat. Crottus l. reconiuncti. nu. 10. ff. de leg. 3. Gozad. l. qui se patri. n. 110. ibi Fab. Acorambon. nu. 116. C. vnd. lib. Zoanet. l. 2. nu. 26. C. de pact. int. emt. & vend. Cas. Contard. l. vnic. qu. 21. num. 7. & 8. C. si de mom. poss. fuer. appel. Exea tract. pact. nu. 194. Tiraq. de vtr. retr. p. 1. §. 1. gloss. 9. nu. 211. Couar. var. resolut. lib. 2. c. 12. n. 4. Strach. tr. de merc. tit. contr. mercat. n. 24. Ioh. Bapt. Asin. in sua praxi. § 2. c. 12. nu. 55. Mantic. tr. coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 15. num. 31. Vasall. cont. c. 103. num. 17.*

Tum

Tum textus *l. fin.* † *§. sed cum in secunda. C. de furt.* Vbi commodatarius, cui res subtracta erat, furti actionem, contra furem instituens, & eum in duplum, quadruplumve condemnari impetrans, domino rei aduersus se agenti, rem tantummodo, vel æstimationem rei eius præstat, non vero dupli, quadrupliue lucrum ex condemnatione consecutum. Quippe, suo egit furti discrimine. Pariter quoque in nostro subiecto lis dirimetur, sufficere nempe rem, id est, quietam possessionem, in qua venator ingressu suo dominum turbauerat, non vero commodum ex venatione redundans, quandoquidem id periculo suo consecutus sit, domino restitui. 13

Hoc dubium nonnulli, mediam quasi viam eligendo † distinctionibus sopiri posse, crediderunt, antesignano Angelo Perusino, Baldi fratre, & Floriano, seu, vt refert Chassanæus (quod tamen typographicum mendum esse crediderim) Alberico de Rosate: Vt scilicet prior opinio, quam communem dixi, vera sit, cum reditus fundi minime in venatione consistat: Posterior vero cum in venatione omnis fundi reditus positus sit, procedat. Quibus quidem assipulatur notissima iuris regula, doctoribus distinctim loquentibus potius, quam indiscriminatim loquentibus fidem adhibendam habens, quam tradidere, *gloss. l. apud antiquos. verb. omnibus discretis. C. de furt. gl. fin. l. si vehenda. ff. ad l. Rhod. de iact. Salyc. l. filiæ cuius. num. 5. vers. expeditius. C. fam. herc. Ang. Aret. Inst. de emt. & vendit. in princ. num. 2. ad finem. Neuiz. Syl. nupt. lib. 5. num. 32. Ponzinib. tract. de lanuis. num. 55. Cæsar Contard. l. diffamari. c. 5. nu. 114. C. de mg. manum. Hartm. Pist. qu. 3. nu. 21. p. 2. Octau. Simoncell. tract. de decret. tit. 8. num. 228. Cardin. Paris. consil. 92. num. 32. vol. 2. Caphal. conf. 195. num. 26. conf. 208. n. 2. conf. 240. n. 21. consi. 283. nu. 21. vol. 21. volum. 2. Menoch. conf. 256. nu. 82. volum. 3.* Cuius distinctionis meminere *Angel. Chassan. & Rol. à valle in loc. modo citat.* 14

Verum ego † primam, vt communem & verissimam indistincte sequendam esse, plane censuerim. Neque enim distinctio à doctoribus tradita, vlli iuri innititur, neq; fundamenta pro posteriori opinione allata alicuius sunt momenti. Primum enim quod attinet, responsio est facilis, alium videlicet esse ingressionis actum, alium item actum esse venationis. Illum à lege domino inuito prohibitum: hunc prohibitum esse, nulla præcipit iuris dispositio. Quare ab vno, maxime cum de pœnis sit tractatus ad alium, tanquam diuerso & separato, illationem non sumendam esse. *l. Papianus exuli. ff. de minor. Curt. tract. feud. 1. p. 3. p. p. num. 12. Neuiz. Syl. nupt. lib. 1. num. 222.* 15

Quod si rationem † prohibitionis de non ingrediendo fundum alienum inuito domino inuestigauerimus paulo altius, hanc esse con- 16

spica-

spicabimur, quod per talem ingressum dominus possessione sua spoliari, priuarique posset. Latet enim animus ingredientis, num possessionis adipiscendæ, num Venandi causa, fundum intrarit. Quæ ratio nihil cum Venatione commune habet. Apparet nempe animus venantis, cui, domino possessionem suam interuertere cordi non est, sed fera, destinata est finis. Vnde cum prohibitionis causa absit, qui, vt prohibitiua dispositio locum haberet, fieret? contra *l. cum cessante. ff. de appellat. l. quod dictum. ff. de pact. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. Patron. l. vnicam. §. 1. ff. de fonte.*

17 Secundum quoque † fundamentum facile corruet, si cogitauerimus, axioma illud de initio spectando esse (vt vetustiores locuti sunt) brocardicon, in quo regula fere poni non potest ob iurium diuersitatem, nunc initium, nunc medium, nunc finem, nunc pariter omnia spectanda esse, iubentia. Proindeque locum sibi in nostro subiecto haudquaquam reperiet. Iura enim, quæ pro stabiliendo illo axiomate adduci solent, de vno eodemque actu loquuntur, non vti hic est, cum duo separati, diuersique sunt actus, actus nimirum, vt adhuc semel inculcem, ingressus, & actus venationis. Posito vero, sed non concesso, locum esse illi, quod initium spectandum sit regulæ, opponemus illi aliud receptum iuris axioma, quod habet: Quando initium est illicitum, finis vero licitus, spectandum esse finem, & non initium, quæ est doctrina Bartoli communiter recepta, *in l. quod ait lex. §. quod ait lex. numero tertio. ff. ad l. Iul. de adult.* per text. in id optimum *l. qui cum maior. §. 1. ff. de bon. libert.*

18 Exitus enim est, qui acta † probat, non pugna, sed finis coronat. *c. qualis. in princ. 25. distinct. l. rem non nouam. §. Patroni autem. C. de iudic. Euer. in top. in loc. à virt. fin. num. 2. Curt. tract. feud. 4. p. p. num. 16. Neuiz. Syl. nupt. 1. num. 27. Hipp. de Marsf. cons. 52. num. 14.*

Textus *in l. si fundum*, & *l. certum. C. de rei vendicat.* quod attinet, est
19 quod dicamus, in terminis † illorum textuum duo requiri, perceptionem nimirum, & bonam fidem, ad hoc, vt possessor fundi fructus suos faciat. Qui si malæ fidei sit, non habet, quod de restitutione fructuum conqueratur. In nostro vero subiecto vnum sufficit, nimirum occupatio, siue ea bonam, siue malam fidem coniunctam habeat, quæ est resolutio *Ioh. Fab. d. §. fera. Inst. de rer. diuis.*

20 Ad vltimum ea suppetit responsio, pœnam † condemnatione iniuriarum delicto omnino commensurari absq; eo, quod capta venatori præda auferatur. Cum Venatori iniuriarum damnato infamiæ nota inuri queat, nisi infamiam per procuratorem litigando euaserit, quæ est cau-

est cautela. *Bart.l.furti.§. si quis alieno.num.3.per ill.text. ff.de his,qui not.infa. Cap.caut.12.Marc.Ant.Blanch.caut.3.Fich.caut.38.*

Accedat, quod † Venator occupando res, quæ nullius sunt, in fundo alieno, id faciat, quod iuregentium etiam cuique liceat. Quare pœna contristandus aliqua non est. Cum factum legitime nullam mereatur pœnam. *l. Gracchus. C. ad l.Iul.de adult. Mart. tract. de ord. iudic. p.6.rubr.inquisit. numero centesimo octauo. Zuchard.in Rubr. numero sexagesimo secundo. C. de bonorum possession. contr.tab. Tiraquell. de LL. connub. l.9. numero primo. Menoch.tractat. de rem. poss.retin.remed.3. num.800. & tract.de remed. possess.recup.rem.9.num.170.* 21

Adhæc bestiæ in † fundo meo, nisi eas incluserim, meæ non sunt. vti superius annotauimus circa definitionem. 22

Eccur igitur, mihi † restituendæ essent ab eo, qui eas in fundo meo, me inuito ceperat, cum is, me neque possessione, neque dominio earundem priuarit, nec defraudarit. Equidem priuatio, vbi habitus non antecesserit, esse non potest. *argum. l. manumissiones.ff.de iust. & iur. cap. exhibita. extra de homicid. l. Titio vsusfructus. ff.de condit.& demonstration. l. restituere.ff.de verborum obligationib. Neuizan.Syl.nupt.libro primo, numero 198.in fine. Cacheran.decis.24. numero vndecimo.& decis.120.numero 7. Hartmannus Pistorius quæstione 29. num.17. p.2. Mascard. tractat. de probat. conclus.13.numero 3. Seraphin.de Seraphin.tractat.de priuileg.iur ament.priuileg. centesimo nono, numero secundo. Cardin. Parisc.consil.41. numero decimoquarto, volum.2. Roland. à Valle consilio 32. numero quinquagesimoseptimo. volum.4. Iacob.Menoch.consil.232.numero 27. consilio 241.num.27.volum.3.consil.326.num. 2.consil.378.num.9.volum.4.* 23

Et restitutio † fit ita demum, quando in pristinum statum repo- ni possumus. *l. quod si minor. §. restitutio. ff.de minor. Pract.Pap.in form.libr. quo arg.vt sent. resc.verb. fore in integr.restituendum. & in form.lib.sup.restit.in int.verb. eundemque Simonium.numero secundo. Gomez variarum resolutionum, libro secundo, capit. decimoquarto, numero primo, versiculo, ex quo primo. Tiraquellus de vtriusque retract.part.1. §.32.gloss.vnic.numero 69.* qui plures ibi citat Couar. *variarum resolutionum, libro primo, capite tertio, ante numero primo. Polit. tracta. de vulg. sub. numero 77. Menoch. tractat.de remed. poss.recup.in prælud. numero quarto. & remed.1. numero 412. Gail.libr.1.obseruat.114.numero secundo.& libro secundo obseru.61.num.15. & de pac.pub.cap.15.num.6.& cap.19. num.2.& per tot.lib.2.* 24

Hæc ampliatio † restringitur primo: Vt non procedat, si quis per iudicem venari in alieno prohibitus esset. Tunc enim præda quoque domino, à cuius fundo iudicis mandato arcebatur, restituenda 25

erit. *Iohan. Fabr. dicto §. feræ. numero secundo, instit. ut. de rer. diuis. Iacob. de Sancto Georg. tract. feud. d. verb. & cum Venationibus. sub numero 3. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 13. §. 7. gloss. 1. sub num. 8. Roland. à Valle dict. consil. 9. num. 25. volumine 2. per l. qui fundum. §. qui scient. ff. pro emptione. l. de pollicitationibus. ff. de pollicitation.*

26 II. Restringitur † vel potius declaratur. Nam etiamsi fera, in fundo alieno, domino inuito capta, capientis maneat: tamen quia domino fundi inuito, ingressus est, datur contra eum iniuriarum actio. *Iniuriarum actio la 1. §. fin. ff. de iniur. gloss. d. l. Diuus. ff. de ser. rust. præd. Iacob. de Beluis. princip. crimin. Rub. de iniur. verb. Falsarium. numero 41. Iohan. de Plat. d. §. feræ. numero 26. Instit. de rer. diuis. Aluarot. cap. 1. §. nemo retia. ante. numero 1. ibi Isern. num. 31. de pac. tenend. in vsibus feud. Iacob. de Sancto Georg. tract. feud. verb. & cum Venationibus. sub num. 4. Capoll. tract. de seruit. rust. præd. cap. 21. num. 1. Chassan. d. §. 7. gl. 1. nu. 3. Iul. Clar. pract. crimin. §. iniuria. nu. 2. Eman. Zoares. compopim. lit. V. nu. 12. Rolan. à Valle. d. consil. 9. nu. 23. volum. 2.*

28 Hoc ita si dominus † Venatorem ante prohibuerit, quam fundum ingrediebatur. Cæterum si post ingressum prohibitus fuerit, iniuriarum non erit actio. *Ang. Aret. d. §. feræ. num. 1. & num. 5.* per ill. tex. ponderando verbum *præuiderit. Inst. de rer. diuis. §. apium. vers. plane in illis verbis: integrare. Instit. eod. tit.*

29 III. Hæc ampliatio † restringitur, sed potius declaratur, vt Venator, armata etiam manu, à me, ne fundum meum ingrediatur, prohiberi possit. *gloss. l. 3. §. plane. ff. de acquir. rer. dom. Iacob. de S. Georg. d. verb. & cum Venationibus. sub num. 4. & Capo. tract. de seru. rustic. præd. c. 21. num. 3. arg. l. quem admodum. vers. aliud. ff. ad l. Aquil.*

30 IV. Restringitur, † Vt non procedat, si aliud consuetudine introductum fuerit. Dubium enim non est, quin, si ob iudicis præceptum præda capientis non fiat, idipsum etiam fieri possit, consuetudine hoc ita disponente. *Iohan. Fab. d. §. feræ. num. 2. instit. de rer. diuis. Iacob. de S. Georg. ver. & cum Venatio. nu. 3. Chassan. d. §. gl. 1. nu. 8. Rol. à Valle de conf. 9. nu. 26. per §. constat. Inst. de iur. natur. gent. & ciu.*

31 Secundo hæc conclusio † ampliatur: Vt etiamsi fundi dominus venatori, dum in venatus actu est, obuenerit, capere tamen eum, vel detinere nullo iure possit. *gloss. §. aptum. verb. præuideris. ibi Ang. Aret. numero primo. Instit. de rer. diuis. gloss. l. Diuus. ff. de seru. rust. præd. Christoph. Porc. §. singulorum. numero 8. in fine. Instit. eodem titul. Iacob. de S. Georg. tract. feud. d. verb. & cum venat. num. 4. Capol. d. c. 21. num. 3. argum. §. quia vero. auth. vt nulli iud. toto rubr. & nig. C. ne quis in sua caus. toto rub. & nig. C. de priuat. Carber. in bib. sanct. l. 1. ff. de reg. iur.*

CAPVT

CAPVT VII.

An, si in sylua mea alius venandi ius habeat, possim arbores complures simul, semelque excindere.

SVMMARIA.

1 *Arbores procerae, quibus exstirpatis, venatio fit deterior, succindi non debent.*
2 *Ius seruitutis non debet effici deterius.*
3 *Mandatum absq; clausula in Camera Imperiali, ne decidantur arbores, propter Venationis deteriorationem conceditur.*
4 *Quod non licet in parte, multo minus in toto licebit.*
5 *Arbores fundi, qui Venationem impediunt; possunt succindi, si hinc non admodum laditur ius venationis.*
6 *Proprietas absq; vtilitate penes dominum relinqui non debet.*
7 *Charitas ordinata incipit à se ipsa.*
8 *Venatori, quibus potest modis, Venationem adiuuare fas est.*

THEMA quidem propositum facile resolui, iurisque medullis decidi posse animaduerto. Nolui tamen idipsum, quoniam nostram attingit materiam, negligere: Verum eius potius tractationem vno alteroque verbo suscipere, Circa quod concludo: † Domino sylуæ arbores proceras succindere, quo venatio inde deterior fiat, nefas esse. Vti hoc in specie decidit Andreas Gail, qui solus hoc in terminis thema habet ex ijs, quos mihi videre contigit, *obseruat. 67. num. 5. libro secundo.* 1

Ratio in promptu est: Non enim ius seruitutis † deterius effici debet. *l. seruitutes. §. si ante. ff. de seru. vrb. prad. l. sed & si quid. §. proprietatis. ff. de vsufruct. l. etsi forte. §. fin. ff. si seru. vend. l. certo generi. §. si totus. ff. de seru. rust. prad. l. 1. §. Labeo putat. ff. de aqu. quot. & est. l. in fraudem. §. conductor. ff. de iur. fisc. l. forma. §. si vites. ff. de censibus. Bart. l. diuortio. §. si fundum. num. 3. ff. solut. matrim.* 2

Hæc conclusio ampliatur primo: Vt hoc casu, quandoquidem † de damno irrecuperabili agitur, (intra hominis enim ætatem vix, ac ne vix quidem arbores, quas dominus cæciderat, pristinæ proceritati restituuntur) in Camera Imperiali mandatum, etiam absque 3

clausula iustificatoria (mandamus, vt in termino compareas, causas, quare non tenearis mandato, allegaturus, &c.) & peti, & concedi debeant, vti hoc in Camera obseruatum in causa Comitis à Zollern, contra Comitem à Furstenberg attestatur idem *Gail.dict.obseruat.67. numero octauo, libro secundo.*

4 II. Hæc conclusio ampliatur: Vt longe minus † dominus fundi Venationem debentis arbores funditus extirpare, euellere, eradicareque possit, & nouale efficere. Cum enim hoc in parte ei denegatum sit, in toto multo minus hoc ei non licere, est quod dicamus. *arg.auth.multo magis.C.de episc. & cler.cum simil.*

5 Limitatur autem † hæc conclusio primo: Vt non procedat, si dominus Sylvæ arbores quidem excinderet, at moderate tamen, si neque iuris Venandi dispendio. Hoc enim neutiquam denegari ei posse statuo. *argum.l.2. versicu.sed si non minimus.ff.de relig. & sumpt. funer.iunct.trad. per Pinel.l.2.p.2.c.1.nn.25.C.de resc.vend.*

6 II. Limitatur: † Vt non procedat, si nulla alia, præter Venationem, nisi in lignis cædendis, Sylvæ esset vtilitas. Hoc enim casu, dummodo quantum fieri potest, sarta tecta maneat Venatio, ligna ferire, maxime ad ædificiorum refectionem ei permittendum. Tum ne nulla sit proprietatis vtilitas, contra. *l.si vsusfruct.ff.de vsu & vsufr.leg.*

7 Tum quod ordinata † charitas à se ipsa incipiat. *l. præses.ibi Bald. & Salyc.C.de seruit. & aqu.Iaſ.l.si ita stipulatus fuerit te sisti. §. possum.nume.2. ff. de verborum obligationibus.Curt.tract.at. feudal. 4.p.p. numero octauo. Cotta in memoralibus verb.Ecclesiast. ad finem. Afflict.decis.290. numero octauo. & decis.371. numero tertio. Lup.Rubr. §. 65. numero 52. extra de donat. inter virum & vxorem. Barbat.l.cum acutissimi.numero 197. ibi Sich.numero quarto.C. de fideicommiss.Bertach.in repert.verb.charitas.versic.primo. Ascan.Clem.tractat.de pat. pot.eff.17. numero 22. Tiber.Decian. consil.93. numero 113.volum.2.consil.111.numero 22.volum.3.*

8 E diuerso † vero is, qui in quasi possessione iuris Venandi est, omnia poterit in Sylua, quæ Venationem habet, per quæ Venatio feracior efficitur, & adiuuatur. Vnde folia arida, quæ ex arboribus cassitauerunt, incendere, vt gramen, & reliqua pascua, melius, inque maiori copia bestijs crescant, arbores ætate, tempestateque corruptas, ita vt exaruerint, remouere, ne hinc pascuis detrimentum inferatur, & si quæ fuerint alia, ei fas erit. *argum.l.si iter.ff.de seruit.l.seruitutes.§.si domo.ff. de seruit.vrb.prad.*

CAPVT

CAPVT VIII.

Glandis legendæ ius in Sylua, quæ Venationem debet, cuius sit, an eius, qui Venationis iura possidet, an domini, cuius Sylua est propria.

SVMMARIA.

1 Glandis *appellatione continentur omnes omnino fructus.*
2 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
3 *Glandes fundi Venatorij, in dubio Venatori pro ferarum pascuis adiudicanda. Alimenta denegans, necare videtur,* ibid.
4 *Glandes, si quæ vltra alimoniam ferarum extant, domini fundi erunt.*

CIrca hoc subiectum † illud cum primis notandum censeo. *Glan-* 1
dis appellatione, omnes omnino fructus contineri. *l. vnica. ff. de gland. leg. l. qui venenum. §. glandis, ibi Alciat. ff. de verb. signif. l. Iulianus. §. glans. ff. ad exhib. l. qui seruandarum. §. fin. ibi Bart. ff. de præscript. verb. Specul. tit. de instr. §. 2. numero decimo nono. Capoll. tract. de seruit. rust. prad. cap. 19. numero quinto. Bertach. in repert. verbor. glans. Pyrrh. in consuetud. Aurelian. titul. de pascuis, capit. sexto.*

Vnde quod de glande † dicimus, de castaneis, auellanis, reliquis- 2
que syluestribus fructibus intelligi volumus. Hinc ad decisionem propositæ quæstionis descendentes primo concludo, si qua inter dominum syluæ, & Venatorem fuerit de fructibus pactio, huic inhærendum esse. Quandoquidem contractus ex conuentione legem accipiunt. *cap. contractus. ibi Dyn. & Dd. de reg. iur. lib. 6. l. 1. §. si conueniat. ff. depos. Pract. Pap. in form. lib. quo ag. ad reuoc. feudi. verb. nec superstitibus ex eo liber. nu. 35. Lup. c. per vestras. 6. notab. §. 11. num. 3. extra de donat. inter virum & vxorem. Zoannet. l. 2. num. 36. vers. neq; ibi. Cagnol. C. de pact. int. empt. & vendit. Iasl. sed etsi quis. §. quæsitum. num. 40. ff. si quis caut. Iasl. si ista quis promiserit. §. Seia. numero 11. ff. de verborum obligation. Petr Rebuff. l. vnic. num. 564. C. de sent. quæ pro eo, quod interest prof. Caball. tracta. de euict. §. 4. num. 2. Stracch. tracta. de sponsionib. p. 4. vers. ic. quæro igitur. num. 1. Gail. obseruat. 23. num. 18. lib. 2. Tiraq. de utr. retract. p. 1. §. 28. gloss. 3. num. 43. Mozzius tract. de contract. Rub. de commod. tit. de accidental. commod. num. 6.*

Secundo concludo: Fructus Syluestres † in dubio Venatori in a- 3
limenta ferarum adiudicandos esse; si enim fructus omnes auferrentur, breui feræ quæque famæ perirent, venationisque exitium secum traherent. Cum alimenta denegans, necare videatur. *l. necare. ff. de libr.*

agnosc. l. si victum. ff. de re iudic. c. pascue. 86. distinct. Prael. Pap. in form. libr. 1. 510 leg. rei sing. vers. coram vobis. nu. 118. Iaf. auth. res quæ. nu. 7. C. com. de leg. Lud. Rub. §. 70. nu. 24. extra de donat. inter vir. & vxor. Marius Salomon l. 1. §. ius naturale. nu. 1. ff. de iust. & iur. Gail. obs. 88. nu. 6. obs. 122. nu. 15. lib. 2.

4 Quod vero restat † vltra ferarum victum, fructuum, eorum præsertim, quibus homines communiter cum bestijs vescimur, vti sunt castaneæ, domino fundi seu syluæ erit, penes quem alias penitus inutilis remaneret proprietas, contra *l. si vsufr. ff. de vsu. & vsufr. leg.*

Atque eo vsque candidissime lector, iudexq; æquissime, certis rationibus commoti, progredi potuimus. Telam tamen de plenitudine potestatis exorsos, nondum tamen filum abrupisse nos scito. Interim his vtitor fœliciter, nosq; amato.

Sat habet fautorum, qui recte facit.

TRACTA-

TRACTATVS

SEBASTIANI MEDICES

FLORENTINI I. C. EQVITIS SANCTI
STEPHANI, ET PROTONOTARII
Apostolici.

DE VENATIONE, PISCATIONE, & Aucupio.

Pars Prima.

PRÆFATIO.

SVMMARIA.

1 *Bestiæ, volucres, & pisces capientium fiunt.*
2 *Naturali ratione quod nullius est, occupanti conceditur.*
3 *Inuocatio diuini nominis, quid operetur.*
4 *Generaliora præponi debent.*
5 *Præmissa quid operentur.*
6 *Aer est communis, & non potest impediri.*
7 *Mare quid sit, & an in eo piscari possit.*
8 *Flumen quid sit, & quando in eo piscari possit.*
9 *Lacus quid sit, & quomodo in eo possit piscari.*
10 *Stagnum quid sit, & quando in eo piscari possit.*
11 *Torrens quid sit, & an liceat piscari in eo.*
12 *Torrens vnde dicatur.*
13 *Vallis aquosa quid sit, & an ibi possit piscari.*
14 *Piscinæ pisces non possunt capi inuito Domino.*
15 *Venatio vbi fiat regulariter.*
16 *Forrestæ, Nemus, & Sylua in quo differant.*
17 *Bestiæ appellatione quid veniat.*
18 *Pecudum appellatione quid veniat.*
19 *Ferarum appellatione quid contineatur.*
20 *Apes, quomodo, & quando capi possint.*
21 *Fauos mellis, qui eximere possit.*
22 *Pauonum fera natura dicitur, & qualiter capiantur.*

23 *Cerui*

23 *Cerui quomodo capi possint.*
24 *Animalia quæ abire, & redire solent, quando capientium fiant.*
25 *Gallinarum fera natura non est, ideo capi non possunt.*
26 *Animalium tria genera.*
27 *Mansueta, & fera animalia an sint capientium.*
28 *Fera accidentaliter mansueta, an fiat occupantis.*
29 *Appellatione auium quid contineatur.*
30 *Auibus legatis, quæ animalia veniant.*
31 *Volucres quæ dicantur.*
32 *Aquatilia animalia quæ dicantur.*
33 *Pisces quando capientium fiant.*
34 *Venatio in genere sumpta quot habeat species.*
35 *Venatio quibus modis fiat.*
36 *Aucupium quibus modis fiat.*
37 *Piscatio quibus modis fiat.*
38 *Occidere an liceat quæcunq; viuentia.*
39 *Ordo naturæ est, vt imperfectiora sint propter perfectiora.*
40 *Plantæ sunt propter animalia, animalia autem propter hominem.*
41 *Natura omnia hominum causa comparauit.*
42 *Definitio est initium cuiuslibet tractatus.*

1 OMNIA animalia, † quæ Mari, Cœlo, & Terra nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint, iuregentium statim illius esse incipiunt: quod enim antè nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. §. *feræ. Instit. de*
2 *rer. diuis. l. 1. & seq. ff. de acquir.* † *rer. domin.* capiuntur autem bestiæ, volucres & pisces, quæ Mari, Cœlo, & Terra nascuntur, venatione, piscatione, & aucupio: de quibus Tractatum præsentem edere
3 decreui. Et inuocato diuino Trinitatis præsidio, quo consequamur † bonum initium, melius medium, & optimum finem: Doct. commu-
4 niter *Rub. ff. de oper. nou. nuntiat.* dixi ego in tract. *de leg. & stat. in proœm.* † *n. 2.* quia à generalioribus est inchoandum. §. *his igitur. Instit. de iustit. & iure.* nonnulla prius generalia præfari oportet, quæ maxime conducere vi-
5 dentur ad declarationem rei, † de qua agitur. *l. proponebatur. ff. de castr. pecul. l. 1. ff. si cert. pet. a.* Notandum est igitur: Primo, quod aer, ciusque vsus
6 communis est. *l. iniuriarum. §. fin. ff. ne quid* † *in loco publico. §. 1. Inst. de rerum diuis.* ideo tanquam communis perpetuo in totum occupari non potest. *l. item lapilli. vbi Bald. ff. de rerum diuis.* vnde si quis vti aere prohibuerit, actione iniuriarum tenetur. *d. §. fin.* ex quo sequitur quod aues, quæ

sunt

sunt in arboribus, cum dici possint esse in terra? & ideo res, quæ in eo nascuntur, vbicunque sint, capi, eorum fiunt, nisi specialiter reperiatur prohibitum.

Secundo notandum, quod † maceries collectio multarum aquarum 7
falsarum. Bart. *in tract. de insula, in principio* cuius quoq; communis est, ad
cuius littus nemo accedere prohibetur. *§. 1. Inst. de rer. diuis.* in quo ne- 8
mo prohibetur piscari; sicut nec etiam in flumine publico. † *d. §. 1. vers.*
flumina. Capolla *tit. de fluminibus, cap. 31. num. 6.* est autem flumen aliud pu-
blicum, aliud priuatum: publicum flumen, seu perenne dicitur, quod
semper fluit. *l. 1. §. Item fluminum. ff. ne quid in loco publico.* priuatũ est, quod
ad tempus fluit. *l. 1. §. fluminum. ff. de aqua.* Proprietas fluminis publici,
est Principis. Angel. *l. flumium. ff. de damno infect.* priuati autem est eius,
in cuius agro oritur, & discurrit per sua prædia vsq; ad flumen publi-
cum, vel mare, gloss. *l. si quis dum mare ff. si ser. vend.* Capol. *tit. de fluvi. pri-*
uat. cap. 82. Item, quod dictum est de mari, & flumine publico, quod ibi
piscari possit, intellige etiam de lacu, †& stagno, quando sunt in vsu 9
publico, nisi id expresse prohibeatur, vt in lacu Perusino, vel nisi sit
priuatus. Capolla *tit. de lacu. cap. 30. num. 6.* & notandum, quod lacus est, 10
qui perpetuam habet aquam. *l. 1. §. lacus ff. vt in flumin. public. nau. lic.* † stã-
gnum est, quod temporalem continet aquam ibi stagnãtem, quæ quo-
tidie plerunque hyeme augetur. *d. l. 1. §. stagnum. vers. fin.* † Quarto hoc 11
idem in torrente emittente in vsu publico, quia tunc etiam ibi licitum
est vnicuique piscari, not. *l. 2. §. hæ interdicto. ff. ne quid in loco pub. fiat.* Est 12
autem torrens, qui in hyeme currit, & perennis non est. *l. 1. §. 2. ff. de flu-*
min. & dicitur *torrens* à *torreo*, quod significat siccare, atque arescere.
Capolla *tit. de torrente, cap. 38. num. 1.* † Quinto, hoc idem in vallibus a- 13
quosis, in quibus licitum est piscari cuilibet, si sunt publicæ, secus si sunt
priuatæ, not. *§. litterum. Inst. de rerum diuis.* Capol. *tit. de vallib. aquos. fis. n. 2.* 14
non tamen licitum est piscari in piscina. † nam pisces ibi collecti pos-
sidentur à domino piscinæ. Didac. Couar. *2. part. Relectionis regulæ pecc. a-*
ctua. §. 5. num. 15.

Tertio notandum, quod plerunque bestiæ, & ferę capiuntur in 15
nemore, & † syluis. Franciscus Zoanettus *l. 2. nu. 144. C. de pact. inter empt.*
& vend. & differunt in hoc, † quod nemus latum sine clausura & aqua, 16
dicitur foresta: quando vero est prope fluuiũ, dicitur sylua: sed quan- a
do concluditur muris, vel palis, vocatur Barcus. Ita Veronensis *in tit. de*
venatione. nu. 7. In foresta autem, & sylua licitum est venari: in viuario
autem, seu barco nequaquam. Ita Didac. Couar. *d. loco proxime cit. nu.*
15. vers. nam alias in huiusmodi.

17 Quarto notandum est, † quod in præsenti cessu appellatione *bestiæ*, non venit mortua. *l. 1. §. bestias. ff. de pastul. l. 1. §. plane si ante. si quadr. pau. fec. dic.* not. *l. 1. ff. de cadu. qui.* Bart. *to. seu de lanuris, num. 1. in princi. ff. de fund. instr.* similiter appellatione *bestiæ*, non veniunt animalia mansueta, & domestica, nisi aliter ex communi consuetudine vsurparetur. Ioannes *in tract. de primogen. quæst. 2. num. 7.* Bartol. *l. 1. §. removet, in 1. not. ff. de postul.* Ioan. Bapt. *Lomnet. num. 245. ff. de usu fru. & hab.* Item appellatione *bestiæ* veniunt tantum animalia terrestria, non aues: secus appellatione animalis. glos. *c. sexto die, vers. bestiæ, 35. distinct.* Item *bestiæ* appellatione veniunt Vrsi, Leones, Panteræ: quasi mixti sunt Elephantes, & Camelinam & iumentorum operam præstant, & natura eorum fera est. Pecu-
18 dum † autem numero sunt quadrupedes, quæ gregatim pascuntur, veluti oues, capræ, boues, equi, muli, asini. *l. 2. §. vt igitur. ff. ad leg. Aquil.*

19 Quinto notandum, † quod ferarum appellatione non venit canis: quia proprie fera animalia dicuntur nocentia. *c. fin. de iniur.* dicitur tamen Apium, Pauonum, Columbarum, & Ceruorum quoque fera natura. *l. naturalem. §. apium. ff. de acquir. rer. dom.* §. *apium. Instit. de rerum diuis.*
20 ibi, *apium quoq; † fera*, id est, *ferè ut insitæ natura est.* Itaq; apes, quæ in arbore tua consederint, antequam te alueo, id est, vase vbi manent, includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quam volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. ideoq; si alius eas incluserit, is earum dominus erit. Fauos quoque si quos effecerint, eximere quilibet potest. Plane integra re, id est, antequam intret, vel priusquæ eximantur, si præuideris † ingredientem fundum tuum, poteris eum iure prohibere, ne
21 ingrediatur. Examen quoque (id est, vniuersitas apium) quod ex alueo tuo euolauerit, eousq; intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, nec difficilis persecutio eius est: alioquin occupantis fit. Pauo-
22 num quoque & columbarum fera, id est, non prorsus domestica vel mansueta natura est, nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine euolare, & reuolare solent. nam & apes idem faciunt, quarum constat fe-
23 ram esse naturam. Ceruos quoque † ita mansuetos habent, vt in syluas ire & redire soleant: quorum & ipsorum feram esse naturam nemo negat. In his autem animalibus, quæ ex consuetudine abire & redire solent, talis regula comprobata est, vt eousque tua esse intelligantur,
24 donec animum † reuertendi habeant. nam si reuertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, & fiunt occupantium. † reuertendi autem animum videntur desinere habere tunc, cum reuertendi
25 consuetudinem deseruerint. Gallinarum † autem, & anserum, non est fera natura, idq; ex eo possunt intelligere, quod aliæ sunt gallinæ, quas

feras

feras vocamus, vt phasianos, alij sunt anseres, quos feros appellamus. Idcoque si anseres tui domestici, & gallinæ tuæ domesticæ aliquo modo turbati, turbatæve, scilicet per Vulpem, per Miluum, cuolauerint: licet conspectum tuum effugerint, quocunque tamen loco sint, tui, tuæve esse intelliguntur: & qui lucrandi animo (scilicet vt habeat pennas, vel oua) ea animalia detinet, furtum committere intelligitur. *§. pauonum & gallinarum. Institut. de rer. diuis. l. naturale. §. gallinarum. ff. de acq. rer. dom.* & sic notanda sunt tria genera animalium: mansueta, vt sunt † gallinæ, in quibus locum habet regula hæc, vt vbicunque sint, domini esse intelligantur, *d. §. gallinarum.* item fera prorsus, & in his † habet locum altera regula, quod occupanti conceduntur. *§. feræ. Instit. de rer. diuis.* item fera naturaliter, sed accidentaliter mansueta: & in his procedit † regula, vt eousque esse tua intelligantur, donec animum reuertendi habeant. *d. §. patronum. Inst. de rer. diuis.* 26 27 28

Sexto principaliter notandum, quod appellatione auium, venit omnis volucris, quæ oua parit, & † pennis decorata est: dicta ab auijs, id est, locis secretioribus quibus aues delectantur. Cic. *ad Heren. lib. 1.* Canium dulcedo ducit ad auium: vnde auibus legatis, anseres, & phasiani, & gallinæ syluestres, & auiaria, id est, gabiæ † vbi stant aues, debentur, si testator talia habebat, alias secus: Phasianarij autem, id est, serui, qui sciunt artificia capiendi aues, & pastores anserum non continentur, nisi id testator expresserit. *l. aubus. ff. de legat. 3.* Volucres autem dicuntur, quæcunque volare possunt, † vnde apes, vespæ, muscæ, papiliones, volucres sunt, non tamen aues. 29 30 31

Septimo † notandum, quod omnia animalia degentia in aquis generali nomine aquatilia dicuntur, nam alia corio & pilis teguntur, vt vituli marini: alia corio tantum, vt delphini: alia cortice, vt Testudines: alia silicium duritia, vt Ostreæ, & conchæ: alia crustis, vt locustæ: alia crustis & spinis, vt Echini: alia squamis, vt pisces. Plin. *lib. 9. cap. 12.* alia pelle, vt anguilla, eo dicta, quia specie anguem repræsentat. quæ aquatilia, si fuerint in loco publico, siue mari, † lacu, flumine, vel stagno, capientium fiunt, nisi aliter prohibitum sit, vt dicetur inferius suo loco. 32 33

Octauo † notandum, quod venatio in genere sumpta, tres habet species, scilicet ferinam, aucupium, & piscariam; ferina fit multis modis, scilicet retibus, † pedicis, laqueis, præcipitijs, arcubusis, iaculis, cuspide, indagine, pennarum odore, canibus, accipitribus. aucupium autem fit retibus, † laqueis, pedicis, præcipitijs, arcu, visco, hamo. piscatura † fit retibus, sagenis, garguslijs, hamis, iaculis. S. Ant. *1. p. tit. 1. cap. 3. §. 4.* 34 35 36 37

Nono & vltimo notandum, quod homini licet occidere quæ-
cunque viuentia ratione carentia. nam Aug. *lib. 1. cap. 20. lib. 3. de ciuit.*
38 *Dei*, † dicit, quod illud dictum *non occides*, non accipitur de irrationa-
libus, quia nullus eis est sensus, nec de irrationalibus animalibus, quia nulla
ratione nobis sociantur: restat ergo, vt intelligamus de homine, quod
dictum est, *non occides*, S. Thom. *2.2. quæst. 64. artic. 1.* Dom. Soto *de iust. &*
iure, lib. 2. quæst. 3. art. 1. Pisan. *ver. homicidium. il 6. num. 2.* Syl. *il 1. num. 3. Tab.*
nu. 2. nullus enim peccat ex hoc, quod vtitur re aliqua ad hoc, ad quod
39 est ordinata. in rerum autem ordine imperfectiora † sunt propter per-
fectiora: sicut enim in generationis via natura ab imperfectis ad per-
fecta procedit, & inde est, quod sicut in generatione hominis prius est
viuum, deinde animal, vltimo autem homo; ita etiam ea, quæ tantum
viuunt, vt plantæ, sunt propter animalia, omnia autem animalia sunt
40 propter hominem: † & ideo si homo vtatur plantis ad vtilitatem ani-
malium, & animalibus ad vtilitatem hominis, non est illicitum. Ari-
sto. *1. Polit. cap. 5.* Inter alios autem vsus magis ne necessarius esse vide-
tur, vt animalia plantis vtantur in cibum; & homines animalibus,
quod sine mortificatione eorum fieri nó potest: & ideo licitum est, &
41 plantas mortificare in vsus animantium, & animalia in vsus hominum.
& ex ipsa ordinatione diuina dicitur Genes. 1. *ecce dedit vobis omnem her-*
bam, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ. & cap.
9. Genes. *omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum.* Eccles. viuilis ita de
41 hoc disponit, dicens, quod videtur absurdum † hominem in fructu
esse; cum omnes fructus rerum natura hominum gratia comparauc-
rit. *l. in pecudum ff. de vsuris.* non obstat *cap. 22. Exod.* vbi prohibetur occisio
bouis & ouis. nam Resp. quod occidere animal alterius, est peccatum
quidem, non quia occidit illud, sed quia damnificat hominem in re
sua, vnde non continetur sub peccato homicidij, sed furti, rapinæ, vel
damni dati. ita dixi ego *in summa pec. cap. p. 1. tit. 4. quæst. 92.* His ita gene-
raliter cognitis, deueniendum est ad specialiter dicenda: & primo ini-
42 tium † sumam à definitione: vt dixi ego, *in prooem. tract. de def. nu. 1.*

QVÆSTIO I.

Quid sit venatio, & quotuplex?

SVMMARIA.

1 *Venatio quid sit, & quid piscatio, & aucupium.*
2 *Venatio multiplex, & quæ sit approbata.*

3 *Venatio adulatoria quæ sit.*
4 *Venatio arenaria quæ dicatur.*
5 *Venatio saltuosa quæ sit.*

PRIMO igitur quæro, † quid sit venatio? & quotuplex sit. Ad primum respondeo, quod venatio est ferarum persequutio, seu dicas, venatio est exercitium ordinatum ad captionem ferarum terrestrium: sicuti aucupium ad captionem auium, & piscatio piscium. Sylv. *verb. venatio. num. 1. in princip.* Ad secundum respondeo, † quod quædam venatio dicitur oppressiua hominum, & hæc omnino illicita est. *cap. non est. 5. his itaque. 6. dist.* Quædam adulatoria, quæ fit per verba, & hæc quoque est illicita. *cap. qui venatoribus. † 86. dist. cap. sunt nonnulli. 4. 6. dist. cap. sunt plurimi. 6. quæst. 1.* quædam est † arenaria, quæ fit in arena, & mala. *cap. infamis. § tria. 3. quæst. 7.* quæ permittitur laicis, sed si inde recipiunt pecuniam, infames sunt: si causa virtutis probandæ faciunt, si non sunt infames: saltus torneamentis, quæ prohibentur. *cap. 1. de torneam.* clericis autem hæc omnino interdicitur, not. *capit. 1. de cleric. pugn. in duello.* Quædam autem est saltuosa † & clamorosa, licita laicis, clericis non; sed quieta, vel causa necessitatis vel recreatis, vt dicetur inferius suo loco. glos. *cap. 1. ver. voluptate, de cler. ven.* Alij ponunt tres species tantum, videlicet, oppressiuam, arenariam, & saltuosam. glos. *1. cap. qui venatoribus. 86. dist.* Sylu. *cap.* Angel. Rosella, & Armilla *ver. venatio.* Acteus *lib. 6. rit. 51. art.* Abb. Anton. Butrio. *cap. 1. num. 3. de cler. ven.* Præpositus *cap. qui venatoribus. 86. dist.* Challan. *in consuet. Burg. titul. 13. §. 8. versicul. sed adueria.* Hostien. *in summa. de cler. ven. num. 1.* Turrecr. *cap. qui venatoribus, num. 2. 86. distinct.* Henricus Boich. *cap. 1. num. 1. de cler. ven.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. 2. part. lib. 2. cent. 3. cas. 413. num. 3.* Gemin. *cap. qui venatoribus. num. 86. dist.* Franciscus Marcus *deciss. 530. num. 1. volum. 1.* Marian. Socin. Sen. *cap. 1. num. 7. de cleric. venat.*

QVÆSTIO II.

Quo iure sit inuenta venatio?

SVMMARIA.

1 *Quo iure sit introducta venatio.*
2 *Venatio est iuris gentium.*
3 *Deus creauit omnia in hominum vsum.*
4 *Animalia sunt hominum subiecta naturaliter.*

5 *Imperfectiora cedunt in vsum perfectiorum.*
6 *Inferiora per superiora gubernantur.*
7 *Homo in statu innocentiæ dominabatur cunctis rebus, excepto Angelis.*
8 *In homine quatuor considerantur.*
9 *Homo in statu innocentiæ ad quid indigeret animantibus.*

1 SECVNDO quæro, † quod iure sit inuenta venatio. Resp. ex iure gentium. §. *feræ, inst. de rerum diuis.* Ibi, *feræ igitur bestiæ, & volucres, & pisces*, id est, *omnia animalia, quæ mari, cœlo, & terra nascuntur, simulatque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt. quod enim ante nullius est, id naturali ratione † occupanti conceditur.* conc. *l. 1. ff. de acq. poss.* sum-
2 mus enim Deus omnia animalia † creauit in hominum vsum, & ci-
3 bum, *cap. 1. Genes.* facit *l. in pecudum. ff. de vsuris*, & Cic. *lib. 3 de finibus*, cumq; hæc omnia animalia communia ipsa natura fecerit, plane licet per eandem naturæ legem cuilibet primo capienti ea sibi acquirere. Didac. Couar. *2. p. d. relect. regul. peccatum. §. 3. num. 1.* S. Thom. *2. 2. quæst. 64. art. 1.* Rom. Sot. *lib. 4. quæst. 46. art. 4. de iustit. & iure.* Ioannettus *l. 2. num. 146. C. de pact. inter empt. & vend.* Ang. Ber. *consil. 81. num. 3. volum. 1.* Rymin. *consi. 35. num. 1.* Natta *consil. 604. volum. 3. num. 1. consil. 522. num. 6. volum. 3. consil. 375. num. 1. volum. 2.* Rolan. *consil. 9. num. 2. volum. 2.* & est communis opinio, de qua per Iaf. *consil. 19. volum. 4.* Emanuel Soarez *tract. commun. opin. ver. no-*
natio, omnia enim animalia sunt homini naturaliter subiecta, quod ap-
4 paret ex tribus. Primo, ex ipso naturæ processu, sicut † enim in generatione rerum intelligitur quidam ordo, quo proceditur de perfecto ad imperfectum, nam materia est propter formam, imperfectior propter perfectionem, ita etiam est in vsu rerum naturalium, nam imperfectiora cedunt in vsum perfectiorum, plantæ enim vtuntur terra ad
5 sui † nutrimentum, animalia vero plantis, & homines plantis & animalibus, vnde naturaliter homo dominatur animalibus. Vnde Arist. *1. Polit. cap. 5.* dicit, quod venatio syluestrium animalium, est iusta & naturalis, quia per eam homo vendicat sibi, quod est naturaliter suum. Secundo apparet hoc ex ordine diuinæ prouidentiæ, quæ semper inferiora per superiora gubernat. Vnde cum homo sit super cætera animalia, vtpote ad imaginem Dei factus, conuenienter eius gubernatio-
6 ni alia animalia subduntur. Tertio apparet ex † proprietate hominis, & aliorum animalium, in alijs enim animalibus inuenitur secundum æstimationem naturalem, quædam participatio prudentiæ ad aliquos particulares actus; in homine autem vniuersalis prudentia, quæ est ratio omnium agitabilium, omne autem, quod est per participationem,

subdi-

subditur ei, quod est per essentiam, & vniuersaliter; vnde patet, quod naturalis est subiectio aliorum animalium ad hominem. S. Thom. *1.p. quæst.96.Art.1.* In statu autem innocentiæ homo non dominabatur Angelis, sed animalibus imperando, plantis vero, & alijs inanimatis vtendo absque vllo impedimento; in ipso enim homine † quodammodo 7
sunt omnia, & ideo secundum modum, quo dominatur his, quæ in se ipso sunt, secundum hunc eundem modum competit ei dominari alijs: est autem in homine quatuor considerare, † scilicet rationem, se- 8
cundum quam conuenit cum Angelis; vires sensitiuas, secundum quas conuenit cum animalibus; vires naturales, secundum quas conuenit cum plantis & ipsum corpus, secundum quod conuenit cum rebus inanimatis. Ratio autem in homine habet locum dominantis, & non subiecti dominio. vnde homo Angelis non dominabatur in primo statu, & quod dicitur *Genes.1.præsit vniuersæ creaturæ*, intelligitur, quæ non est ad imaginem Dei, viribus autem sensitiuis, sicut irascibili, & concupiscibili, quæ aliqualiter obediunt rationi, dominatur anima impetrando. Vnde in statu innocentiæ animalibus alijs per imperium dominabatur viribus autem naturalibus, & ipsi corpori homo dominabatur, non quidem impetrando, sed vtendo, & sic etiam homo in statu innocentiæ dominabatur plantis, & rebus inanimatis, non per imperium † vel per immutationem, sed absque impedimento, vtendo 9
eorum auxilio, & quamuis homines in statu innocentiæ non indigebant animalibus ad necessitatem corporalem, neque ad tegumentum, quia nudi erant, & non erubescebant, nullo instante inordinatæ concupiscentiæ motu, neque ad cibum, quia ligno Paradisi vescebantur, neque ad vehiculum, propter corporis robur: indigebant tamen eis ad experimentalem cognitionem sumendam de naturis eorum, quod significatum est per hoc, quod Deus ad eum animalia adduxit vt eis nomina imponeret, quæ eorum naturas designant. S. Thom. *1.p. quæst. 96.artic.1.ad 3. & art. seq.*

QVÆSTIO III.

Vtrum venatio sit licita?

SVMMARIA.

1 *Venatio an sit licita.*
2 *Ius gentium permittit venationem.*
3 *Ius ciuile non prohibet venationem.*
4 *Ius canonicum quando prohibeat venationem.*
5 *Oppressiua venatio prohibita.*

6 Adula-

6 *Adulatoria venatio qualiter prohibeatur.*
7 *Adulatio triplex.*
8 *Arenaria venatio non conceditur.*
9 *Taurorum tornesamenta prohibita.*
10 *Clerici pugnare non possunt.*
11 *Saltuosa venatio quando concessa, & quando prohibita.*
12 *Tempore Quadragesimæ an sit concessa venatio.*
13 *Feræ vastantes agros expelli possunt quotuncq; tempore.*
14 *Venatio quieta quibus permittatur.*
15 *Reditus bonorum confistentes in venatione, faciant, vt etiam clerici venari liceat.*
16 *Monachi non possunt retinere canes venaticos in eorum monasterijs.*

1 TERTIO quæro: † vtrum venatio sit licita? Respon. quod in hoc pluta iura consideranda sunt, nam si inspiciatur ius gentium, vti-
2 que reperitur licita absoluta venatio ferarum, † vt dixi supra in proxima præcedenti quæstione. De iure autem ciuili ita disponitur. *l. vnic. C. de venat. fer. lib. 11.* Ibi, *occidendorum leonum cunctis facimus potestatem, neque aliquam finimus quenquam calumniam formulare. Bestias autem, † quo ad comitatum ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus quam septem diebus inter singulas ciuitates detineri præcipimus, violatoribus eorum quinas libras auri fisci iuribus illaturu.* De iure autem Canonico facit primo *cap. vident. 86. distinct.* Ibi, *vident homines venatores, † & delectantur: væ miseris, si se non conuerterint, qui enim venatorem vident, & delectantur, videbunt saltatorem, & irrisabuntur.* Secundo facit *cap. Esau venator erat, quoniam peccator erat,* & penitus non inuenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem, piscatores inuenimus sanctos. Tertio, *c. quid prodest, 86. distin.* Ibi, *quid prodest ieiunare visceribus & luxuriari venatibus? abstinere a cibu, & errare peccatis, &c.* vt igitur iura iuribus concordentur, ita distinguendum
5 dicas, aut quæris de venatione hominum oppressiua, & hæc † omnino dicitur illicita. *c. non est. §. his, 6. dist.* aut quæuis de adulatoria, hæc sem-
6 per, & omnibus est † illicita & infamat. *c. qui venatoribus. 86. dist. c. sunt, 46. dist.* & not. quod tribus modis venatur, adulando, aut tribuendo alicui
7 bonum, quod non habet, † vel nimium extollendo bonum, quod habet, vel approbando malum, quod habet. *cap. væ qui ducitis. 11. quæst. 3.* aut
8 † quæris, vtrum sit permissa laicis. si laicis, tunc, aut hi laici pro hoc pecuniam recipiunt, & tunc non est licita, sed sunt infames talem venationem exercentes, aut non recipiunt, sed hoc faciunt causa virtutis
9 exercendæ, & tunc est permissa, † nec sunt infames, saluis cornea-

mentis, quæ prohibentur *cap. 1. de ludo rom.* & tyrorum spectaculis, vt dixi *in summa peccatum. c. p. 2. tit. 9. extrem. 200.* si quæris de clericis, tunc dic, quod illis venatio † arenaria est omnino interdicta. nec *cap. 1. & seq. de cler. pugn.* † *in fi.* aut quæris de venatione saltuosa, & tunc aut de clamosa, aut de quieta, seu recreatiua, si de clamosa, quæ in saltu, vel nemore fit hominum, canum, & auium multitudine congregata, tunc, aut quæris, nunquid est omnibus interdicta tempore Quadragesimæ, & festiuitatum, seu præcipuarum Festiuitatum, *cap. 1. cap. si de feriis*, quibus homines debent conuenire † in Ecclesia, & orare, & Respon. quod ista tunc temporis est prohibita, siue sint clerici, siue laici *cap. an putatis, 86. distinct.* fallit, vbi necessitas famis vrgeret, vel si feræ venirent vastare segetes, † vel vineas, *l. 2. C. de fer.* aut in alijs diebus ferialibus, vel non festialibus, & tunc Laicis est concessa. *§. fera. inst. de rer. diuis.* clericis vero est omnino interdicta, *cap. 1. §. fin. ne cler. vel mon. cap. 1. de cler. venat.* si de quieta seu recreatiua, puta, cum retibus, laqueis, † canibus, cum silentio, & modestia, tunc, aut quæris de laicis, & illis est permissa: aut de clericis, & tunc, aut sit causa voluptatis, vel vagationis, vel nimis frequenter, & tunc est eis interdicta. *cap. 1. de cler. ven.* aut aliquando causa necessitatis vel vtilitatis, & tunc est licita, vt si fiat forsan ad excitandum calorem naturalem, vel etiam appetitum. *d. cap. 1.* argum. à contrario sensu, similiter si reddibus bonorum, etiam Religiosorum † fuerint in venatione, licebit etiam eis in propria persona, saltem, si familia deficiat, venationem suam recolligere & vendere, dum tamen hoc faciant tempore competenti, quia hoc non est vagari, sed necessitati, vel saltem vtilitati ecclesiæ prouidere, ad quod vnusquisque clericus est adstrictus. *can. presentium. 7. quæst. 1. cap. qui vero, 16. quæst. 1.* non tamen possunt † Religiosi in eorum clausura, vbi habitant, venaticos canes retinere, nec venationi exhibere corporaliter, nisi vrgens necessitas aliter eos adstringat. *clem. ne in agro. §. porro de stat. monach.* Henric. Boich. *cap. 1. num. 2. & seq. de cleric. venat.* Host. *in tit. de cleric. venat. num. 2. & seq.* quibus autem modis reddatur illicita venatio, dicam in seq. quæstione.

QVÆSTIO IV.

Quibus modis seu causis non liceat venari?

SVMMARIA.

1 *Venatio quibus ex causis reddatur illicita.*

2 *Venatio inferens damnum proximo, est illicita.*

3 *Venatio quadrupedum, reuocatur in venationem.*
4 *Venatio volucrum considerandum.*
5 *Affectio animi ad retia reuocationem illi tribuit.*
6 *Venatio prohibita, si in loco alterius contra voluntatem Domini.*
7 *Prohibens venationem, quando peccet.*
8 *Exercens venationem prohibitam, an peccet.*

1 QVARTO, ex quia dictum est, venationem secundum se esse licitam. Si enim vsus naturalis dominij hominibus per Deum datus est ad animalia, per accidens tamen redditur illicita, ideo quo casu quibus modo
2 sine culpis non licitum venari? Respondetur pluribus. Primo videlicet si id fiat cum periculo aut damno proximi, non considerando, si homo percuti possit, aut si damnum inferatur agris, & tunc iudicatur illicita secundum temeritatem periculum, & damnum. *Sylu. per venatio in fine.*
3 Secundo, ex consideratione personæ. Vt quia clericus vel monachus
4 *contra auctoritatem facit.* Tertio, ratione temporis, † cum in festis debitus cultus exhibendus, vt dicit *Felin. & communiter expositores, vbi dixi.*
5 Quarto, ex immoderato affectu, ex qua causa facile omnia humana opera reduuntur illicita. *Vbi dicebam de venat.* Quinto, si contra voluntatem † Domini quis in eius loco venatus fuerit. *S. fera. Inst. de rer. diuis.*
6 vt dicam in seq. Sexto, si quis prohibuerit † venationem in casu, quo
7 non posset. Septimo, si custos non seruauerit fideliter, quod promisit seruare. *Nauar. manu. conf. cap. 17. num. 170.* Contra *ex. venatio.* Domin. Soto *lib. 4. de iust. & iure, quæst. 6. art. 4.* Pisan. *ver. venatio.* Octauo, exercens
8 † venationem aliquam ex prohibitis, neque oppressiuam, adulatoriam, & arcpariam, modis & nominibus, quibus dixi supra proxima præcedente quæstione.

QVÆSTIO V.

Vtrum venatio possit prohiberi per Principem?

SVMMARIA.

1 *Venatio an prohiberi possit per Principem.*
2 *Ratio triplex, quare Princeps venationem prohibere possit.*
3 *Feræ, volucres, & pisces, sunt non solum pro ornamento viuentes, sed pro vtilitate hominum.*
4 *Princeps potest sua communia prædia vbi dicare.*
5 *Princeps inferior non potest prohibere venationem.*

6 Quæ

6 Fera, volucres, & pisces sunt communes.
7 Venatio, piscatio, & aucupium, quando sint prohibita, vel non prohibita.
8 Damnum datum ob prohibitionem venationis non sunt restituenda.
9 Consuetudo, quando sit vera natura, & quomodo per consequens sui applicanda.
10 Lex humana fuit à ratione.
11 Lex naturæ perpetuissima, potest per legem humanam prohiberi.
12 Lex naturæ prohibentium, non potest humana lege concedi, &c.

QVINTO quæro, Vtrum venatio possit prohiberi per Principem. Respondeo quod sic, secundum magis communem opinionem Doctorum, de qua per Didac. Couarr. secunda parte relect. reg. peccatum. num. 4. Ioann. Lupum ad rem verbum 10. distinct. Caiet. tract. quæst. 12. cap. 12. Ioan. Medina tract. de restitut. in quæst. 12. Dom. Soto lib. 4. de iustitia, & iure quæstion. 4. art. 4. versus primo. Faber & Iulianus. Instit. de rerum diuis. Boer. in consuet. Bituric. tit. de consuetudine præscriptorum. §. 1. Guilielm. cap. Raymundus. ver. & vbi rem. num. 1. 9. de rescriptis. Chassan. in consuet. Burg. rub. 1. §. 5. 7. Grammat. decis. 67. Rebuff. in Constitut. Gallic. lib. 11. Bertazzol. consil. 255. lib. 1. num. 9. Tiraquel. tract. de iure habil. 34. 1. num. 142. Rolan. consil. 6. num. 1. volum. 1. Gemin. cap. 10. vision. de præscript. q. 5. 2. Rocca. consil. 92. num. 7. volum. 3. consil. 90. 4. num. 2. volum. 3. 5. tenuto, de præscriptis, in compil. feudal. tit. de 27. Ibi, nemo retia sua, aut leguminibus, aut alia quacunque insequentia ad capiendas venationes tendat, missi ad vsus, aprum, vel lupos capiendos, quibus in locis Dd. omnes concludunt, Principem posse in illis ex causa venationum prohibere posse, conc. Turrecr. cap. qui remporibus. 8. distinct. etiam nota, quod venatio potest prohiberi per Principem, non recognoscentem superiorem tripliciter de causa. Primo, 1
etiã venationis locus sit communis Ciuitatis, aut oppidi, vel ei licite 2
potest Princeps, seu Dominus per viam gubernationis, nam feræ, volucres, & pisces, non solum ornamento sunt, & decori Reipublicæ, sed 3
verum & necessarii seruiunt, ob idque non est vulgi temeritati vt natus communiter regula, sed debet ordinate fieri, ne disperdat. Secundo, etiam Princeps etiam communia loca Reipublicæ potest alicui proprio ad 4
suum vsum concedere, quia ad hoc, vt quidam priuatus acquirat aut consentiat possidere, interdum requiritur consensus Principis, vt pro sua dignitate quam coercendi animi, vel nationibus habeat potestatem, præterquam, quod pros, & cervos, & id genus bestias non condecet à plebeis venari, sed vt seruentur ingenuis, qui præliorum simulacra adducere cum meditentur. Tertio etiam potest, quia prohibere potest venationem aliquo, quia est in loco non communi oppidi, sed proprio ipsius domini, per statuta consuetudinis venationem, sique occasionali Dominus particularis prohibere, nequit

venationis gratia illum ingrediatur, multo magis Princeps. *C. fera, ver. plane. Instit. de rerum diuis.* Ibi, *plane qui alienum fundum ingreditur venandi, aut aucupandi gratia, potest a Domino, si prouideret, prohiberi ne ingrediatur.* declaratur tamen. Primo, vt licet Princeps prohibere possit venationem, non tamen est eadem ratio in Magnatibus ad custodiendam sui
5 gratia, † vetandamque venationem, quanta in Principe, etiam si cum suis iuribus ea fuerit ipsis largitus. Secundo declaratur, vt non conueniat Principi in suo territorio in totum venationem prohibere, sed pro loco, & tempore: nam grauamen hæret nimis Populo, cum feræ,
6 volucres, & pisces sint † iurisgentium communes, & auferretur libertas, tum animum recreandi, tum & quæritandi victum. Tertio declaratur, vt in prohibitione † cauendum sit, ne pœnæ acerbæ statuantur,
7 quia illud non æstimatur furtum, aut latrocinium, perinde, ac dum domus, ac bursæ compilantur, vnde crudele est, pœna corporali plecti ingredientes loca vetita venationis gratia, sed satis est, si duplum, aut simplum perderent, & plagas instrumentaque amitterent, quod si in his, crebesceret contumacia, possent res gariin infestum, seu in certum aliquem locum alterum. Si vero illo in casu adesset contemptus superioris, tunc non ratione venationis prohibitæ, sed contemptus; posset pœna corporali puniri pro modo contemptus. Quarto declaratur,
8 vt stante † prohibitione venationis, damna data ob eam re sarciantur à Principe his personis, quæ damna passæ sunt, non obstat, quod iure naturæ † omnia sint communia, quia possunt nihilominus à Principi-
9 bus, qui eorum, quæ in nullis bonis sunt, dispensationem habent, quædam priuatis ita concedi, vt in posterum ea priuata, non communia sint. *§. singulorum. Instit. de rerum diuis. l. 1. ff. de acquir. rer. dom.* etiam absque corporali apprehensione, ad hoc facit, quod sicut occupatio rerum, quæ nullius sunt, priuatum iure naturali efficit illud, quod prius commune erat proprium ipsius occupantis. *l. 1. ff. de acquiren. possess.* ita ipse Princeps poterit, quæ communia prius erant, nulliusque in bonis habebantur, in priuatum iure dominij transferre, iure siquidem naturali,
10 omnia fuere ab initio communia, & tamen humana † lege facta est rerum distinctio inter priuatos, post quam distinctionem non licet cuiquam occupare dictam rem, & alicui priuato lege humana addictam. Conradus *lib. de contractib. quæst. 10.* Præterea Princeps facere potest, vt dominium rei priuatæ, quæ dominum habet, absq; traditione transferatur in alterum ipsius Domini consensu, qui exigitur ad tollendam iniuriam. *l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. l. rapturis. C. de Episcop. & cler.* not. *l. traditionibus. C. de pactis.* ergo earum rerum, quæ nullius sunt, & Princi-

dispen-

dispositioni subiacent, poterit Princeps dominium absque apprehensione corporali in priuatum transferre. Hinc etiam constat, Principem posse harum rerum, quæ communes sunt, ex causa occupationem priuatis interdicere, & sic venationem prohibere. Ad rationem autem resp. feras, volucres, & pisces, non esse communia politiue, sed affirmatiue, quia omnium propria sint communis dominij causa, sed negatiue, quia nullius sint, & iure naturali nullis sint applicatæ. Sanct. Thom. *1.2.quæst.xcic.5.* ideo lex humana potest ea vni potius, quam alteri ex causa concedere, ex quibus infertur, venationem iure naturali omnibus permissam, ex varijs causis posse per Principem prohiberi: non enim valet consequentia, hoc est iure naturali permissum; ergo per legem humanam † prohiberi non potest, cum multa sint iure naturæ licita, quæ inspecta Reip. vtilitate, & iuxta æquissimum communitatis regimen per legem humanam prohiberi possunt. bene procedit argumentum hoc: istud est † iure naturæ prohibitum; ergo lege humana permitti non potest. Princeps ergo potestatem habens legis condendæ, venationem prohibere poterit ex varijs causis: inferior autem, à Principe iurisdictionem habens, idem agere poterit ad tempus aliquod, & ex causa iustissima, non quidem per legem, quam statuere non valet, sed per edictum: perpetuo vero non potest Princeps, qui superiorem habet, prohibere venationem, nisi ius id per immemorialem præscriptionem legitime acquisierit, secundum Dd. communiter superius citatos, de qua præscriptione dicemus nos inferius suo loco.

QVÆSTIO VI.

Vtrum in alieno fundo venari liceat?

SVMMARIA.

1 *Venari num liceat in alieno fundo?*
2 *Domino inuito si quis ceperit feras, non tenetur restituere.*
3 *Actione iniuriarum conuenitur potest ingrediens fundum alienum venandi causa, inuito Domino.*

SEXTO quæro, vtrum † liceat venari in alieno fundo? Resp. quod venari licet recreationis causa, etiam in fundo alieno, auibus, & canibus, non autem laqueis, foueis, retibus, & cæteris similibus artibus fraudulentis, præterquam in occidendis, capiendisque bestijs nocuis,

proueniunt Leones, Lupi, Panthere & similes, ergo ex ratione de qua &c.

2 vnde captum in agro alieno efficitur capientis, secundum ea quæ tenent gloss. l. Diuus ff. de seruit. rust. prædi. l. 5. ff. de acquir. rer. dom. Franc. Marcell. decis. 3. num. 1. volum. 1. Dd. communiter, & sic videretur expedire. Franc. Vivius lib. 2. communium opinionum. Emanuel Sosa in 1. part. cap. 1. sententia. vers. sic verò. Capol. de seruit. rust. prædi. rust. cap. 10. Chassanæus in consuet. Burgund. §. 1. quæst. 2. Socin. dub. consil. 3. num. 2. volum. 1. Præpositus, quæst. 2. conclusione. Guid. decis. 218. Fallit hoc, quando dominus prohibuit. Bartold. tenet. quod si fundus non sit quis in eum dominus non ingredi dicatur alienum fundum venandi gratia, quamuis prohibitus dominus fera capta, vt dicam in sequenti quæstione, vt videbitur concurrente iniuriarum † secundum communem opinionem. Dd. 9. fel. 2. Instit. de rerum diuis. Ibi, nec interest, quod sæpe fugiant, & volucres, verum in fundo qui capiat, an in alieno. Plane, qui alienum fundum ingrediuntur venandi, aut aucupandi gratia, potest à Domino, & præsente, & prohiberi ne ingrediantur. Quicquid autem de his capitur, capientis esse intelligitur, donec tacita eius voluntas corrigatur.

QVÆSTIO VII.

Vtrum restituendum sit, quicquid captum fuerit in venatione, piscatione, & aucupio?

SVMMARIA.

1 *Restitui an debeat, quicquid in venatione captum fuerit.*
2 *Dominium ferarum non habet Dominus fundi.*
3 *Terra non fert animalia.*
4 *Animum tria sunt genera.*
5 *Columbarium quando construi non possit.*
6 *Fera vulnerata an sit capientis.*
7 *Apes quando sunt capientium.*
8 *Pauones an sint capientium.*
9 *Cerui quando sunt capientium.*
10 *Gallinæ non sunt capientium.*
11 *Prohibita venatione, an restitui debeat quicquid in ea capitur.*
12 *Clerici autem non tenentur restituere, quod capiunt in venatione.*
13 *Leui venatione vtendo sine scandalo, an peccatum sit mortale.*

11 Capitula venationis quando ipse venator prohibeatur, ne fera capiatur, &c.
12 Inhibitio Domini prohibentis venationem in loco suo.
13 Venatio facta non bona fide, quam sit reprobanda.
14 Venatio alicubi prohibita, quid sit in ea restituendum.
15 Venatio facta in loco meo, vel insequitur, obligatur ad restitutionem.
16 Capta ex venatione quando sint restituenda &c.
20 Columbi non possunt capi.
21 Capta retro venatore quando sint restituenda.

SEPTIMO quæro, utrum restituendum sit, quicquid captum fuerit in venatione, aucupatione, & incupio? Respondeo quod vbi venatio prohibetur in loco communi, arbitror ad restitutionem nullam teneri, quamuis culpa sit, facere contra legem, quoniam cum venatio sit publica, non præsumitur lex obligare ad restitutionem, sed ad pœnam, si condemnetur, quando vero locus est proprius Domini, si locum ipsum ingrediaris, species est furti, & tuneme sine, duni muro est cinctus: secus, si locus fuerit patulus, (quamvis licet Dominus sibi ius venandi habeat, & alios inde arcere valeat) non tamen habet ipse dominium ferarum, quæ ibidem nutriuntur, perinde atq; arborum aut rerum nascentium, quæ feras non ferunt, vt cæteros fructus, sed ipsa animalia in genere, & quia eadem animalia vaga sunt, & ad quoscunque discurrendi libertas, ideo ea Dominus fundi non ita sibi vendicat Dominus, vt teneatur, quicunque ea ceperit, ei ea restituere, quatenus prohibitus fuerit capere, non sibi, sed Domino fundi debuerint, in quorum fundum, quando ingressus est, fundum alienum inuito Domino, & ante sententiam datam illegitur. Circa incupium vero dicendum est, aues esse in triplici differentia: nam alia sunt mere syluestres, & hominem aut prorsus fugientes, aut certam in fuga proclivitatem habentes, vt sunt anseres, & anates, quæ, quamdiu nullibi, nisi per modum ambitus commorantur, & alas sunt prorsus domesticæ, quæ sunt ipsæ conditionis secum, & ad habitationem vsitatum reuertuntur, vt columbæ, alia sunt media, vt columbæ, quæ nec prorsus domesticæ sunt, nec prorsus fugitiuæ: cum itaque lex municipalis prohibeat, vt infra certum locum non capiantur, tunc si capta fuerint infra dictum locum, iudicatur de his, licuit de domesticis dictum est, non tamen sunt eodem rigore vrgenda, quod de ipsis columbariis illis futurentur, vbi tamen nulla sunt legis municipalis, sed solum ius naturale dispone, quod nemini res alienas sibi vendicare, quo dominus non sit asseruari, sicuti ea sic columbarium currere, & quicquid naturaliter inhærere cognoscitur dominio

mini pabulum non esset sufficiens pro columbarum numero in columbario existentium, alioquin columbarium extrui posset, quia hoc genus auis non solum est in escam, verum etiam ratione decorationis est valde vtile Reipub. Dom. Soto *lib. 6. de iustit. & iur. quæst. 6. artic. 4.*

Similiter licet fera syluestris ab aliquo vulnerata sit, ita vt verisimiliter possit capi, tamen non efficitur vulnerantis, † nisi eam cœperit, & per consequens capiens illam, non tenetur restituere, etiamsi alius eam vulnerauerit. *§. illud. Instit. de rer. diuis.* quæ omnia habentur in *§ fera. Instit. de rer. diuis.* ibi, *fera bestiæ, & volucres, & pisces*, id est, *omnia animalia, quæ mari, cælo, & terra nascuntur, simul atq; ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt. quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur.* nec interest quo ad feras, bestias, & volucres, vtrum in suo fundo quis capiat, an in alieno. Plane, qui alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia, potest à Domino, si is præuiderit, prohiberi ne ingrediatur. Quicquid autem horum ceperis, consuque tuum esse intelligitur, donec tua custodia coercetur, cum vero tuam euaserit custodiam, & in libertatẽ naturalem sese receperit, tuum esse desinit, & rursus occupantis fit: naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, vt difficilis sit eius persecutio. de fera vero ita deciditur *§. illud. Instit. de rerum diuis.* Ibi, *illud quæsitum est, an si fera bestia ita vulnerata sit, vt capi possit, statim tua esse intelligatur?* Quibusdam placuit, statim esse tuam, & consque tuam videri, donec eam persequaris, quod si desieris persequi, desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alij vero putauerunt, non aliter tuam esse, quam si eam cœperis. Sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quod multa occidere soleant, vt eam non capias. De animalibus vero partim domesticis, & partim syluestribus, dicitur *§. apium. Instit. de rerum diuis.* Ibi, *Apium quoq; fera natura est.* Itaque Apes, quæ in arbore tua consederint, antequam à te aluco includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quam volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint, ideoque si alius eas incluserit, is earum Dominus erit. Fauos quoque, si quos hæ effecerint, eximere quilibet potest. Plane integra re, si præuideris ingredientem fundum tuum, poteris cum iure prohibere, ne ingrediatur: Examen, quod ex aluco tuo euolauerit, consque intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, nec difficilis persecutio eius est. † alioquin occupantis fit. Pauonum quoque & columbarum fera natura est, nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine uolare & reuolare solent. † nam & apes idem faciunt, quarum

consue-

constat ferum esse naturam. Cernos quoque, quidam ex his mansuefactos 9
habent, et in syluis ire atque redire solere, quorum & ipsorum ferum
esse naturam, nemo negat. In ijs autem animalibus, quæ ex consuetu-
dine abire, & redire solent, talis regula comprobata est, vt eousque bo-
ne intelligantur, donec animum reuertendi habeant. nam si reuer-
tendi animum habere desierint, etiam tui esse desinunt, & fiunt occu-
pantium. Reuertendi autem animum videntur desinere habere tunc,
cum reuertendi consuetudinem deseruerint, & tunc non cadit mate-
ria restitutionis. Sed hoc ita primo casu, nisi in secundo lex municipa-
lis aliter disponat. De animalibus autem pro suis domesticis, ita dispo-
nitur. *Gallinarum autem & anserum nullus dubitat*, Gallinarum autem, & anserum 10
nil ferum natura, id que ex eo possumus intelligere, quod dicimus gallinas,
quas feras vocamus, item alia quæ sint feræ, quos feros appellamus: id-
eoque si anseres tui, aut gallinæ tuæ aliquo modo turbati, turbatæque
euolauerint, licet conspectum tuum effugerint, quocunque tamen lo-
co sint, tui tuæque esse intelligantur, & qui iurandi animo eos animalia
detinet, furtum committere intelligitur, & per consequens ad resti tu-
tionem tenetur. Ex superius dictis colligitur. Prima conclusio, quod 11
prohibita venatione, ob vsuras, vel temporis rationem, aut propter
aliam causam, vel publicam, vel priuatam, non tamen ex eo, quod ani-
malia sint propria alicuius: acquisitum ex eadem non est in conscientia in-
diuiduo restituendum, quia leges prohibentes venationem non prohi-
bent, neque vetant acquisitionem ferarum, sed vsum vocationis causa
hominibus, vel similibus: ideirco nulla oritur à venatione prohibita obli-
gatio restituendi. sicuti acquisitum ex meretricio, non est necessario
in animo iudicio restituendum, licet vsus meretricius iure diuino,
& naturali damnatus sit, atque prohibitus. nam si qua obligatio resti-
tuendi per venationem prohibitam contingere potest, in hac spe-
cie ea dirimenda est, an communis iustitia per hanc venationem in-
fringatur: at hæc minime infringitur, cum nullum damnum detur al-
teri, si quidem capta fera, nullius sint, nec ex venatione auferatur ali-
cui, quod eius sit proprium, vel ei debitum: igitur nulla est obligatio
ad restituendum. Hoc tamen dictum limitari potest dupliciter. Primo
quando lex in pœnam venantis in loco prohibito obligaret ad restitu-
tionem. nam tunc post sententiam restituere tenetur, non autem ante,
nisi lex dicat, quod eo ipso restituere teneatur absque alia declaratione.
Secundo limitatur, quando aliquis emerita lucrandi à Principe in a-
liquo certo loco: nam tunc, si quis caperet feras dicto in loco, ob da-
tum, emeriti lucrum cessaret, vel ad interesse. Tertio limitatur, quan-

do venatio esset in fructu, prout contingit plurimis in locis, nam tunc quando reditus bonorum consistit in venatione eorum, si quis in eis loco prohibito mere de mandato alterius aliquid exercet, tenetur restituere.

Ampliatur tamen & declaratur hæc prima principalis conclusio, 22 vt procedat etiam, si fuerit aliquid expressum à clericis, † nam licet hi magis sit prohibita venatio, quam laicis, non tamen in iudicio animæ tenentur restituere.

Secundo ampliatur etiam quo ad Laicos quibus est inhibita venatio tempore † tali, *non teneantur studio venandi dimittere officia*, glos. & Dd. *ff. si seruus ex plurib. nam tunc etiam si eo tempore quo venationem exercet, male quidem agit, sed non tenetur ad restitutionem eorum, quæ per venationem ho burit.* 23

Tertio ampliatur, vt procedat etiam, si aliquid ex pœna in venatione prohibita, cum certis instrumentis, quod fieri contingit, † *Bal. in l. ff. de reiud. quæst. &c.* 24

Quinto ampliatur, hoc idem procedere, etiam si prohibito facta fuisset per iudicem, possum tamen talli à iudice in pœnam criminis, non tamen per hoc sequitur, quod sint excipiendum, & quod in foro animæ teneantur restituere, quamuis animæ graviter peccauerint, transgredientes in dicta præcepta.

Quinto ampliatur, vt quidam † grauis iniuria fiat Domino fundi, priuari, si venator cum ingrediatur ipso Domino prohibente, *l. interdictum 5. fin. ff. de acquir. vsufr. prædi.* tamen hoc non tenebitur ad restitutionem solum, aut fructuum, qui Domino vetante fundum alienum ingressi fuerit *glos. l. 3. ff. de aqua quot. rer. ad. mix. Bartol. l. 9 comma. ff. eod. tit.* Et est communis opinio, vt per Angel. Castrenculum *5. fere tract. de restitut. quæst.* 25

Ratio est, quia etiã lege humana obtinuisset Dominus rei communis, ne quis cum agrum eo inuito ingrediatur, non tamen ex hoc acquisito dominium, quia inter eum agrum in nullius bonis sunt, & impedito, nec per hanc prohibitionem fera ipsius agri Domino applicantur, nec eius propriæ efficiuntur, imo adhuc liberæ manent iure naturali, vt primi occupantis sunt.

Præterea, hoc idem probatur ratione, nam sicut hæc species furti ipsum agri priuari illo re propria Domini fundi, scilicet coniungendo per applicationem legis, vel per occupationem animalium bonorum hic datur, ideo adhuc ex alia ratione communi manet, nec in vllius bonis fuit iuxta proprietatem iuris naturalis existens, sic equidem humanus prohibens

dubium, ne quis vitio Domino rerum dominum impedire ad venationem exercendam, non impedit animalium nondum subditorum primi occupantis acquisitionem, nec ex animalibus applicat Domino fundi, ædes & ipse Dominus ex occupantis iure naturali dicitur venator ad restitutionem non teneri eorum quæ in animalium, quæ à Domino fundi non fuerant occupata, venatione potest absque obligatione restitutionis obtineri, quando lex humana, siue in poenam, siue ob aliam causam non impedit primam alicuius rei acquisitionem. Constituto autem prohibente venationem in pœnam, quod capturæ venantes perdant ad dominum fundi prohibentem venationem, non per hoc impedit primam illius rei acquisitionem, sed tantum facit Dominum fundi restituendo ibi in poenam venationis ingressum esse, donec fuerit secundum eam legem per sententiam condemnatum venatorem ad restitutionem, & quousque ipsum exequatur, minime in conscientia fori venatores tenebuntur ad fructuum restitutionem. Sexto ampliatur, si prohibitio venationis fructus agri prohibiti à Domino, ne quis ibi ingrediatur venandi gratia, constituerit in venatione. Medina *tract. de restitut. quæst. 9. 2.* quæritur in foro exteriori contrarium sit *Innocen. sed communiter. de usufruct.* quia tota existentia in dicto agro non pertinent ad dominum iure dominii, cum ipse in his, quæ nullius sunt, & iure naturali communia esse incipere, non plusquam latronem quemlibet. Septimo ampliatur † etiam, si quis venetur in loco, alterius præscriptione ac- 16
quisito, quo casu licet in foro conscientiæ restituere non teneatur, tenebitur tamen in foro exteriori glossa in § *feræ Instit. de rer. diuis.* Octauo ampliatur etiam, si quis venatus fuerit in loco alterius † per priuile- 17
gium Principis concessum, nam etiam eo in casu non tenetur, nisi in foro exteriori, restituere. Nono ampliatur hoc idem † procedere in ve- 18
natione facta in locis adhuc publicis per inferiorem à Principe absque iusta causa, qui tamen præscripsisset, aut priuilegio ius prohibendi acquisiuit: si quis aduersus hanc prohibitionem venatus, sibi feras acquirit, nec tenetur in foro conscientiæ restituere. Altera elicitur conclusio ex supradictis, quod venatio, piscatio, & aucupium sit exercitium, piscium, & volucrum in loco proprio, seu quæ priuatim alicuius proprij sint, prohibetur, & quicquid capitur, restitutione obnoxium dicitur esse, perinde ac si domesticum, ac mite aliquod animal esset ratus. Probatur hoc ratione communicationis iustitiæ, a qua deducitur obligatio restituendi ex causa acceptionis iniquæ, quæ præcessit in damnum acquisitorum proximi cuius propria res capitur, & auferatur, unde & in hoc casu præsul dominus aduersus venatorē agere actione furti, & alle-

19 *locorum Inst. de rer. diuis.* Ampliatur 1 primo hæc conclusio, vt etiam
tenentur relinquere animalia capta, quæ primum fuit inclusa vivaria,
laporarijs, piscinis, aut stagnis, etiam si dicere velint se cum eis solum
modo consuetudinem habere eundi & redeundi: idem est in spibus
priuato alueo inclusis, & de ceruis priuatæ sylæ e muro circundatæ. *l. q.*
situm ff. ff. de acquir. possess. procedit tamen, quando hæc vivaria facta
fuerint per priuatæ hominum opera, quod si absque animi destinatione
20 facta fuerint absque indulsu priuatorum, secus erit. *l. animalia ff. de*
rer. diuis. Secundo ampliatur, vt relinquio fieri debeat etiam si capta
fuerint extra locum, in quo includuntur 2 in vicinio dummodo ea
facultatem eundi & redeundi non amitterint: nullus enim proprie
sunt illius, qui ea incluserit. Medin. *in rub. de restit. q.* 12. Tertio am-
21 pliatur, 3 vt si quis arte & fraude columbas deducat ab alterius colum-
bario, atque ad proprium attrahat, tenebitur ea ad columbarium re-
stitutionem etiam in animo iudicio, etiquo in foro iudicialiter petantur.
Dd. per text. recit. l. 8 non 15. de rei vind. Alber. *Imol. num. 3. ff. de furt.*
resp. prud. vbi etiam Paulus *num. 2.* Nauar. *cons. 3 de restit. num. 2.* Ias.
in l. 1 ff. de rerum diuis. Francisc. Mare *de restit. q. 12.* Rebuff. *consil. 44.*
ex volum. 2. Nauar. *man. confess. cap. num. 16.*

QVÆSTIO VIII.

Vtrum venatio liceat clericis?

SVMMARIA.

1 *Clericis an sit prohibita venatio.*
2 *Clerici non possunt alere canes.*
3 *Piscatio sit sine clamore.*
4 *Venatio magis affert detrimentum, quam piscatio.*
5 *Canes fœmina luxuriam fouet.*
6 *Venatio est prohibita crudelitatis.*
7 *Venatio sit cum maiori periculo, quam piscatio.*
8 *Venatio est minus decora, quam piscatio.*
9 *Sanctum venatorem non inuenimus.*
10 *Apostoli fuere piscatores.*
11 *Venatio magis laboriosa, quam piscatio.*
12 *Venatio affert damnum agris alienis.*
13 *Venatio vocata pœna.*
14 *Opposita ratio prohibens venationem.*

15 *Adduc*

15 Clericis venatio prohibetur clericis.
16 Venatio clericis quando licita fuerit.
17 Clericis venatio quando secundum quid licita.
18 Clericis quando & quando venari licitum.

OCTAVO quæro, vtrum venatio † liceat clericis? Respondeo quod de hoc est textus expressus 1. *de cler. venator.* ibi: *Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, canes aut accipitres, aut huiusmodi ad venandum habere non licet.* quod si quis talium personarum in hac voluptate sæpius deprehensus fuerit. si Episcopus est, tribus mensibus a communione, si presbyter, duobus, si diaconus, ab omni officio suo suspendatur. & 2. *cent. cle.* ibi: *omnibus fratribus Dei venationes, & sibilatrices fugitantes † canes rabidos, & accipitres, aut falcones habere interdicimus.* Conc. 2. 13. 3. *dist. & 2. 86. dist.* Ratio † autem, quare venatio interdicatur clericis, piscatio autem non est inhibita. Prima, quia piscatio fit sine clamore, venatio autem non. Secunda, propter maiorem delectationem, qua venator detentus, non potest interim de diuinis cogitare glos. 2. *vlt. 86. dist.* Tertia † quia venatio fit cum actionis sumptu, comedunt; bellua, quod Christi pauperes alere deberent, contra illud Euangelij, *non est bonum, panem filiorum, & dare canibus.* Quarta, † quia carnes ferinæ luxuriam fouent, & vires subministrant, quod secus faciunt pisces, ideo tempore ieunij illæ prohibentur, isti permittuntur. Quinta, quia venatio est præsumptæ crudelitatis, quam piscatio. Sexta, quia † venatio magis affert periculum vitæ hominis, † quam piscatio, quo ortum, vt dicebat peritia, interimuntur sæpe homines a feris, vel semet in periculis quæ præcipites equos in illis persequendo, quod raro contingit in ipsa piscatione. Septima ratio, quia venatio † est minus decora, quam ipsa piscatio, & minus grauis. quid enim turpius, quam clericum hac & illac pedibus currentem, aut equo volitantem videre? Octaua ratio, † quia venatio caret exemplis Sanctorum Virorum. *cap. Ejus, dist.* ibi: *Ejus venatio erat*, quia peccator erat, & penitus non inuenimus in scripturis sacris sanctum aliquem venatorem, pescatores inuenimus sanctos, cum piscatio ipsos habeat Apostolos † ante & post resurrectionem Christi, imo Christum ipsum approbantem, & iubentem retia tendi, ac de piscatione concedentem. Luc. & Ioan. *cap. fin.* Nona, quia persequi feras, appetitus magis, & luxuriæ, quam † rationis vel necessitatis esse cognoscitur. Decima, propter damnum quod infertur à venatoribus agris † alienis. Vndecima, propter rixas multas, quæ oriuntur inter venatores, & inter dominos agrorum prohibentes † ingressum

sum eorum. Quæ rationes cum essent in plerisque, merito vnum prohibetur, alterum permittitur. Quæ in re sic distinguendo dicas, aut loquimur de venatione hominum apprime nobilium, & hæc vtique illis prohibetur omnibus clericis, † quibus interdicitur pugnare cum
14 infidelibus, nisi defensionis causa. *cap. de multa, de vit. & hon. cler.* aut de venatione adultera, & illa quoque † omnino prohibita dicitur, *cap. vt clerici*
16 *non, quæst.* † aut de venatione secretiori, quæ † sit, cum homines, ex aliis bellis, & hæc quoque prohibetur clericis, *cap. si de clericis.* aut
17 vero est venatio † eorum solacio, vel clamoris, quæ † sit cum canibus, & auibus, aut sunt in mitioribus ordinibus constituti, & ea minus iudicio puniuntur, aut in facto, & tunc, si habeant redditus ex venatione, sicuti plures sunt clerici in Gallia, & licet eis non sit animus ad voluptatem, alioquin deberent sibi relinquere decimam ex venatione, putarem tamen eos posse, si rationabiliter hoc faciant, causa recreationis, *arg. cap. si de clericis venat.* dum dicitur, *clericis secundum scripturas licentia ergo.* si rationabiliter, & non causa voluptatis, sed causa recreationis, putarem etiam, valetudinis causa, exercendo se pro aliquo tempore, ad sanitatem præcedentem *cap. placuit, de pœnit. d.* dummodo domum alias cum decretalibus
18 *vocabit.* nec vos retinebit in propria † domo. verumtamen vero, quæ si cum retiaculo laqueo, licita *est clericis, dummodo frequenter non inhiant. gloss. cap. si non, 16 distinct.* Abb. & Dd. communiter. *cap. 1. de seq. de cleric. venat.* Dd. *Clem. 1. part. de stat. Monach.* Innocen. & Abbas *cap. de homicidio, de vit. & hon. cler.* Felin. *cap. cum venire, de pœnit.* Dadas. *cap. vt clerici, eo. tit.* & *cap. de regularibus, eo. tit.* vbi dicit, quidquid de pœna facit a clericis, in omnibus venationibus, præterquam aprorum hi, nec indicto animo relinquendum esse censet. Postilla *vtr. testam.* & *Armilla verb. Bonifacius. clement. 1. part. stat. Monach.* Tiraquell. *tract. de nobilit. cap. 27. nu. 44. Covarr. in suo amplissimo opere, de cleric. coniug.* Zabarel. *cap. 2. de cleric. venat.* Præpositus, Guido, & alii, & *cap. quæ ordinem, 21. dist.* Franc. Marc. *decis. 1. nu. 8. vers. venatio.* Diaz. *de pract. crimin. cap. 10.* pœna autem clerici venantis dicetur in sequente quæstione.

QVÆSTIO IX.

Quæ sit pœna clerici venantis venatione prohibita?

SVMMARIA.

1 Pœna clerici venantis venatione prohibita.
2 Carcer venatoris venatione aprorum, vt homicida punitur.

3 *Clerici venantes venatione ecclesiastica quando efficiantur infames.*
4 *Episcopus venatur cum pena quaeritur.*
5 *Presbyter venatur quando pena quaeritur.*
6 *Diaconus & subdiaconus venatur, et pena eius.*
7 *Pena minor respectu maioris.*
8 *Ex persona pensatur quantitas delicti, & pena.*
9 *Clericus in minoribus constitutus, venando, qua pena puniatur.*

NONO quæro, quæ sit pœna † clerici venatoris venationi prohibitæ? Resp. quod si venantur, venatione oppressiua hominum tam clerici, quam laici puniuntur pœna homicidij, faciunt enim contra præceptum *non occides*. Turrecrem. *dict. cap. qui venatorie. num. 2. 86. dist.* Sicuti fuit Nemrodh venator coram Domino, id est, hominum oppressor. *c. 10. Genes. cap. fin. 9. hic itaque 6 dist.* Si vero venantur venatione arenatia, peccant mortaliter, si vero locallent ad id operas suas, tam clerici, quam laici, † efficiuntur infames. *l. 1. § item. ff de rebus. l. 2. § fin. ff de his, qui not. infam.* Si vero venantur venatione salutosa, quia Episcopum, Presbyterum aut Diaconum sanctæ accipitres, aut huiusmodi ad venandum habere non decet, quod si quis † talium personarum in hac voluptate & prius detentus fuerit, si Episcopus † alij, eius ordinibus à communione, si Presbyter, duobus, si Diaconus, ab omni officio suo suspendatur. *cap. si clericus. 86. dist.* Quia quæ pœna quos Diaconos puniatur, & Subdiaconos puniatur, vt dicunt Doctores communiter *dict. cap.* non licet videatur imposita maior pœna minori, quam † maiori, quod est contra illud *cap. sicut. 4. c. infra. 2. in malis. 63. dist.* plus tamen puniuntur hic Episcopus, & Presbyter, quam Diaconus, quia maior culpa reputatur illa pœna in Episcopo, vel Presbytero, quam suspensio à beneficio in Diacono, vel Subdiacono propter maius scandalum ex † persona enim consideratur iniuria. *l. atrocitas. in fin. de iniur.* sic & pœna ex persona iudicatur pœna, vel magna, vel parua. *l. 2. qui de clar. verb.* quid autem clericis in minoribus ordinibus † constitutis? diuina Dei nutu dicit arbitrio puniri Ioan. And. & Hostien. *dict. cap. 1.* & Dian. *in pract. crim. 51. num. 7.* Ioc. Menoch. *lib. 2. cent. 5. casu. 415. num. 11. de arbitrar. vol. 2.*

QVÆSTIO X.

An venatio possit prohiberi, ne fiat cum quibusdam retibus, vel alijs instrumentis aptis ad ferarum depopulationem, vel harum periculum?

SVMMARIA.

1 *Venatio, piscatio, & aucupium, an possint prohiberi, ne exerceant aliquibus certis instrumentis?*
2 *Feræ, pisces, & volucres sunt pro ornamento vniuersi, ergo pro vtilitate hominum.*
3 *Feræ prohibentur capi cum instrumento Zonæ.*
4 *Aues prohibentur capi cum scloppo, seu archibusio.*
5 *Pisces prohibentur capi esca.*

1 DECISIO 7 quatro. an venatio possit prohiberi, ne fiat cum quibusdam retibus vel alijs instrumentis aptis ad ferarum depopu-
2 lationem, vel hominum periculum? Respond. quod sic, quia 7 feræ, volucres, & pisces, non solum sunt pro ornamento vniuersi, sed etiam pro vtilitate hominum, vnde Princeps prohibet venationem, quæ fit
3 cum instrumento Zonæ, quia eo plures extinguuntur, & capiuntur feræ, atque inde sequitur animalium syluestrium & ferarum innume-
4 ræ extinctio, quæ 7 Reipubl. incommoda est: similiter, ne quis cum sclopo aucupetur, cum propter tonitrua ac rubusiones frequentes, & terrentur aues, & feræ, quam prohibere potest, ne quis pisceri possit
5 cum esca, qua occiduntur pisces in magna quantitate, 7 prout ea sunt leges super præmissis editæ à Serenissimo Magno Hetruriæ Duce in suo magno Ducatu, quæ leges consonant cum dispositione iuris communis, not. *S. nemo vetto. de pœn. toton. l. qui fontes. ad l. Aquil. Plat. & Rebuff. tract. de ven. sect. lib. 11. Bero. conf. 55. lib. 1.* Chassan. *in consuet. Burgund. tit. 9. §. 6. num. 2.* Medina *in trad. de restit. q. 12.* Didac. *p. 2. relect. reg. peccatum. 5. de reg. iur. in 6.*

QVÆSTIO XI.

Venatio an prohiberi possit certo tempore?

SVMMARIA.

1 *Venatio an prohiberi possit certo tempore.*
2 *Feræ prægnantes non possunt venari.*

3 *Tempo-*

3 Tempora lustra, quando licita venatio.
4 Loca sacra quando venari licitum.

VNDECIMO quæro, an venatio prohibita possit † certo tempore? Respond. quod sic, nam tempore messium prohibentur in locis, vbi Hispania, non licet venatio leporum, similiter, nec vuas licet per deos occupari, similiter tempore, quo fera † sunt prægnantes, & volucres faciunt nidos, ne fiat nimia depopulatio ferarum, & avium. Dicit. 2. part. tit. 5. l. 2. vers. 2. de regalias autem prohibetur tempore certum, nisi necessitas † urgeret, glossa in 3. part. tit. 28. l. 3. § quid prædict. tal. dicit. Ibi, quid poterit venari vel capere, & huiusmodi venatibus? dicit, & videtur, & verum puto. † Et cap. sequenti, vel dicit, quod venari illum venatu, quem dicit, qui potest diluculo, non est exclusum regulat. non licet sanctorum Martyrum Sanctâ loca perquirit, sed sic gens congregat ferarum, dissimulatio, cauti producit, saltus silvasq; perlustrat, ferulas in quam secum perducit, fortassis magis ad Ecclesiæ festivitates, & voluptatibus suis peccata accumulat, quam, vel serum rem sibi seriorum tam de suo debito, quam de perditione servorum. Tertio, tempore festi non est licita venatio, quando per eam † detrahitur ab audienda missa, nisi forte id faceret propter necessitatem famis. c. licet. de fer. Item, si aprilopi, vel alii, aut similes bellua venirent vastare segetes & vineas, nam tum etiam clericis, vel monachis licita est venatio. Mat. Soc. Sen. ep. comm. 13. de div. vers. Nam Mar. cons. 115. in fi.

QVÆSTIO XII.

An licitum sit venari cum armis?

SVMMARIVM.

1 Arma an vi possint venatores?

DVODECIMO quæro, an sit licitum venari cum armis? Respondeatur, † quod non, nisi ad animalia periculosa, vt in venatione leonum, vrsorum, luporum, & similium. Dd. 3. arma. extra de pace tenenda. Veron. in rel. de feriis. 2. fest. pend. c. 21. in de incipiunt. 12.

QVÆSTIO XIII.

An licitum sit fossas aprorum, vtsorumve causa capiendorum facere, vel laqueos ponere?

SVMMARIA.

1 Fossæ an fieri possint pro venatione.

2 *Lupus quibus tradatur.*

3 *Bestia quibus reddatur.*

1 DECIMOTERTIO quæro, an fit licitum ? fossa aperiendo, seu fortuitò causa capiendorum luporum, seu laqueos ponere ? Resp. quòd sint in ruinis fiunt, in silvis hos vel alios, vel aliud animal accedere, factum decorum est, vel laqueos ponentes in loco publico, & quicumque inde in eo occideris, potest agere contra te ratione homicidij, vel laqueos ponendo, lege Aquilia, nisi dominus illorum prius Dominus vel alii prædicta fierent in locis, vbi fieri solent. *Leg. fossa. ff. de iniur. & damn. quæ.* Veron. *in tract. de feris. ass. prob. 11. de excipientibus 11. n. 12.* laqueos
2 † autem & retia non tenduntur, nisi ad lupos, apros, & talia capiendos & similes, sicuti nec fossæ fiunt, nisi prædictis capiendis, *ff. non refert. de*
3 *pœn. responde.* † Veron. *d. loc. num. 1.*

QVÆSTIO XIV.

An liceat piscatoribus accendere lumen in littore maris ?

SVMMARIA.

1 *Piscatores an possint accendere lumen in littore Maris.*

2 *Piscatores accendentes lumen in littore tenentur quæ alia præstare.*

1 DECIMOQVARTO quæro, an liceat piscatoribus accendere lumen in littore maris ? Respond. quod de hoc est textus apertus *Piscatores. ff. de incolat. vbi & manif. 49. ibi, An piscatores non à lumine ostenso se fallant nauigantes, quæsitum aliquando dicitur, nec tenebrosa pernoctantes naues, & qui in eis sunt detinant, filiq; exercendum prædandi, profectò pernoctantes fugisse confidentia efficiat, & nocte quod reuertuntur, & pernoctant ac si fallerent captores.* Gandin. & alij *in præd. cap. ff. quòd si quis cum ea fraus intenda. Tabe & manifagy. num. 17.* & hoc intelligo, quando lumen ponitur in loco periculoso littoris maris, vt decipiat, & fallat nauigantes, secus autem si poneretur alibi. *Leg. si lumen. ff. de furtis. & manif.* Capolla *tract. de feris. assyrend. in ali. igne. num. 8.*

QVÆSTIO XV.

Verum vsufructuarius habeat reddituum venationis ?

SVMMARIA.

1 *Vsufructuarius an habeat reddituum venationis, & piscationis.*

2 *Vsufru-*

1 *Vsufructuarius potest prohibere venationem.*
2 *Vsufructuarius potest venari in venando.*
3 *Vsufructuarius non est dominus fructuum.*

DECIMOQVINTO quæro, vtrum venatio sit habenda pro fructu? Et videtur quod sic, quia *fructus dicuntur ea quæ oriuntur ex re, & reparantur ex ea, manente substantia eius, vt dicit Iustinianus §. de vsufructu.* Sed venatio oritur ex fundo, & reparatur ex eo, manente substantia eius, ergo venatio est fructus. Et quod ita, notandum primo. Primum vtrum fructuarius possit venari in fundo, in quo venationem fructum habet, an possit a proprietario prohiberi venari? Et videtur quod sic, quia *vsufructuarius tenetur, vt dicit Iustinianus §. de vsufructu.* Secundo, quod ad vsufructuarium pertinet, quod is permittere, vel deuetare habeat venandi in fundo, cuius vsumfructum habet, videmus: quoniam vsufructuarius potest prohibere, ne quis fundum ad venandum ingrediatur. Tertio, quod pertinet ad prohibendum? Prohibentia venandi, dicitur ad vsufructuarium pertinere, quia cum ipse possit, & ius habeat prohibendi, ne fundum quis ingrediatur, potest nulli vendere huiusmodi facultatem, & licentiam ingrediendi ad venandum, vel ad aliquem locum vsufructuarium, non tamen sequitur ipsum vsufructuarium esse dominum proprietatis fructuum, videlicet partium ad vsufructuarium non dominicarum, quæ in ipsa quotidie nascuntur, & ius naturale communia constituit, non plus iuris habere, quam quinque libras. Vnde, *patet solutio ad 1. argumentum. §. 1. eiusdem.*

QVÆSTIO XVI.

Venationis fructus, an sint fructus industriales?

SVMMARIVM

1 *Fructus venationis, an sit fructus industrialis?*

DECIMOSEXTO quæro, quia dictum est, venationem esse fructum, & inde videtur esse fructus, *venationem §. de vsufructuario. & vsufructuarius §. de vsufructuario videtur venationem dicitur*, venationem in fructu fundi reputari esse, nisi fructus fundi ex venatione consistat, an sint fructus industriales? Respond. quod sic, quoniam [illegible] plus vertitur, & operatur [illegible] industria humana, [illegible] naturæ, [illegible]

QVÆSTIO XVII.

Ferx pisces, & volucres, vtrum computentur inter bona mobilia, an immobilia?

SVMMARIA.

1 *Mobilia an immobilia censeantur esse ferx pisces, & volucres.*
2 *Verbum fixi in an Ecclesiæ, vocalis, fixi exponitur.*

1 DECIMOSEPTIMO † quæro, vtrum ferx, pisces, & volucres computentur inter bona mobilia an immobilia? Respondeo distinguendo, quod, aut concedantur cum fundo, & iudicantur de illis, sicut de alijs mobilibus solo cohærentibus, aut concedantur flumen, vel forus, & censentur immobilia. *c. 1. qui feruæ. de*. Si vero sine fundo, & tunc, si concedantur certi pisces, puta qui sunt in lacu, vel piscina, dubitatur, & censentur res mere mobiles *l. item si de inst. & iure dot.* aut vero concedantur in piscina, & tunc, aut ad certum tempus, aut in perpetuum. Primo casu erit mobilis, secundo autem immobilis. *arg. l. donatio. ff. de donat. l. si fundum. ff. de actio. empt.* præterea, aut pisces in flagno sunt, aut in piscina; si sunt in flagno, censentur res immobiles, si sunt in piscina sunt res mobiles, præterea aut ponuntur in flagno, seu piscina causa custodiæ, aut vero vt multiplicentur primo casu censentur res mobiles, secundo autem immobiles. Quod *dec. 5. num. 2.* ita dicta in alijs casibus *l. si fundus, ff. de adqu. dom.* Ibi *Iuuenc. Labeo, salientes fossulæ quoq; quæ fontibus iungantur, quamdiu longe exeuntibus, extra adjectum edium sunt.* Ita in canalis? Pisces autem, qui sunt in piscina, non sunt ædium, nec fundi, vbi Bartol. dicit, quod vendito fundo, veniunt † omnia, quæ sunt intra fundum ad perpetuam vtilitatem fundi, & ex hoc arguit contrarium, quod pisces non veniunt in venditione fundi dilecti, in quo ij pisces, qui non sunt intra fundum ad perpetuam vtilitatem fundi, & ideo non censentur pars fundi, & si vendito flagno vendantur & venditi pisces in eo existentes, quia flagna sunt propter pisces, sicut arua propter fruges, &c. cum pisces sint conservatio ipsius flagni, aut quod sint in flagno propter eiusdem vtilitatem perpetuam, & ex consequenti, pars flagni esse intelligantur, & hoc verum, nisi pisces essent in flagno reposita ad modicum tempus, quo casu non censentur, vbi posita ad perpetuam vtilitatem flagni *l. fundi. ff. de adqu. dom. ff. act. empt.* Addentes ad *dec. 5. num. 2.* Guid. Chall. *de rebus, quæ sunt vel non sunt mobilia. num. 23.* Tiraquell. *de nobilit. & iure nat. Gallor. in fine glos. 2. ver. an autem. num. 167. &c.*

quod

quod dicitur de piscibus, intelligo quoque de reptilibus, et silentiis volucribus.

QVÆSTIO XVIII.

Venationis, piscationis, & aucupij lucrum cessans verum peti possit?

SVMMARIVM.

1 *Interesse an lucrum possit venationis, piscationis & aucupij.*

DECIMOCTAVO quæro, verum venationis, piscationis, & aucupij lucrum cessans peti possit? Resp. quod non: quoniam incertum est, an capi aliquid possit, & multa accidere possent, vt non reperiant, probabiliterque certe non potest, Scroch. tract. de interesse, quæst. 1. num. 3. per l. quemadmodum, §. plane. ff. ad l. Aquil. ibi, plane si vulpes nauem ab ea fugientem fit, lege Aquilia agendum, quia ibi damni iniuria agitur, vt retia, non piscium, quia ideo capti non fuere, sicut aliquando accidere solet, ne capiantur. Idemque de venatoribus & aucupibus est probandum. Paul. Comitolus 2. tom. ff. de ea quæ in loc. Rocc. sing. 180. Pro posse interesse de speculat. Rocc. in addit. ad Dec. Rot. de restitutione in Addit. ad commissum. 18. decisio, quod decisum procedit, vt habet: locum in litoribus, & fluminibus, vbi piscatio certa non est, sed admodum rara, & incerta, quod plerumque contingere solet, si quidem piscatores hac ratione sæpius eludantur, quam capiant. At vbi piscatio, aut venatio vbertima, & optima est, ac certissima, quæ fallere non solet, professorum artificio capitur piscium proprietatem esse certe, & probabile, vnde æstimari potest. l. si ita scripsit. ff. Aquil. vnde impeditus piscatur, aut venatur ab eo, qui iure impedire non poterat, agere valeat, non solum ad recompensationem piscaturæ, aut venationis, sed consequenter etiam ad æstimationem piscaturæ, quæ in tali tempore, & loco certa fuisset, quam & præcise hanc æstimationem petit & electa in his piscaturis, & venationibus consistere æstimatio, si venator aut piscator certum quotidie lucrum habere ex præda, quod cum ideo sæpe pigeat, vt ei det centum pro cuiuslibet diei piscatura. etenim ex hac pactione piscator habere debet pro cuiuslibet diei piscatura centum, & ea certissima sua piscatio, vel venatio reputanda sit, sicut certissimi. ff. si quis ff. de act. empt. Dian. 2. p. tract. 10. resolut. 10. §. 2. num. 12. de iust. tit. 2. tract.

QVÆSTIO XIX.

Verum damnum datum ex causa venationis resarciendum sit?

SVMMARIA.

1 *Damnum datum resarciendum est venatori?*
2 *Princeps tenetur resarcire damna, quæ proueniunt ex causa prohibitæ venationis.*

DECIMONONO quæro, † verum damnum datum ex causa venationis, sit resarciendum? Respon. primo, quod venator tenetur ad resarcionem damni, quod per venationem Domino prohibiti dedit, in qua est habenda ratio animalium, quæ nisi venatores venatus fuisset Domino fundi, quique conducter, vel vsufructuarius fecisset per apprehensionem bestiæ ratione venationis, quæ in eo fundo per dominum soli exerceri solebat. Secundo tenetur ad damnum, quod agri domino intulit venatorum fructibus & segetibus, etiam si expressè prohibitus non fuerit præmissis, cum hoc sit notum, quod illud damnum. Host. *in rubr. de regul. iur. can. num. 2.* & Ang. *ibi num. 2.* † Tertio, Princeps prohibens venationem, tenetur ad damna, quæ animalis ob prohibitionem venationis in agros alienos. Domin. Soto *lib. 4. de iust. & iure. q. 6. Artic.*

QVÆSTIO XX.

Iactus retis an possit vendi?

SVMMARIVM.

1 *Iactus retis an possit vendi.*

VIGESIMO quæro, † an iactus retis vendi possit? Resp. quod sic. *Ioan. Andr. in cap. Abbas, Sanctæ Mariæ, de elect. lib. 6.* & ratio est, quia *quod est in potestate, habet rationem boni, vel possessionis, vel rei, & quod est in potestate primi, videtur esse habere, id efficaciter dicitur esse in eius dominio, quod illud est certum, & determinatum, & quantum ad rei substantiam, quod illud est certum, quod in potestate secundi, quod conducitur, & tanto fortiori ratione, quam si certum corpus esset, tam id, quam quæcumque species potest vendi.* Host. *in rubr. de regul. iur. can. num. 2.* & Ang. *ibi num. 2.*

QVÆSTIO XXI.

Decimæ, an Ecclesiæ, vel ecclesiasticis personis, & venationem solvere debeant?

SVMMARIVM.

1 *Decimæ solvi debent ecclesiæ, & ecclesiasticis.*

Vide

VLADISLAUS PRIMUS [illegible] ecclesiæ ex [illegible] pisationum, & venationibus? Resp. quod sic, sicut ea continentur [illegible] Marian. Socin. Senior. [illegible]

QUÆSTIO XXII.

Piscator in alta aqua habens, an expensas contribuere teneatur?

SUMMARIUM.

1 *Expensas an contribuere teneatur piscator piscans aquas habens vere Molendinas.*

VIGILANTIUS SECUNDO quæsivit, si qui habent partem in piscibus, & aquæ superquam sunt molendinis de iure habet eas tenere molendinos, an si hos vna cum illis propter molendinum, quæ illas non habet nisi in piscibus tantum debeat in eis contribuere habens ius in aqua propter ius communis piscium? Resp. quod non. Bruni. [illegible]

QUÆSTIO XXIII.

An venator possit aliquid donare hominum sic?

SUMMARIUM.

1 *Donare aliquid venatori an possit homo.*

VLADISLAUS SECUNDO quæsivit, an homo possit donare aliquid venatori? Resp. quod de iure [illegible]

QVÆSTIO XXIV.

Exceptio contra aliquem data, quod sit venator, de quanam venatione intelligi debeat?

SVMMARIA.

1 *Exceptio data contra aliquem, quod sit venator, de qua venatione intelligatur.*

2 *Interpretatio fieri debet in meliorem partem.*

1 VIGESIMOQVARTO † quæro, si fuerit data exceptio contra aliquem clericum, vel alterum, quod sit venator, de qua venatione intelligeretur? Respond. quod in dubio intelligi debet de venatione, quæ fiat recreationis, non autem voluptatis causa. Archid. *qui venatores. 88. dist.* Alex. *consil. 11. num. 13. volumen. 1. cons. 11. vol. 2.* Sapia *in addit. ad Ab. 2. 1. de rer. per.* Deci. *in practi. crim. cap.* Rofella *venatio †. inter pecora enim fiat in meliorem partem, ejus. de reg. jur.*

QVÆSTIO XXV.

Venator fundum alienum ingrediens, domino non prohibente, an postea expelli possit?

SVMMARIVM.

1 *Venator ingressus fundum alienum, Domino non prohibente, an possit postea expelli.*

1 VIGESIMOQVINTO † quæro, an, postquam sum in fundo alieno causa aucupandi, Domino prohibente, possim postea expelli? Respond. quod non, *si fera ex se ipsa terram dimisit*, arg. ibi à contrario sensu, non obst. *l. quem admodum. 2. §. sed hactenus*, nam Respond. quod ibi nullo jure possum habere appensum, vel ædificium in alieno, hic autem causa venandi jure intro alienum, redeo *fera ex se ipsa* possit ingredi eam. Domino sciente, & patiente, non possum prohiberi, ita in puncto Arch. *d. fera. num. 1. inst. de rer. div.*

QVÆSTIO XXVI.

Venator an adhuc in fundo venieri possit, vt reddat, quod percepit?

SVMMARIA.

1 *Venieri an possit venator per Dominum prohibentem ingredi fundum suum.*

2 *Resol-*

2 *Possessor omnia facere potest in re sua, quæ facere non prohibetur, si alteri non grauet.*

3 *Ius alicui reparare in rem suam, quando necessarium fuit.*

VIGESIMOSEXTO † quæro, an posita venatione alicui in fundo reuocari, vt reddat, quod percepit? Respon. quod non, nisi Dominus agat actione iniuriarum, si iniuriandi eo prohibendo. *Ioann. Andr. in addit. Specul. §. penult. ff. de iniur. §. fin. ff. de aq. et aquæ duct. Cyn. in Rubr. C. ad. leg. Iul. de vi, num. 10.* omnis enim venatio permittitur ad venatorem, & nulla violentia per dominum fieri potest, sed tantummodo actione iniuriarum contra eum agi potest. Dominus tamen potest vetare ingressum fundum eius, & recludere, *gl. 1. § 1. num. ff. de aq. et aquæ duct.* Vide *Bart. in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. Ioann. Andr. in addit. Specul. §. de iniur. num. 3.* aliter tamen quodammodo, sicut repetitur in prato suo alienum bestiam, non quidem licitum retinere, si dominum cognoscit, sed monere eum debet, & postea eam; si autem dominum non cognoscit, potest causa tuitionis conservandi retinere. *Ioannin. ff. ad leg. Aquil. Paris. § singulorum, num. 25. Iust. de rer. diuis. Bart. Cyriac. §. si dominus. ff. de damn. infect.*

QVÆSTIO XXVII.

Ius venandi, piscandi & aucupandi an sit de regalibus?

SVMMARIA.

1 *Regalia an dicantur venatio, piscatus, & aucupium?*

2 *Redditus venationis, piscationis, & aucupij an sint de regalibus?*

3 *Gabella quando præsumitur de his, quæ venationis causa sunt.*

VIGESIMOSEPTIMO † quæro, an ius venandi, piscandi, & aucupandi sit de regalibus? Resp. quod de hoc est text. *c. vnic. quæ sint regalia in vsibus feud.* Ibi, *piscationes reditus, & salinarum, & huiusmodi omnes census manifestè*, qui textus intelligitur, ne sit edictum prohibitorium, ne piscari liceat, sed reflexe vsurpat Princips † reditus consuetæ piscationum, vel est gabella, seu aliud tributum de his, quæ piscatores faciunt, seu de † his, quæ à mercatoribus fiunt. Roderic. Suarez *in allegat. 2. num. 12.* dummodo consuetudo litralis, vt Princeps soleat exigere aliquid, & populus non præscripserit contrarium. Abbas *consil. 16. num. 11.* vel consuetudo inter ipsos alter tuercentis.

QVÆSTIO XXVIII.

Ius piscandi an priuilegio Principis acquiri possit?

SVMMARIA.

1 *Priuilegio Principis ius acquiri non videtur.*
2 *Contrarium tamen videtur posse dici non videtur.*

VIGESIMOOCTAVO quæro, an ius piscandi acquiri possit priuilegio Principis? Resp. quod sic, quia si facultas venandi, piscandi, & aucupandi quæritur per præscriptionem, vt habetur in lege quæritur, quod etiam priuilegio quæri possit, cum illa æquiparentur, vt habetur *cap. cum contingat, de fur. compet. c. monasterium vers. dic. c. fi. de donat. inter vir. & uxor.* Andr. de Barr. *c. 1. 3. tenor. & part. 1. num.* Nauar. *cons. 322. num. 13.* quod priuilegium potest concedi a Principe, vt aliquis in aliqua parte maris seu fluminis piscari possit, & alios non, ne id facere prohibere. *Et videtur ius quod*

Dd. ad l. 1. & 2. ff. de aqua & aq. pluu. arc. & l. 3. ff. de flum. ubi communiter doctores ponit, quod *Princeps* [illegible] *Nauar. d. loc. n. 13. Zoannetus ad cons. Cod. post. num. cap. de priuil.*

TRACTE

TRACTATVS

SEBASTIANI MEDICES FLORENTINI IVRECONSVLTI,

DE VENATIONE, PISCATIONE, & Aucupio.

Pars Secunda.

QVESTIO I.

Ius venandi, piscandi, & aucupandi, an præscriptione quæri possit:

SVMMARIA.

1. *Præscriptione an quis possit ius venandi, piscandi, & aucupandi.*
2. *Ius venandi, & piscandi quibus competat.*
3. *Servitutes quæ præscribi possint.*
4. *Ius venandi, & piscandi quibus temporibus possint.*
5. *Præscriptio habet tres conditiones.*
6. *Conditio ubi desit, præscriptum præscribere non potest.*

PRIMO quæro, vtrum ius venandi, piscandi, & aucupandi possit quæri præscriptione? Et respondeo quod sic, quando ex tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedit, vti consuetudine legitimo confessio Populi fieri possit. Bald. in l. 2. §. de rerum diuis. Ancon. §. fundus. Iason. de rerum mix. Barbat. de præscript. 3. part. princip. n. 30. & 6. Conclusio. Et de iure Regio, n. 30. & 31. Mascard. de probat. conclus. 1. n. 1. Dicitur autem scientia, & patientia, & tolerantia in d. Nam ex confessione, nomine ejus venire, declaratur hoc, dummodo quis pluribus annis piscatus fuerit, & alios prohibuerit. Sed si non prohibuisset, quamuis frequentissime, & quod toc annis solus piscatus fuisset, non quæreretur tot ad alios prohibendos, ne haberet piscari. Vnde licet tura negatiua non possint præscribi, tamen possunt | de consuetudine acquiri. Vnde si quis pluribus annis solus piscatus fuerit, & alios prohibuerit, scientia populi, & non contra-

concedere, videtur: quod possit libi inquerere ex tacito consensu populi, & sic cum sequitur quasi possessionem cum diuturnitate temporis per text. vt dicit Bocc. *in consuetudine burgundiæ, titulo 15. §. 2. num. 13. & 14. & Soccin. sen. Loquitur. ff. de donat. & Soccin. sen. vbi supra.* Veron. *in addit. ad Socin. sen. vbi prob. 10. de probation. num. 4.* cum *l. præscriptionis. ff. de vsucap.* Pro cuius declaratione huius quæstionis notandum est, quod huiusmodi 3 seruitutes, siue iura, quæ negatiua sunt, hoc est, quæ constituunt, vt prohibendo, aut abstinendo dicuntur: *si sunt negatiua, acquiruntur* quasi possessio earum ex prohibitione alteri facta, vel ubi seruiens cum vult tollere alius tollere domum suam prohibendo, postea si faceret id mihi licere, prohibiturus non esset ad huc, tunc in quasi possessione est incepto seruitutis negatiuæ tollere quam domum suam. gl. & Dd. *l. 1. C. de seruit. & aqua. l. sicut. ff. quemadmod. seruit. amit. l. fin. ff. de itin. actuq. priu. gl. qui tacendo in. ff. de seruit. vrb. prad. gl. & Dd. ibidem. & videre. Soccin. sen. vbi supra.* Huiusmodi seu seruitutis si habeat consuetudo continuum per seruientem decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes. Si vero consuetudo non habeat continuum, præscribitur quasi in infinitum, nulla fit mentio. *Bart. in l. Titia vsque §. sicut. quæ. & ibi Bal. & Ias. ff. de aqua. pluu. arcend. & Bart. in l. C. de seru. & aqua.* Quando vero seruitus affirmativa, 4 vt puta, † quod mihi liceat ire, agere per agrum tuum, aut aquam ducere, & similia, tunc in huiusmodi casibus non acquiritur quasi possessio, nisi prius triginta dies cessauerit iacere vltra non vtendo, aut alias, non precario *l. 1. & 2. ff. de itin. actuq. priu. Bart. in l. vsum. 2. C. de seru. & aqua.* Vnde si quis inchoauerit in his tantum affirmatiuis quasi possessionem, impediatur sicuti dixi in negatiuis præscriptio decem, aut viginti annis si casum hæc habeant continuum, vel si casum ad habendum continuum, tantum desideratur tempus, quantum memoratio hominum excedat, quod & in præscriptione seruitutis negatiuæ dictum est. Quibus ita suppositis, si contingat, quod aliquis tollendi causa, siue aliquo alio, præscriptione acquirendi vsum, vel aperiendi Dei, vel ostendendi ius prohibeat, vt vocatur stans in proprietate. Quæritur, quia quamuis ea, quæ mere seruitutem sunt, non possint præscribi *l. possessionis. ff. quib. mod. vsufr. finit. ff. de vsufr. quemadmod. Bartol. l. 1. C. de seruit. & aqua.* Vnde si per longissimum tempus vsum fuerit ad molendinum cum molendi causa, aut in, tient & non prohibeat, olim aqua hoc modo diutissime recepta aliquos certa familia, non ero propterea obligatus meo seruitium suum posthinc accedere, sed molendinum alibi potero mihi quærere, quandoquidem ille iste mes fuit meus seruitus, secundum Petr. Cyn. & Ros. *de diuersis. de iure. & aqua.* Item non ero propterea suum pote-

posse eam obligatus recipere prædictos in domum tormentum illi esse
recipere nihil libet cum suum sit alterum, vt bene notat Paul. de Cast.
cons. 100. lib. 2. & cons. 396. lib. 3. Alias enim non esset
libertas animi, si me volentem cogere vel aliud nolendum, vel nolendi
gratia, prohiberem, patiens id tibi auris esse, quoque prohibitus tu
patiendo acquirere incipiens quidem esse in quasi possessione illam
iuris prohibitum, sed per tempus longissimum possessa præscribi non
debet vsucapi, & iure, cum ipse cogar non ad aliud, ac tunc nolendum
nolendi causa venire. *l. si quis dixerit. ff. si seruit. vendic.* Ita *l. qui enim
non. 28. & seq. ff. de seruit. Idem erit, si te prohibente, dicis de fundo
meo non recipi voluerint.* Si tali casu tanto tempore recepti fuerint
vsucapio non est in contrarium, hoc ius prohibere dicentur. Sic ego quis in flumine piscatur, si alius ipse nemine contradicente
voluerit mihi piscari prohibere, & prohibitionis hac causa re-
cedentem illi ignorans interesse, consuetudine ea in quasi possessione
ibidem mihi piscandi, vt huiusmodi præscribere queat. Dd. *l. si quis mihi,
ff. de seruit. & ea quæ de seruit. si quis per. ff. de seruit. & tempus præscript.* Bald.
in cons. ff. de rerum diuis. Vnde ingressus te penitus non repetus, & prohibitio facta eam patientia subsequens, bonam fidem inducunt, nec
non possessionem tribuunt, & per consequens præscriptionem acquisitam
habitat. quæ per se præscriptio præscribi, gloss. *ibidem de verbor. signif.*
Dd. in *cons. 96. dubium*, quæ per se non vitiosa bonæ fidei initium & pro-
tractus, vsucapio; vt vsucapiant. Bald. *in Constitut. de regal. de prædio
ff. de adquir. rer. dom.* quæ præscriptione acquisita non tollitur quis ani-
mum amittat, nec animum, quo ante obtinebat, vel de illo aliam red-
dere actionem. Dd. *l. qui dixerit. ff. de seruit. præd. rustic.* vsucapio enim pro-
batur, & confirmatur per *l. in fundo pro suo. ff. de acquir. rer. dom.* & quia piscatorij
iuris genium, confirmum hanc regulam, quod loca publica, puta gen-
tium, quæ occupanti conceduntur a longo tempore, post occupationem
nemini erant, vt nunc, quæ nemo habitare, aut occupare consueuerunt in
perpetuum cessant. *Et terra mari, cæli iure communia occupanti. l. fin. ff. de acquir.
rer. dom.* Limitatur hac regula, vt ea habeat locum in confuetudine, patitur
tur ea, quæ competunt de iure gentium, præscribi non possint, tamen
consuetudine possunt acquiri. *Arctin. ff. de seruit. vrban. de rerum diuis.*
Ex quo infertur, quod si piscibus suum vnus solus in certa parte flu-
minis publici piscatum fuerit, & alios prohibuerit licente populo, &
non contradicente, quod ab illo usu ius tacito consensu per-
petuo, & quod de cætero ipse solus piscari queat, & alios prohibere
& sic aliud illi consuetudo, & aliud ab præscriptione: & in hac differen-

quia ex præscriptione iura vtrique quod ab eo asseritur, aliud opponitur, sed unus aliquid applicatur alteri ita quod alicui non sit licitum, nunc illa propria dicitur consuetudo. Sed in casu illo applicatum ex consuetudine prohibetur, licet aliquid proprium alicui minime adsit: ergo non dicitur præscripsisse, nec illud iure præscriptionis acquirunt. Sed ex consuetudine potest populo, & gentibus, & locis prohibere, imperfectibilia tamen æquivalenter constituendo, *c. fin. c. præterea, de verbor. signif.* & sic per legem tollitur ne pescatores, non tollitur consuendo: & sic indecendum talem consuetudinem super his præscripsisse, quod quis tenere piscaria tempore illicito, aut non in illa parte flumina publica, & quod alios prohibendo piscari durante illo tempore saltem bis, dicente, & patente populo, aut maiori parte, & non contradicente, vel quod verisimiliter creditur in mentibus populi, aut maiori parte quibus requirunt ad probationem consuetudinem, *l. ex rebus, ff. de leg.* Secundo limitatur hæc regula, ut præcedat in præscriptione communi, vel longissima temporis. Sed non procedit in præscriptione tanti temporis, quod non sit memoria hominum in contrarium. Angel. *d. fin. de vsucap.* Dd. *per text. in cap. cum olim, de præscript.* Tertio limitatur ex mente Ang. *vbi supra*, si aliqui illi non prohibuerunt, procedit. Et ex hoc habetur, quod possessione relinquens aliquem dominium eorum, quæ nobis iure gentium communia sunt, sed per ipsam eiusmodi possessionem vel quasi, bene acquirimus ea quæ illam excipiendo, vt de possessione vtili requisita, cum possessio effectum duplex. Primum est, quia ex ea nemo potest ejici per bonam fidem, *l. bona, ff. de bonis.* Secundum est, quia non requisita possessione, prohiberi possumus, ne quid circa ea fiat nobis nolentibus. Vnde prohiberi possumus ratione possessionis, navigationem, & piscationem aquarum, & fluminum, quæ dicuntur bona communia de iure gentium, *arg. l. si quis illum, ff. de iniur. cum simil. Bald. in rubr. C. quæ res pignori, quod de iure gentium.*

QVÆSTIO II.

An ius venandi, piscandi, & aucupandi sit ædificio reale vel personale.

SVMMARIA.

Venatio realis dicitur personalis, & e contra.
Venatio personalis prohibetur non piscatio.

Iuris

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

SECVNDO quæritur an iuramentum, quod exigitur à Testibus, sit personale? Respond. quod sic: hoc sunt quæstiones nam quidam dicunt, quod sit actus personalis, quia hic actus est ad vitam, & utilitatem spiritualem hominis, glo. [illegible] & ibi communiter. Item quod non contingit in realibus, cum non possint hæ facultates in substantiam rerum transire. Sed secundum hoc non esset iuramentum personale, quæ tamen possibilia sunt, quia sic non esset quia sententia personalis debet [illegible] cum persona condemnata [illegible] & ipsa & hæc realia venderet, & alienaret ut poterat & vellet. Aliqui cum nego, quia eadem ratio est personalium & realium cum, sed inter personalia numerantur, quod etiam patet ex eo quia [illegible] substantiæ interest cum persona. Nec sic mere realia, sed immediate, quod patet ex eo quia, cum vinctus capitur vilitatis [illegible] cum persona. Item [illegible] 4 ut non [illegible] & [illegible] personæ, ne possit [illegible] & [illegible] quod [illegible] 5 [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible]

tudinis latitudinem & longitudinem non egredietur. *l. fin. ff. de mensib.* aut. lunominaris quinque versuram Etruscus dicetur, cum intra mensem eo non computetur. *Ddd. l. si se servum ff. pro.*

QVÆSTIO III.

Quæ actio pro deteriorata venatione competat?

SVMMARIA.

1 *Actio quæ competit contra detentorem venationum.*
2 *Actio confessoria rerum, quando competat pro venatione deteriorata.*
3 *Actio doli quando competat pro venatione.*

1 TERTIO quæro, quæ actio competat pro deteriorata venatione? Respond. quod quærentes licere domino fylarum uberes crudes, procerum illi ex fylati proprietarij, quo tamen ipsa venatio deterior non sit. *l. 1. §. 1. libro ff. de aqua quotid. & æstiv.* electum licet ex venatu competat, quanti sua interest, a possidente domino per condictionem in restitutionem eorum conqueri. *l. in confessoria ff. de aqua quotid. & æst. ff.* sed quæro quid si florum arcubus foli illi crebrebant, qui fori venatilis tempore præscripserunt, quod si dolo malo proprietarij fylarum id inconsulto detrimento infertur, actionis doli quoque non inimica fieret rei. *l. 1. §. dolum. ff. de aqua plu. arce. l. si in ff. fideicomm. Zoan. Ias. num. 136. c. de pall. arce cap. & remiss.*

QVÆSTIO IV.

Statutum, quod nullus tali in loco venari possit, an valeat?

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quod nullus in eo possit venari.*

1 QVARTO quæro, an valeat statutum, quod nullus possit venari in tali loco? Respond. quod non, quia violentum non valet, dicitur, cui intervenit contradictio eorum, quorum interest? potuit enim venatus dispersa, ac fili infecisse de Nassarellis, vide ea. Vide, quæ dixi supra, cum de prohibitione venationis tractavimus. Statutum ergo tollendum venandi, quia dicit, dicendi, non valet.

Qua-

QVÆSTIO V.

Consuetudo venationem, piscationem, & aucupium prohibens, num habeat locum?

SVMMARIA.

1 *Consuetudo prohibens venationem, an valeat?*
2 *Consuetudo an faciat venationem illicitam de iure esse licitam.*

QVINTO quæro, † an valeat consuetudo prohibens venationem, piscationem, & aucupium? Respond. quod non, si in totum prohiberet. Natta *consil.175.num.4.volum.2.* dixi in proxima præcedenti quæstione. Item quæro, vtrum venatio à iure prohibita, possit per consuetudinem effici licita? Respond. quod non, quando esset venatio enutritiua peccati, alias si esset consuetudo licita, & rationabilis, faceret venationem licitam. Marian. Socin. Senior *c. fin. num. 6. de cleri. venato.* vide supra *quæst. 28.* 1

QVÆSTIO VI.

Furtum in venatione quando committatur?

SVMMARIVM.

1 *Furtum quando dicatur committi in venatione.*

SEXTO quæro, † quando dicatur furtum committi in venatione? Respond. quando sylua foresta, vel nemus essent muro circumacta, vel vallata sepe, ita, quod feræ adeo essent inclusæ, vt non possint exire & ammodo sint sub custodia, quia tunc venantes furtum committerent. *l. vsumfructuarium venari. §. si in vinarys. ff. de vsufruct. l. 3. §. item. ff. de acquiren. poss. ff. l. naturalem. & seruos. ff. de acquiren. rerum domin.* Natta *consil. 379. num. 9. volum. 3.* 1

QVÆSTIO VII.

Venationem an Feudatarius prohibere possit?

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius an possit prohibere venationem.*

SEPTIMO quæro, † an Feudatarius prohibere possit venationem? Respond. quod non, quia subditis faceret violentiam. Hostien. *c. nouelli, de decim.* Iacob. *in tract. de feudis, rubric. & cum venationibus*, vbi tamen non appellaretur post prohibitionem, sequeretur præscriptio, & vbi priuilegium dicat, & cum venationibus, & Dominus ita possideat; 1

nam tunc bene poterit prohibere, Afflict. §. *nemo retia, de pace tenen.* Bossius *tit. de regali. num. 42.*

QVÆSTIO VIII.

Prohibens venationem, cum non habeat ad id potestatem, qua actione conueniri possit?

SVMMARIVM.

1 *Actio, quæ competat contra prohibentem venationem, cum non possit.*

1 OCTAVO quæro, † Quidam prohibens venationem non habens ad id potestatem, qua actione conueniri poterit? Respond. actione iniuriarum; nam impediens venationem, iniuriam infert. Dd. communiter *c. non est, de decim.* Deci. *consil. 191.* Gramma. *decis. 67. l. 2. §. si quis in mari. ff. ne quid in loco publ.* Præpos. *c. 1. column. 1. qua sint regal.* Angel. *consil. 81. num. 31. volum. 1.*

QVÆSTIO IX.

Interficiens aliquem in venatione, an de homicidio teneatur?

SVMMARIA.

1 *Occidens aliquam personam in venatione, an teneatur de homicidio.*

2 *Homicidium involuntarium, quando non puniatur.*

1 NONO quæro, † Quidam venando interficit aliquem hominem, puta sagitta, vel arcobuso, an teneatur homicidio? Respon. quod aut venabatur in loco prohibito, aut non: Primo casu aut interficit prohibentem, aut alterum: si interfecerit prohibentem, tunc, quia dabat operam rei illicitæ, tenebitur de homicidio. Secundo autem casu, aut venabatur cum armis prohibitis, aut non: Primo casu tenebitur de homicidio. Secundo autem, aut vsus est ea diligentia præcauendo, ne interficiat, seu percutiat hominem, aut non: Primo casu non tenebitur, sed reputabitur fortuitus casus, de quo nemo tenetur: Secundo
2 autem sic, per ea quæ dixi late ego † *in tract. de fort. casibus. p. 2. num. 24. & seq. in q. 1. & in q. seq. per totum.* ad quem locum breuitatis causa te remitto.

QVÆSTIO X.

Seruiant dominis suis venari volentibus obedire teneantur venatione prohibita?

SVMMARIVM.

1 *Serui an peccent venantes ex iussu Domini venatione prohibita.*

DECIMO quæro, † vtrum serui teneantur obedire Dominis suis venari volentibus venatione prohibita? Respond. quod non, maxime in venatione oppressiua hominum, vel arenaria. Similiter non tenentur obedire volentibus venari temporibus prohibitis, quia est contra illud præceptum, *Primum quærite regnum Dei*: isto tamen casu videntur excusari, si coguntur per iustum metum. Tab. *verſ. venatio num. 2.* Pisan. & Angel. *d. loco.* Turrecrem. *c. an putatis, 86. distinct.* 1

QVÆSTIO XI.

Serui an pœnâ afficerentur, qui in ludum venatorium damnati sunt?

SVMMARIA.

1 *Serui an pœna afficiantur, qui in ludum venatorium damnantur.*
2 *Damnare in ludum venatorium quid sit.*

VNDECIMO quæro, an † serui pœna afficerentur, quicunque erant damnati in ludum venatorium? Respond. quod sic. *l. aut damnum. §. quicunque. ff. de pœnis.* Ibi, (*quicunq; in ludum venatorium sunt damnati*) videndum est, an serui pœnæ efficiantur, solent enim iuniores hac pœna affici: verum ergo serui pœnæ illi afficiantur, an permaneant in libertate, videndum est. Et magis est, vt hi quoque serui efficiantur; hoc enim tantum distat à cæteris, quod instituuntur venatores, aut Pyrrhicarij, aut in aliquam voluptatem gesticulandi, vel aliter se mouendi gratia. Seruos in metallum, vel in opus metalli, item in ludum venatorium dari solere, nulla dubitatio est, & si fuerint dati, serui pœnæ efficiuntur, nec ad eum pertinebunt, cuius fuerint † antequam damnarentur. & nota, quod in ludum damnare reos, est, eos in exercitationem conficiendi feras in theatro damnatos addicere. ita Budæus *in annotat. in Pandect. d. §. quicunque.* 1 2

QVÆSTIO XII.

In via publica an venari liceat?

SVMMARIVM.

1 *Venari an quis possit in via publica.*

DVODECIMO quæro, an sit licitum † venari in via publica? Respond. clarum esse, quod non solum in agris priuatorum, sed etiam in via, & alijs publicis locis licita est venatio, atque permissa. *l. qui foueas. ff. ad leg. Aquil. l. in laqueum. ff. de acquir. rer. dom.* Natta *consil. 375. num. 7. volum. 2.* 1

QVÆSTIO XIII.

Mutuo dans alicui centum, an in sortem, quod accepit, computare teneatur?

SVMMARIA.

1 *Vsuram an committat, qui venatur in agro pignori dato.*
2 *Fructus venationis an computentur in sortem.*

1 DECIMOTERTIO quæro, Quidam † mutuauit alicui centum, & pro securitate accipit agrum in pignus, in quo venatus, piscatus, aut aucupatus est, an teneatur computare in sortem, quod accepit? Respond. quod non, nisi fructus fundi ex venatione constaret, textus
2 est expressus *in l. venationem. ff. de vsuris*, Ibi, *venationem † in fructu fundi negaui esse, nisi fructus fundi ex venatione constaret.*. nam tunc venatio est in fructu, & computandi essent in sortem. *Item. §. aucupiorum. l. vsus fructus. ff. de vsufruct.*

QVÆSTIO XIV.

Capiens lupum vel vulpem prægnantem, an vnum vel plura præmia habere debeat?

SVMMARIVM.

1 *Lupum prægnantem capiens, an habeat vnum præmium, an plura.*

1 DECIMOQVARTO quæro, † stante statuto, quod capienti lupum, vel vulpem, detur aliquod præmium, si quis caperet lupam, vel vulpem prægnantem, an debeat habere vnum, vel plura præmia? Respond. quod ei dabitur vnum præmium, non plura, Bald. *l. fin. ff. de liber. causa.* not. *l. qui in vtero. ff. de stat. homi. l. 2. §. qui autem. ff. de exc. tutor.* not. *l. in lege. ff. ad leg. Falcid.* secus si capiat lupam lactantem cum lupatinis. Imola *l. in lege. ff. ad leg. Falcid.* Felin. *c. sicut, de homicid.*

QVÆSTIO XV.

Ceruus à venatore captus, an sit capientis?

SVMMARIVM.

1 *Cerui capti quando capientium fiant.*

DECIMOQVINTO etiam quæro, Fuit † ceruus in nemore inuentus, & occisus, vel captus à venatore, an sit capientis? Resp. quod si ceruus erat domesticus, qui ire, & redire solebat, quamuis id venator ignoraret, pertinebit ad dominum, nec tamen ei actio iniu-

riarum

riarum aliqua competit, cum probabiliter venator credere potuerit ferum esse, qui si ferus esset, occupantis fieret. Dd. §. cerui. Inst. de rerum diuis. Alciat. lib. 1. parerg. cap. 2.

QVÆSTIO XVI.

Leones mansueti num occidi debeant ac possint?

SVMMARIA.

1 *Leones mansueti an possint occidi.*
2 *Bestia nocitura quo tempore possint retineri in ciuitate.*

DECIMOSEXTO quæro, † an leones occidi possint? Resp. quod 1
sic. Ampl. etiam, si fuerint mansueti, & habiti sint pro derelicto. *l. vnic. C. de venat. ferar. lib. 11.* Ibi, *occidendorum leonum cunctis facimus potestatem, neq; aliquam finimus quenquam calumniam formidare: Bestias autem quæ ad comitatum ab omnibus † limitum Ducibus transmittuntur, non plus quam septem diebus intra singulas Ciuitates detinere præcipimus: violatoribus eorum quinas libras auri fisci iuribus illaturis.* 2

QVÆSTIO XVII.

Fera à canibus fugata, an occupantis sit?

SVMMARIVM.

1 *Fera fugata à canibus cuius sit.*

DECIMOSEPTIMO quæro, † cuius sit fera fugata à canibus? 1
Respond. quod est occupantis, non autem fugantis, quia multa accidere possunt, ne capiatur. §. *illud. Institut. de rerum diuis.* Alciat. *libr. 1. Parerg. cap. 2.* consuetudo tamen aliter se habet, vt dicam in sequenti quæstione, præsertim in leporibus.

QVÆSTIO XVIII.

Fera in venatione vulnerata, an sit vulnerantis, an capientis?

SVMMARIVM.

1 *Vulnerata fera an sit vulnerantis, an vero capientis.*

DECIMOOCTAVO quæro, cuius † sit fera in venatione vulne- 1
rata, an scilicet sit vulnerantis, an capientis? Respond. quod de hoc est textus clarus §. *illud. Institut. de rerum diuis.* Ibi, *illud quæritum est, an si fera bestia ita vulnerata sit, vt capi possit, statim tua esse intelligatur? Quibusdam placuit, statim esse tuam, & eousq; tuam videri, donec eam persequaris: quod si desieris eam persequi, desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alij putauerunt.*

uerunt, non aliter tuam esse, quam si eam ceperis. Sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quod multa accidere soleant, vt eam non capias. glos. *l. vero. l. quinta. §. illud. ff. de acquir. rerum domin.* dicit de consuetudine seruari contrarium, quod scilicet sit vulnerantis, quam refert Alciat. *lib. 4. pareg. c. 2.* Bartol. *l. quo minus. quæst. 5. ff. de flumin.* Didac. *2. parte relect. §. 8. num. 13. de regul. iur. in 6.* Cæpolla *tract. de seruit. rustic. prædiz. de aucup. num. 5.* Ego vero putarem, seruandam esse consuetudinem, scilicet dimidiam esse vulnerantis, & aliam capientis, nisi vulnus esset adeo lethale, vt nihil accidere possit, quin capiatur à vulnerante, quando fuerit probatum vulnus.

QVÆSTIO XIX.

Ouem de ore lupi surripiens, an quod accepit, eius fiat?

SVMMARIVM.

† Surripiens ouem de ore lupi, gallinam de ore vulpis, vel auem de ore falconis, an quod accepit, sit accipientis?

† DECIMONONO quæro, si lupus accepit ouem, † vulpes gallinam, accipiter auem, & ea quidam accepit de ore istorum, an teneatur restituere priori Domino? Resp. quod sic. *l. Pomponius. in fin. ff. de acq. rer. dom.* Ibi. *Pomponius tractat, cum Pastori meo lupi porcos eriperent, hoc vicina villa colonus cum robustis canibus & fortibus, quos pecoris sui gratia pascebat, consecutus, lupis eripuit, aut canes exterruerunt, & cum pastor meus peteret porcos, quærebatur, vtrum eius factis sint porci, qui eripuit, an nostri maneant.* nam genere quodam venandi id erant nacti. cogitabat enim, quemadmodum terra, marique capta, cum in suam naturalem laxitatem peruenirent, desinerent eorum esse, qui cepissent: ita ex bonis quoque nostris capta à bestijs marinis, & terrestribus, desinant nostra esse, cum effugerint bestiæ nostram persequutionem. Quis denique manere nostrum dicet, quod auis transuolans ex area, aut ex agro nostro sustulit, aut quod à nobis miluus eripuit? Si igitur desinit, si fuerit ore bestiæ liberatum, occupantis erit, quemadmodum piscis vel aper, vel auis, cum potestatem nostram euaserit, si ab alio capiatur, ipsius fit. Sed putat potius nostrum manere tam diu, quam diu recuperari possit, licet in auibus, & piscibus, & feris verum sit, quod scribit. Idem ait: & si naufragio quid nostrum amissum sit, non statim nostrum esse desinere, denique quadrupli teneri cum, qui rapuerit. Et sane melius est dicere, & quod à lupo eripitur, nostrũ manere quam diu recipi possit, id quod ereptum est. Si igitur manet nostrum, ego arbitror etiam furti competere actionem.

nem, Licet enim non furandi animo fuerit colonus persequutus, quãuis & hoc animo fieri potuerit: sed si non hoc animo persequutus sit, tamen cum illud repoſcepti non reddiderit, ſupprimere & intercipere videtur. quare & furti & ad exhibendum teneri cum arbitror, & vendicari ab eo exhibitos porcos poſſe, Veron. *in tracta. de ſer. ruſt. prad. tit. de aucupat. c. 21. num. 6.*

QVÆSTIO XX.

Fera ſi in laqueum incidit, an mea ſit, an capientis?

SVMMARIA.

1 *Rete illaqueata fera ſi capiatur, an ſit capientis.*
2 *Piſces in rete capti quando ſint tenentis, an accipientis.*
3 *Aues in rete capti, cuius ſint.*

VIGESIMO quæro: † Fera in laqueum incidit, an ſit mea, an vero capientis? Reſp. per text. *l. in laqueum. ff. de acq. rer. dom.* ibi, *(in laqueum, quem venandi cauſa poſueras, aper incidit, cum eo hæreret, exemptum eum abſtuli, num tibi videor tuum aprum abſtuliſſe? & ſi tuum putas fuiſſe, ſi ſolutum eum in ſylvam dimiſiſſem, eo caſu tuus eſſe deſiiſſet, an tuus maneret? & quam rationem mecum haberes, ſi deſiiſſet tuus eſſe?* num in factum dari oporteret quæro? Reſpond. videamus, ne interſit, laqueum in publico an priuato poſuerim. Et ſi non in publico, ſed ſi in priuato poſuerim, vtrum in meo, an in alieno, & ſi in alieno, vtrum permiſſu eius, cuius fundus erat, an non permiſſu eius poſuerim? Præterea vtrum in eo ita hæſerit aper, vt expedire ſe non poſſet ipſe, an diu luctando expediturus ſe fuerit. Summam tamen hanc puto eſſe, vt ſi in meam poteſtatẽ peruenerit, meus factus ſit, ſi autem aprum meum factum, in ſuam naturalem laxitatem dimiſiſſes, eoque facto meus eſſe deſiiſſet; actionem mihi in factum dari oportere: veluti reſponſum eſt, cum quidam poculum alteriius ex naue deiecisſet. Ver. *tracta. de ſeruit. ruſtic. prad. tit. de aucupatione, cap. 21. num. 4.* Didac. *2. p. relect. §. 8. reg. peccatum, de reg. iur. in 6.* Alcia. *lib. 1. parerg. c. 2.* vbi de piſcibus, in rete captis loquitur. † Ghaſſan. *in conſuet. Burg. Rubric. 13. §. 7. num. 8. & num. 10.* quid autem ſit dicendum de piſcibus, & auibus, dic † ſeruandam eſſe conſuetudinem.

1
2
3

QVÆSTIO XXI.

Piſcatio an ſit conceſſa?

SVMMARIA.

1 *Piſcatio quando ſit licita.*
2 *Piſcari licitum eſt vnicuiq; in mari, & in littore maris.*
3 *Piſcari non poteſt prohiberi priuata authoritate.*

4 *Piſca-*

4 *Pisces capti fiunt capientium.*
5 *Casam ponere licet vnicuiq; in littore maris.*
6 *Piscari quilibet potest in flumine publico.*
7 *Piscari non licet in flumine priuato.*
8 *Piscatio priuata non potest turbari.*
9 *Piscari non potest in loco, vbi conuentum fuerit.*
10 *Piscari non potest in loco prohibito per Principem.*
11 *Piscari non potest, vbi consuetudo resistit.*
12 *Piscari non potest in loco præscripto.*
13 *Piscatio quando reddatur illicita.*

1 VIGESIMOPRIMO (cum † dictum sit de venatione quæro, vtrum piscatio sit licita? Respon. quod in mari cuilibet licitum est
2 piscari. *l. venditor. ff. com. præd.* similiter † in littore maris. *l. nemo. §. fin. l. riparum. ff. de rerum diuis.* littora enim sunt omnibus communia, sicuti aer. *l. iniuriarum. §. fin. ff. de iniur.* vnde potest piscari in littore maris etiam an-
3 te ædes meas, † & si ipsum piscari prohibeam, teneor actione iniuriarum. *l. 2. §. si quis. ff. ne quid in loco publ.* nisi aliter conuentum esset inter
4 partes, *d. l. venditor.* Vnde cum primum quis pisces in mari, seu † littore ceperit, eius sunt. *l. quod in littore. ff. de acq. rer. dom.* & in mari piscantibus
5 licitum est † casam in littore ponere, in qua se recipiant. *l. riparum. ff. de*
6 *rerum diuis.* præterea in fluminibus, & portu ius piscandi † est commune omnibus. §. *flumina. Instit. de rer. diuis.* fallit primo, quando flumen est
7 priuatum, alias non. *l. iniuriarum* † *actio. §. fin. ff. de iniur.* Secundo fallit, quando ius piscandi est priuatum, puta quia est venditum per Princi-
8 pem *c. 1. quæ sint regalia*: Tertio fallit, † quando est conuentio cum vici-
9 no, vt in domo † sua piscari non possit *d. l. venditor. & ibi Dd.* quæ locum
10 habent etiam in fluminibus publicis. Quarto fallit, † quando Princeps prohiberet, ne quis piscari posset, vt est in lacu Perusino. Quinto
11 fallit, quando esset consuetudo, vt piscaretur solum pro vsu publico, & † non pro priuato, vel certo tempore tantum, quia consuetudo iam
12 legis sustinet. *d. l. venditor. §. si constat.* Sexto fallit, quando † quis præscripsisset ius piscandi, quia tunc alius in eo loco piscari non posset, quæ præscriptio procedit, quando quis fuit in possessione piscandi per tantum tempus, cuius initij memoria non existat, per quod tempus præscribuntur loca publica, *l. hoc iure. §. ductu aquæ. ff. de aqua quot. & est.* de quo dixi supra in quæstione *de præscriptionibus*. Veron. *tit. de seruit. rust. prad. tit. de piscat. c. 42. num. 5. & seq.* conclusio igitur sit, quod piscatio, si fiat
13 propter necessitatem, sicuti faciunt illi, qui ex illa victum quærunt, est

licita

licita Greg. *super Ioan. 21.* vbi leguntur Apostoli post Christi resurrectionem redijsse ad opus piscationis, cum Matthæus post conuersionem ad opus telonei non resederit. Similiter si fiat propter solatium, adhibitis circumstantijs, est etiam licita, si tamen fiat deficiente aliqua debitarum circumstantiarum, est illicita, & est veniale, vel mortale secundum distinctionem, quam supra de venatione posuimus, Turrecr. *c. qui venationa. nu. 6. dist. 86.* Chassan. *tract. de gloria mundi p. 11. consid. 11.*

QVÆSTIO XXII.

Genus piscandi quotuplex sit?

SVMMARIVM.

1 *Piscandi genus duplex.*

VIGESIMOSECVNDO † quæro, quotuplex sit genus piscandi? t
Resp. scilicet retibus, & hamo. gl. Archid. Turrec. & Bellam. *c. est, & aliud 24. q. 1.* de retibus dicitur. *c. non turbatur. 24. q. 1.* Ibi, *non turbatur nauis, quæ Petrum habet, turbatur illa, quæ Iudam, etsi multa illic discipulorum merita nauigabant, tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. In vtraq; Petrus, sed quis suis meritis firmus est, turbatur alienis. caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem, ne per vnum fluctuemus plurimi.* Ergo non turbatur hæc nauis, in qua prouidentia nauigat, abest perfidia, fides superat. quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is, in quo firmamentum ecclesiæ est? illic ergo turbatio, vbi modica fides, ibi securitas, vbi perfecta dilectio. deniq; & si alijs imperatur, vt laxent retia sua; soli tamen Petro dicitur: *duc in altum. Luc. 5.* hoc est, in profundum disputationum; quid enim tam altum, quam altitudinem diuitiarum videre, id est, scire Dei filium, & ipsam professionē diuinæ generationis assumere, quam licet mens nequeat humana plenæ rationis inuestigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. De altero vero genere piscandi dicitur, *c. est, aliud. eod. c. & q.* Ibi, *est aliud Apostolorum piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari Dominus iubet, dicens, mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle.* Et hoc genere piscandi, solus Petrus iussus est à Domino vti, ad finē soluendi tributum, vnde dixit Matthæus c. 17. *vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, quem primo apprehenderis, tolle, & aperto ore eius, inuenies staterem, illum assumens, da eis pro te, & pro me.* quia iam Petrum fecerat Capitaneum super alios Apostolos; soli enim capitanei soluebant tributum. Vnde Augustl. *lib. quæst. nou. testam.* Saluator noster cum pro se, & Petro dari iubet, pro omnibus soluisse videtur, quia sicut in Saluatore erant omnes causæ magisterij, ita etiam post Saluatorem omnes in Petro cōtinentur, ipsum enim constituit caput

eorum, vt Pastor esset gregis Dominici. Turrecrem. *d.c.est aliud*, dicens glo. ibidem intelligere per hamum iurisdictionem, quam ipse præ alijs habuit in vniuersum orbem. Vnde vocatus est in plenitudinem potestatis: vtroque igitur genere piscatus est Petrus, primo genere piscandi piscati sunt & alij discipuli. Primum genus piscandi quod fit in rete, inquisitionem denotat diuinæ scientiæ, & sapientiæ: quantum ad diuinitatem Christi: & scientiæ, quantum ad humanitatem eiusdem. Secundum piscandi genus, quod fit in hamo, ligandi, atq; soluendi potestatem insinuat. Petrus autem omnium sacerdotum figuram tenebat: rete ergo Petrus & alij piscantur, quia non solum Sacerdotes, sed & alij prudentes viri de ministerio sapientiæ, & scientiæ Dei scrutantur. Soli Petro conceditur piscari in hamo, quoniam solummodo Sacerdotes habent potestatem ligandi, atq; soluendi. retia namq; cum perplexis filis intexta, verborum diuinorum perplexitatem insinuant, quibus de interioribus Christi sacramentis disputatur. In hamo vero lineæ, vbi velut funi ferrum coniungitur; ferrea, id est, inconuincibilia Ecclesiæ vincula designantur, vel secundum aliam mysterij considerationem, putari etiam potest soli Petro vtrunq; genus piscandi esse concessum, quippe, & si cæteri discipuli piscarentur, specialiter tamen de Petro fit mentio, cum ei soli dicitur, *Duc in altum rete*, in primo genere piscandi signatur ventilatio rationis fidei: in secundo causa depositionis Episcopi. Episcopus enim præminens in sua Diœcesi, est quasi piscis, primo ascendens de mari, quia solo hamo Petri capitur, quando soli Apostolo Episcoporum causa criminalis terminanda committitur. *c.quamuis.3.q.7.* Similiter quando ratio fidei ventilatur, ad sedem Romanam defertur. Hæc Archid. & Bellam. *d.c.2.est, & aliud.24.q.1.*

QVÆSTIO XXIII.

An quis in fundo alieno piscari possit?

SVMMARIVM.

1 *Piscari an possit in fundo alieno.*

1 VIGESIMOTERTIO quæro, † vtrum quis piscari possit in fundo alieno. Resp. quod non, si ibi fuerit facta piscaria à Domino, *l. vsufructuarium. §. si viuarijs. ff. de vsufruct.* secus, si fundus esset inundatus à flumine, & ibi aqua fluens esset & pisces apportasset, quia tunc credo, quod ibi possit piscari, sicuti aucupari, *argum.l.3.§. item. ff. de acq. possess.* vbi enim est eadem ratio, ibi idem ius statui debet. *l.illud. ff. ad leg. Aquil. Aretin.§. fera.num.4. Instit. de rerum diuis.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXIV.

Pisces vtrum possideri dicantur?

SVMMARIA.

1 *Possideri an dicantur pisces.*
2 *Viuaria, quæ dicantur.*
3 *Stagna quæ sint.*
4 *Piscina quid sit.*

VIGESIMOQVARTO quæro, † vtrum pisces dicantur possideri? 1
Respon. per *l. 3. §. item feras. ff. de acquir. possess.* vbi Iurisconsultus respondit, animalia inclusa viuarijs, & columnarijs priuatis, pisces item in piscinam congregatos, à Domino fundi possideri, non sic pisces inclusos stagnis, nec feras in saltibus circumseptis degétes, & euagantes, nam hę à Domino fundi minime possidentur. quod dictum tamen intellige, quo ad dominium, non esse discrimen vllum inter stagna, & saltus, piscinas, & viuaria, modo saltus, & stagna, vtcunque longissimi spatij sint, manu hominum, & priuata industria fuerint circumsepta, & fabrefacta. nam in eis militat circa ipsa animalia eadem ratio. † Et no- 2
ta, quod viuaria dicuntur loci, quibus vel aues, vel pisces, vel feræ continentur ad victum humanum, hominum quidem industriæ animalibus in ea loca immissis, vt nutriantur, aliaque progenerent ad mensarum delicias. *l. vsusfructuarius. §. viuarijs. ff. de vsufruct.* Stagna dicuntur, † 3
quæ temporalem continent aquam stagnantem, quæ plerunq; hyeme colligitur, nec fluit, nec refluit. *l. 1. ff. vt in flum. publ. nauiga. lic.* piscina vero est ea, in quam † pisces humana industria mittuntur, vt ibidem nu 4
triantur. Didac. *2. part. relect. 8. §. nu. 15. de reg. iur.* Alexan. *l. 3. §. Neruа. nu. 3. ff. de acq. poss. & ibi Dd. communiter.*

QVÆSTIO XXV.

An quis possessionem vel quasi piscando adipisci possit?

SVMMARIA.

1 *Possessio, vel quasi an contineatur piscando.*
2 *Cautela pro venatione.*

VIGESIMOQVINTO quæro, † Quidam in flumine publico pi- 1
scatur, si alios ipse, (nemine contradicente) volentes inibi piscari, prohibeat, & prohibitioni factæ non reclament illi, quorum interest; cõstituatur ex eo in quasi possessione ibidem solus piscandi? Resp. quod sic, ita, vt huic iuri præscribere queat. Dd. communiter *in §. flu-*

2 *mina. Instit. de rerum diuis.* Bal. *litem* † *lapilli. ff. de rerum diuis.* Vnde cautela est pro dominis terrarum, vt interdicant subditis venationes, qui si prohibitioni non contradixerint, præscriptoq; dominorũ paruerint; dominos suos in quasi possessione prohibendi constituunt, ac ius deniq; tandem venandi per tempus postea immemorabile perdunt *l.1. & seq. C. de seru. & aqua. l. qui luminib. ff. de seru. vrb. præd.* Dd. *c. non est de decimũ.* Zoan. *l.2. nu.155. C. de pact. inter empt. & vend.* Guid. *consil. q.2. nu.2.* Port. *inst. de rer. diuis. num.15. in prin.*

QVÆSTIO XXVI.

Princeps an alicui concedere possit, vt ipsi soli in certa maris parte piscari liceat?

SVMMARIVM.

1 *Princeps concedere potest alicui, vt ipsi soli liceat in certa parte maris piscari.*

1 VIGESIMOSEXTO quæro, † an Princeps concedere possit alicui, vt ipsi soli liceat in certa parte maris piscari? Resp. quod sic. gl. *l. si quisquam. ff. de diu. & tempor. præscript.* gl. *l. venditor. ff. com. præd.* Ruin. *consil. 28. num. 3.*

QVÆSTIO XXVII.

Aqua aucta, vtrum ius piscandi quoque augeatur?

SVMMARIVM.

1 *Aucta aqua an augeatur ius piscandi.*

2 *Pisces ingressi inundatione è stagno meo, quando eos vendicare possim.*

1 VIGESIMOSEPTIMO quæro, † an aucta aqua, augeatur ius piscandi? Resp. quod sic, si augeatur ministerio naturæ, si vero augeatur facto hominis; tunc habens ius piscandi, contribuet proportionaliter arbitrio boni viri pro eo pluris, quod habet ius piscãdi iuxta illud: *qui sentit commodum, sentire debet & incommodum.* Brun. *tract. de aug.*

2 *& dim. concl. 13. nu. 14.* Item quæro, † aqua tui stagni ita creuit, quod plures pisces deuenerunt vsq; ad fundum meum, vel stagnum meum: tu vis ipsos pisces sequi, & habere, an possit? Resp. quod in stagno meo impossibile est eos cognosci, in loco autem meo sicco, bene cognosci poterunt, ideo eos habere poteris. Chassan. *in consil. Burg. rubr. 4. q. 24. §. 1. not. l. naturalem. §. gallinarum. ff. de acquir. rerum dom.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXVIII.

Populo crescente, vtrum ius portandi pisces augeri debeat?

SVMMARIVM.

1 *Aucto populo, an augeri debeat ius portandi pisces.*

VIGESIMOOCTAVO quæro: † Piscator, qui obligatus est pacto portare ad forum qualibet die duas salmas piscium, an teneatur portare plures, si populus augeatur? Resp. quod sic. Bart. *l. 3. in fin. C. de priuileg. lib. 11.* nisi obligatio fuerit arctata ad certum numerum personarum. 1

QVÆSTIO XXIX.

Piscationis conductor an piscinam omnino euacuare possit ac debeat?

SVMMARIVM.

1 *Conductor piscationis non potest euacuare piscinam.*

VIGESIMONONO, si quis † conduxit valles, aut paludes, vt ibi piscari possit, & in eis reperiatur certa pars terræ eleuata ab alueo, quæ *tori* vulgariter appellantur, & pisces omnes in hyeme se reducunt sub eis, vt in vallibus Paduæ contingit, an sit licitum conductori aperire dictos toros, & omnes pisces accipere? Resp. quod non, quia isto modo ius piscandi destrueretur, nisi alios reponeret. *arg. l. si merces. §. conductor. ff. loc.* nam conductor in primis tenetur conditionem seruare, quod si quid in ea prætermissum est, id ex bono, & æquo præstandum est, sed ex bono, & æquo conductor piscinæ, vt non destruat totam piscinam, quia debet habere fructus piscandi, non autem omnes pisces, ita vt piscaria consumetur. not. *l. 1. & seq. ff. de vsufr.* idem dico, si locaretur ius piscandi flumine, vel fonte, aut piscaria, quia non posset omnes pisces tollere. Veron. *tract. de seru. rust. prad. c. 13. nu. 8.* Bertach. *tract. de gabell. q. 4. num. 16.* 1

QVÆSTIO XXX.

Piscationes quibus in aquis sint communes?

SVMMARIVM.

1 *Communes in quibus aquis sunt piscationes.*

TRIGESIMO quæro, † quibus in aquis sint communes piscationes? Resp. in mari, in flumine publico, in stagno, lacu, & similib. Balb. *tract. de præscr. q. 6. quint. q. princ. n. 4.* dixi supra in quæstione, *de piscatione*, quando sit licita, Veron. *in tract. de seru. rust. prad. c. 42. nu. 2.* Hugo *de* 1

officio quatuor Prælatorum tit. de excusatione munerum nu. 14. Not. Cor. *consil. 211. nu. 1. & seq. vol. 4.* in terminis Iaf. *l. posideri. §. Neruа. nu. 22. ff. de acq. possess.*

QVÆSTIO XXXI.

Piscatores vtrum appellentur negotiatores?

SVMMARIVM

1 Negotiatores an dicantur possessores.

1 TRIGESIMOPRIMO quæro, † an piscatores dicantur, negotiatores? Resp. quod non. *l. legatis seruis. ff. de leg. 3.* Ibi (*legatis seruis exceptis negotiatoribus. Labeo scripsit, eos legato exceptos videri, qui præpositi essent negotij exercendi causa, veluti, qui ad emendum, locandum, conducendum præpositi essent, cubicularios autem vel obsonatores, vel eos, qui piscationibus præpositi essent, non videri negotiationis appellatione contineri,* & puto veram esse Labeonis sententiam; vbi Alber. *nu. 2.* dicit & sic not. quod piscatores non sunt negotiatores, quod est verum, quando Domino tantum piscantur; secus si venderent pisces, quia tunc dicerentur negotiatores.

QVÆSTIO XXXII.

Pisces in retibus capti an sint capientium?

SVMMARIVM.

1 Pisces in rete capti an sint capientium.

1 TRIGESIMOSECVNDO, quidã † piscator nassas labyrinthosq; suos in flumine tendit, deinde æmulum artis suæ deprehendit, qui casses euacuauerat, piscesque extraxerat, cuius erunt pisces? Resp. dominium piscium occupatoris esse, *l. in laqueum. ff. de acq. rerum dom.* dabitur tamen piscatori iniuriarum actio. *l. iniuriarum. §. si quis. ff. de iniurijs,* si tamen pisces ceperit in loco priuato, capiens tenebitur restituere. Alcia. *lib. 11. parerg. c. 2.*

QVÆSTIO. XXXIII.

Concessum mihi ius aquæ ducendæ ad piscariam, an sit seruitus realis?

SVMMARIVM

1 Ius aquæ ducendæ ad piscariam, an sit seruitus realis.

1 TRIGESIMOTERTIO quæro, † si concedatur mihi ius aquæ ducendæ ad piscariam meam, an sit seruitus realis? Resp. quod sic, quia debetur fundo meo. *l. pecoris. ff. de serv. præd. l. vt pomum. ff. de serv.* Veron. *tract. de serv. rust. præd. c. 42. nu. 5.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXXIV.

Lacu vendito an naues piscatoriæ quoque veniant?

SVMMARIA.

1 *Vendito lacu an veniant naues piscatoriæ.*
2 *Vendito fundo non veniunt pisces.*

TRIGESIMOQVARTO quæro, † an vendito lacu veniant etiam naues piscatoriæ? Resp. quod sic Bal. *l. 2. C. de verb. sign.* facit, *l. patronus. §. fi. ff. de legat. 3.* vbi legatus vsus balnei comprehendit omnia necessaria ad vsum eius, facit etiam *l. 2. ff. de iurisd. omn. iud.* item legato fundo ad vsumfructum, comprehendit etiam instrumenta ad fruendum necessaria. *l. item fundi. §. seminarios. ff. de vsufr.* vendito tamen fundo, in quo sunt † pisces in piscinis, illi pisces non sunt ædium neq; fundi, magis, quam pulli, aut cætera animalia, quæ in fundo sunt. *l. Iulianus. §. fi. & l. seq. ff. de act. empti.* 1 2

QVÆSTIO XXXV.

Volucres vtrum sint capientium?

SVMMARIA.

1 *Aues & volucres an sint capientium.*
2 *Aucupatio quomodo prohiberi possit.*

TRIGESIMOQVINTO quæro, † an aues, & volucres sint capientium? Resp. quod sic. §. *fera. Inst. de rer. diu.* Ibi, *fere igitur bestiæ & volucres, & pisces, id est, omnia animalia, quæ in mari, cœlo, & terra nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt. quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, nec interest quo ad feras bestias & volucres, vtrum in suo fundo quis capiat, an in alieno.* Plane qui alienum fundum ingreditur, venandi, aut aucupandi gratia, potest à Domino, si is præuiderit, † prohiberi, ne ingrediatur. Quicquid autem eorum ceperis, eousq; tuum esse intelligitur, donec tua custodia coercetur: Cum autem tuam euaserit custodiam, & in libertatem naturalem sese receperit, tuũ esse desinit, & rursus occupantis fit: Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cũ vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, vt difficilis sit eius persequutio. 1 2

QVÆSTIO XXXVI.

Apes an capientium sint?

SVMMARIVM.

1 *Apes an occupanti concedantur.*

TRIGE-

1 TRIGESIMOSEXTO quæro, † vtrũ apes sint capientium? Resp. quod sic. §. *apum, Instit. de rerum diuis.* ibi, *apum quoque fera natura est.* itaq; apes, quæ in arbore tua consederint, antequam à te alueo includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quam volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint, ideoq; si alius eas incluserit, is earum Dominus erit: Fauos quoque, si quos effecerint, eximere quilibet potest: plane integra re, si præuideris ingredientem fundum tuum, poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur: Examen quoque, quod ex alueo tuo euolauerit, eousque intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, nec difficilis persequutio eius est, alioqui occupantis fit.

QVÆSTIO XXXVII.

Columbæ an capi possint?

SVMMARIVM.

1 *Columbas capiens an teneatur restituere.*

1 TRIGESIMOSEPTIMO quæro, † an columbæ capi possint? Resp. quod non, quando abire, & redire solent, prout sunt domesticæ, quæ in columbarijs domibusque retineri solent: secus autem in syluestribus, facit §. *pauonum, Instit. de rerum diuis.* ibi, *(pauonum quoque, & columbarum fera natura est, nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine euolare, & reuolare soleant, nã & apes idem faciunt, quarũ constat feram esse naturam.)* In ijs autem animalibus, quæ ex consuetudine abire, & redire solent, talis regula comprobata est, vt eousq; tua esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant. nam si reuertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, & fiunt occupantium. reuertendi autem animum videntur desinere habere, cum reuertendi consuetudinem deseruerint. Ampli. quod dixi supra primo loco, quod si quis arte, & fraude columbas deducat ab alterius columbario, atq; ad proprium attrahat, tenebitur is ad columbarum restitutionem, etiam in animæ iudicio, critq; in foro iudiciali puniendus. Didac. *2. p. relect. c. peccatum. §. 8. nu. 14. vers. tertio, de reg. iur. in 6.* Franc. Marc. *decis. 530. nu. 18. vol. 1.* Guid. *decis. 217. nu. 2.* Veron. *in tract. de seruit. vrba. prad. cap. 77.*

QVÆSTIO XXXVIII.

Accipiens accipitrem cum fœtis, an restituere teneatur?

SVMMARIVM.

1 *Falconem accipiens cum fœtis, an teneatur restituere.*

TRIGE-

TRIGESIMOOCTAVO † quæro; quidam accepit accipitrē, vel falconem cum sonaleis in pedibus iniunctis, an teneatur restituere priori domino? Resp. quod sic. ita in puncto concludit Bar. *in tract. de falcone*, quem refert Veron. *in tract. de seru. iust. prad. cap. 21. num. 7.* 1

QVÆSTIO XXXIX.

Gallinæ & anseres an capi possint?

SVMMARIA.

1 *Anseres an capi possint.*
2 *Gallinæ an sint capientium.*
3 *Phasiani capi possunt.*

TRIGESIMONONO † quæro, an gallinæ, & anseres capi possint? Resp. quod non, si sunt domesticæ, secus autem si fuerint anseres syluestres, vel phasiani. de his † est text. apertus *§. gallinarum. Instit. de rer. diuis.* Ibi, *gallinarum autem, & anserum non est fera natura*, id quod ex eo possumus intelligere, quod aliæ sunt Gallinæ, quas feras vocamus, vt Phasianos. Item † alij sunt anseres, quos feros appellamus, ideoq; si anseres tui, aut gallinæ tuæ, scilicet domesticæ, aliquo modo turbati turbatæve euolauerint, licet conspectum tuum effugerint, quocunq; tamen loco sint, tui, tuæve esse intelligantur, & qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur. 1 2 3

QVÆSTIO XL.

Pauones vtrum capientium sint?

SVMMARIVM.

1 *Pauones an sint capientium.*

QVADRAGESIMO † quæro, an pauones sint occupantium? Resp. quod de hoc est text. expressus *§. pauonum, Inst. de rerum diuis.* Ibi, *pauonum quoq; & columbarum fera natura est, nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine euolare, & reuolare solent.* nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam: in ijs autem animalibus, quæ ex consuetudine ire, & redire solent, talis regula comprobata est, vt eousq; tua esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant, nam si reuertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, & fiunt occupantium: Reuertendi autem animum videntur desinere habere, cum reuertendi consuetudinem deseruerint. 1

QVÆSTIO XLI.

Venationis vtilitas quænam sit?

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas venationis quanta sit.*

1 QVADRAGESIMOPRIMO quæro, † quæ sit vtilitas venationis? Respon. quod est vtilis ad multa, & præcipue ad exercitium corporis. Vnde Plato *in lib. 6. de legib.* monet adolescentes alendis canibus, & reliquæ venationi operam dare, & *lib. 7. in fin.* dicit optimam esse quadrupedum venationem, quæ equis, canibus, corporis viribus agitur. nã quibuscunq; diuinæ curæ est fortitudo, ij quadrupedes omnes cursu, vulneribus, telisque, manu propria venando vincere debent, & paulo post, sacros hos venatores, vbicunq; venari velint, nemo prohibeat, & Cic. *lib. 1. Offi. suppeditant*, inquit, *& campus martius, & studia venandi honesta exercitia.* Diogenes Synopæus, teste Laertio, *in eius vita* pueros, quos instruendos habebat, ad venationem educabat. Heraclytus *in Politia Cretensium* scribit: docebat eum, qui pueris præerat, ex lege eos ad venandum educare debere. Lacedæmonij ex legibus Lycurgi, studia circa venationes per omne tempus agebant, nisi forte militiæ vacarent, teste Plutarcho *in vita ipsius Lycurgi.* Alexander ille Magnus post prandium sæpe diem venatu consumebat, vt docet Plutarch. *in vita ipsius*, Pelopedas Thebanus vir animi virtute, & corporis robore præcellens, primam militiæ suæ institutionem à venationis meditatione accepit, vt tradit idem author in vita illius. Philopœmenes Achærorum Dux insignis, quoties ab armis ocium nactus esset, venationi operam dabat, vt qui opinaretur rei militaris comitem esse, vt idem author est in vita ipsius. Pompeius Magnus, cum Numidiam victor peragraret, venationibus leonum, & elephantum aliquot diebus operam dedit. Plinius Secundus studijs animum, venatu corpus exercebat, vt ipse profitetur *lib. 5. Epistol. ad Apollinarem*, idem *lib. 1. ad Corn. Tac.* scribit, se crebro venationibus interesse, adijciens hæc verba: *mirum est, vt animus hac cogitatione, motuq; corporis excitetur. nam vndiq; syluæ, & solitudo, ipsumq; illud silentium, quod venationi datur, magna cogitationis inuitamenta sunt.* Traianus Imperator venationes frequentes cum amicis & familiaribus exercebat, vt tradit D. Cassius, & Hadrianus, illius in Imperio successor, venandi studio vsq; ad periculum tenebatur, teste Spartiano. Antonius Pius venando se multum oblectauit, vt scribit Iulius Capitolinus. Marcus quoque Antonius Philosophus venationi operam dedit, teste eodem Capitolino. Alexander Seuerus venatione se exercebat, teste Aelio Lampridio. Achilles apud Statium *lib. 2. Achilleidos*, venator dicitur.

——Quid nunc tibi prælia dicam.
Syluarum & vacuos sæuo iam murmure saltus.
Nunquam ille imbelles ossæa per auia lynces.
Sectari, aut timido passu me cuspide damas

Sterne-

Sternere, sed tristes turbare cubilibus vrsas,
Fulmineosq; sues, & sicubi maxima tigris.
Aut silvducta iugis fœta spelunca leana
Ipse sedens, &c.

Horatius autem *lib.1.Epist.18.* de venatione dicit:

——Pulmenta laboribus empta
Romanis solenne viris opus vtile famæ,
Vitaq; & membris.

Et Homerus *lib.5.Iliad.* Scamandrium laudat, tanquam bonum venatorem à Diana edoctum. Fuerunt præterea, qui habuerunt piscinas celebres, Sergius Ostrearum viuaria primus omniũ habuit. Licinius Murena reliquorum piscium viuaria primus instituit. Lucullus ad piscium receptacula montem excidit iuxta Neapolim. Varro scribit M. Catonem Vticensem, cum hęres testamento Luculli, seu Luculij esset, pisces de piscina eius quadraginta millibus vendidisse. murenarũ viuaria C. Hirtius excogitauit, qui cœnis triumphalibus Dictatoris Cæsaris, sex millia murenarum mutua appendit, & dedit in pondus. Vedius Pollio immanissimus, cum piscinas magno studio coleret, olebat seruos occidere, eosq; piscibus vorandos præbere, vt hominum cruore pasti delicatiores essent, curauit, & piscinas. Hortensius Orator murenam adeo dilexit, vt mortuã multos dies abstractus fleuerit. Antonia Drusi murenæ, quam diligebat, in aures, hoc est ornamentum ex aure dependens, addidit. Chassan. *tract. de gloria mundi, par.11. consid.51.*

QVÆSTIO XLII.

Venatio an sit nobile exercitium & ad eos pertineat?

SVMMARIA.

1 *Venatio an spectet ad Nobiles.*
2 *Nobilibus quando liceat venari, piscari, & aucupari.*

QVADRAGESIMOSECVNDO † quæro, vtrum venatio sit exercitium nobile? Respon. quod sic, imo est propria, ac peculiaris Regum & Principum, vt dixi præcedente quæstione. Vnde Virgil. *in 8. Æneid.* facit comitari canes Euandrum Regem nobilissimum, dicens: *Greſſumq; canes comitantur herilem.* Optimi enim Principes venationem exercent, vnde corpus robustius, & anima fortior efficitur, in qua bellica omnia exercentur, nam & in ea equitare & currere, & atroces feras excipere, & æstum frigusque perferre, sæpe famem pati necesse est. Cyrus, authore Xenophonte, suos non prius ad prandium siue cœnam

ire sinebat, quam sudassent: itaque in venationem educebat, qua sudor maxime euocatur, damnabat autem otium & desidiam perinde, ac rem pestiferam, & corporibus valde detrimentosam, non obst. *c. quorundam. 34. dist. c. qui venatoribus. & seq. 86. dist. & c. 1. & seq. de cler. venat.* vbi ars nequissima appellatur: nam resp. quod ibi loquitur de venatione oppressiua hominum, vel arenaria. Secundo resp. quod multa esse suapte natura & vtilia, & honesta, quæ ex tempore, etiam ex persona, sunt illicita, ideo clericis multa prohiberi, quæ cæteris sunt permissa: licet igitur clericis prohibeatur venatio, cæteris tamen permittitur, Dd. *dicit in loco.* & propterea, quod ibi dicitur, *venationis ars nequissima*, intelligitur quantum ad clericos, sed & illud intelligitur, si causa voluntatis id faciant, non si recreationis, vel salubritatis gratia: in casu tamen, quo licet nobilibus, intelligas dummmodo non sit nimium atq; immodicum venandi studium, cuiusmodi est pene omnibus nobilibus Gallia, qui ad insaniam vsq; eo studio tenentur, aliarum rerum & publicarum & priuatarum obliti. & Cic. *lib. 2. Offic.* prodigos eos vocat, qui venationum apparatu pecunias profundunt, & Paris de Put. *tract. de syndica. cap. 3.* incessit Principes, qui omnem operam, curamq; in venationibus reponunt, notaq; est fabula Actęonis, venationis omnium hominum studiosissimi, qui in ceruum mutatus, à suis canibus dilaniatus est, quod non ob aliud finxisse Poetas, nonnullis placet, quam
2 quod omnia bona sua in canes, & venationem insumpserat. † nobiles igitur possunt venationibus, piscationibus, & aucupio modeste operam dare, modo id fiat debito tempore citra agrorum alienorum populationem, neque in eis operam suam præstent, seu locent pro certa mercede. nam tunc inter seruilia officia connumerarentur. Tyraquell. *tract. de nobil. cap. 37. num. 149.*

QVÆSTIO XLIII.

Quinam scriptores de venatione, piscatione & aucupio proprie locuti sint?

SVMMARIVM.

1 *Scriptores, qui de venatione, piscatione, & aucupio loquuti sunt.*

1 QVADRAGESIMOTERTIO † quæro, qui scriptores de venatione, piscatione, & aucupio sint loquuti? Resp. inter quos scripsit Xenophon. Oppian. quoq; de eadem libros quinq; edidit, & Gratius librum vnum, de quo est illud Ouidij, Elegia vlt.

Tityrus antiquas. & erat, qui pasceret herbas,
Aptaq; venandi Gratius arma daret.

Et Cal-

Et Callistenes lib. tres, quem citat Plutarch. *lib. de fluuijs*, Sostratus lib. 2. quem citat Stobæus *in Serm. 62.* Marcus Aurel. Olympius Nemesianus, Poeta Bellisarius, Aquiuiuus, Aragoneus, Ioannes Aelius *de vocabulis venatoris*, Michael Angelus Blondus, Adrianus Cardinal. Petrus Angelius. Burgeus *lib. 6. de venatione* scripsit. Dornadilla Scotorum Rex scripsit *lib. de venatorijs legibus.* Officina Textoris *p. 2. vers. venatio, & vers. piscina.* Titus Ioannes Scandianensis *lib. 4. vernac. ling.* Plat. *lib. 6. de legib.* Chassan. *de gloria mundi. p. 11. consid. 49. & seq.* Tyraq. *tract. de nobil. c. 37. num. 143.* Didac. *2. p. relect. §. 8. per totum. c. peccatum, de reg. iur. in 6.* Dd. communiter *§. fert. Instit. de rer. diuis. l. 3. §. Nerua. ff. de acq. poss. §. nemo, de pace tenen. in vsib. feud. c. ius naturale. 1. dist. l. 1. & seq. ff. de acq. rer. dom. c. quorundam. 34. dist. 6. qui venatorib. & seq. 86. dist.* Veron. *tract. de feru. rust. præd. tit. de aucupatione, c. 21. & tit. de piscatione.* Guid. *decis. 218.* Guiliel. de Benedict. *c. Raynutius, vers. & vxorum nomine, nu. 334. & seq.* Dom. Soto *lib. 4. de iust. & iur. q. 6. art. 4.* Zoannet. *l. 2. nu. 146. & seq.* C. *de pact. inter empt. & vend.* Dd. communiter *c. 1. & seq. extr. de cler. ven.* Riminal. *consil. 35.* Natta *consil. 604. vol. 3.* Rolan. *consi. 9. vol. 2.* Summistæ omnes, *in vers. venatio.* dixi ego in summa peccat. *c. 2. par. 2. q. 31. tit. 7.* Boer. *in consuet. Burg. Rubr. 13. §. 7. q. 2. & seq.* Emanuel Soar. *in thesau. recept. sent. vers. venator.* Francisc. Viui. *in commun. opin. lib. 2. opin. 311. vers. venari.* Iacob. de S. Georg. *tract. de Iudæis, in verb. & cum venationibus.* Mandos. *tract. 2. de initionibus. quæst. 62.* Romul. *l. 1. ff. de acq. poss.* Rebuff. Luc. de Penna, & aiij, *l. vnic. C. de venatione ferarũ. l. 2.* Romul. *in comp. de venatione*, citato per ipsum *d. l. 1. ff. de acq. poss.* & Schurff. *cons. 1. cent. 3.*

& hæc dicta sufficiant pro complemento huius Tractatus de venatione, piscatione, & aucupio.

INDEX
RERVM AC VERBORVM HOC IN TRACTATV Dn. FRIDER. PRVCKMANNI CONTENTORVM.

Prior numerus numerum marginalem, posterior vero folium denotat.

A.

ABSVRDVM est, si promiscuis actibus rerum turbãtur officia, & alij creditũ alius subtrahat. 39.25

Actio & passio in vno eodemq; subiecto minime insunt simul, vnoq; respectu. 7.8

Actio iniuriarum, vt contra ingredientem, me inuito, fundum meum, locum inueniat, oportet, ingredientem à me prohiberi, prius quam intret: ceterum si prohibitio ingressum sequatur, cessat. 27.42

Aduocatus non opus habet vti falsis allegationibus ad probandum id, quod asinus bestia non sit, de quo aduocato habetur apud Mathesilanum. 15.9

Alberti Imperatoris apophthegma est, quod venatio sit virilis exercitatio, & saltationem esse muliebrem exercitationem. 41.12

Alexander Magnus insignis venator fuit. 39.12

Alimenta denegans, necare videtur. 3.45

Aliquid cum prohibetur, prohibentur omnia, quæ ex illo sequuntur. 21.22

Anima hominis quibuslibet rebus pretiosior. 64.30

Animal meum à lupis raptum, atq; suis canibus lupo abactum, tuum non fit, sed mihi restituendum est. 32.11

An, si in sylua mea alius venandi ius habeat, arbores complures simul, semelq; excindere possim. 43. & seq.

Appellatione glandis, cõtinentur omnes omnino fructus. 1.45

Arbores fundo, qui venationem debet, succidi possunt, si hinc non admodum lædatur ius venationis. 5.44

Arbores procera, quibus exstirpatis venatio fit deterior, succidi non debent. 1.43

Argumentum ab absurdo in iure fortissimum est. 24.22

Argumentum à contrario sensu in iure est potissimum. 42.26

Armorum vsus interdictus & quando. 20.21

Aucupes vilissimi semper habiti sunt. 4.19

B.

BArtolus I.C. dixit: ego de omnibus mentionem facio, vt q; eorum est, furari non arguar, & in eo, quod meum est, cognoscar. 46.26

Benignũ est, plenumq; ingenui pudoris, per quos profeceris, confiteri. 45.26

Bestia cicurata animum reuertendi deposuisse tunc iudicatur, cum viso domino aut familiaribus eiusdem, quibus assueuerat, eos fugit, vel quæ diu in sylua, non tamen aberrans, hæsit. 24.10. hæc an pristinæ sese laxitati recepit nec ne, iudicis erit arbitrium. 25.ibid. à Titio vulnerata, à Sempronio vero capta, sit Sempronij. 26.ibid. contrarium tamen de consuetudine obseruatur. fol.11.in princip. Bestia in rete, vel laqueari alicuius capta, ei cedit, qui à casse vel laqueari dissoluit. 30.11. bestiam alicuius esse, ex signis apparet. 33.ibid.

Bestia vt ex signis alicuius esse, æstimari possit, oportet signa non esse naturalia, sed talia, quæ hominis manum atq; operam deposcant. 36.12

Bestiæ in fundo meo. ante non sunt meæ, quam eas incluserim. 22.41

Bestiæ à Deo illi, cuius territorium est, datæ sunt. 15.21

Bestia appellatione, nisi aliud communi loquendi vsu introductum sit, fera tantum animalia veniunt. 14.9. bestiæ in sylua Principis eius sunt, sed tum demum, cum capiuntur, eius fiunt. 17.9

C.

CApricorni in Valesia cicurantur, vt domo exire redireq; soleant. 21.10

Casus omissus in dispositione iuris communis remanet. 2.2

Causa semper in principio præsumitur. 10.20. hæc non præsumitur, si aduersus ius gentium disponit. 11. ibid. hoc quando intelligendum. ibid.

Cerius cicuratus, qui in pascua ire redireq; solet, quamdiu reuertendi animum retinet, occupanti non cedit. 20.10. hunc vel aliud animal cicuratum capiens furtum committit. 23. ibid.

Cerius monili vel falco sonalcis argenteis ornati, occupari non debent, sed si caperentur, & penes capientem morerentur, capiens in factum actione teneretur. 34.12. Cerius monili ornatus, pristina laxitati sese recepisse videtur, si ex annorum numero monili insculpto appareat, multum iam effluxisse temporis, cum torques collo alligaretur, atq; tunc capienti certus cadet. 35.12

Charitas ordinata à seipsa incipit. 7.44

Clerici, quando reditus monasterij in venatione cõsistunt, venationem per alios exercere debent, non ipsi interesse. 79.32. Sublimitatio quæ. 80.ibid. hi quando proûctus monasterij in sola venatione positus est, laqueo & rete, non canibus & accipitribus venari debent. 83.33. recreationis & valetudinis causa tamen & cum modestia venari potest. 84. ibid. in dubio clericus venatum iisse præsumitur recreationis, non voluptatis causa. 85.ibid. venatui iure operam dat, si necessitate ad id compellitur, puta si feræ segetes vastarêt. 86.ibid. qui nihil aliud, quo vescatur, habet, vt carnibus ferarum satietur, iure venatum proficiscitur. 87.34. Clericus negotiator, ceu pestis vitandus est. 90.34. necessitate compulsus, negotiari potest. 91.ibid.

Clerici venari non debent. 72.31. Clericus ob venationes sæpe reiteratas ab officio suspenditur, si in maiori ordine fuit constitutus. 74.32. Clericus in minoribus ob venationes arbitrio iudicis punitur. 75.ibid. Clerici canes venatorios & accipitres alere nõ debent. 77.32. hi tunc venatui operam dare possunt, quando omnes monasterij redituꝰ in venatione consistunt. 78.32

Clericis vsus venandi est interdictus, & cur. 3.19

Commodatarius, cui res à iure subtracta erat, actione furti duplum vel quadruplum consecutus, domino rei rem tantum, non duplum aut quadruplum reddit: id enim suo discrimine percepit. 13.39

Commoditas cœlesti prouisione concessa, temporis momento vt pereat, ferendum non est. 4.35

Commodum pecuniarum proprium rusticorum & mercatorum; principibus autem & nobilibus res indignissima. 45.13

Communio parit discordiam. 25.22

Consuetudo contra ius gentium valet. 49.27

Contractus ex conuentione legem accipiunt. 2.45

D.

DAmnatus iniuriarũ, nisi per procuratorem litigauerit, sit infamis. 20.40

Delicta non præsumuntur, maxime in principe. 60.30

Detentio ab initio, accedente domini voluntate, conuertitur in possessionem præscriptioni sufficientem. 55.28

Doctori distinguenti potius adhibenda fides, quã indistinctim aliquid perferentibus. 14.39

Dominus ingredienti se inuito fundum etiam venandi gratia, armata manu resistere potest. 28.42

Duo in vna eademq; sylua simul ius venandi habere possunt. 67.31

E.

EA, quæ notabiliter fieri debent, nisi expresse ponuntur, consulto quasi omissa videntur. 4.3

Effectus absq; causa esse nequit. 10.8

Episcopus, etiamsi reditus monasterij in venatione consistunt, minime tamen venatum ire debet. 81.33. huius contrarium quodnam. 82.ibid.

Exitus acta probat, finis, non pugna coronat. 18.40.

Expressum non id tantum dicitur, quod verbis expressum est, sed & id, quod ex mente legis seu verborum eiusdem infertur, atq; colligitur. 6.3

F.

FActum legitime pœnam non meretur. 21.41

Ex facto, cui lex resistit, lucri quid sperandum non est. 4.37

Feræ, pisces maris & volucres, quæ antea nullius sunt, fiunt demũ capientis 26.9. Hæ vinarijs inclusæ, vti aues in cauea, pisces in piscina sunt includentis, & capientis non fiunt. 18.10. & hæ prius vinarijs inclusæ, inde elapsæ, pristineq; laxitati restitutæ, cedunt occupanti. 19.10

Fundi appellatione totus etiam populus continetur. 8.7

G.

Genus à quo remouetur, quælibet remouetur species. 10.15

Glandis legendæ ius in sylua, quæ venationem debet, cuius sit, an eius, qui venationis iura possidet, an domini, cuius sylua est propria. 45. & seq.

Glandes si quæ vltra alimoniam ferarũ exstant, domini fundi erunt. 4.46.

quod de glande dictum est, id de castaneis, auellanis, reliquisq; syluestribus fructibus quoque intelligi debet. 2.43

Glandes fundi venatorij, in dubio venatori pro ferarum pascuis adiudicandæ sunt. 3.45

H.

HEnricus I. Imperator, aucupis cognomen ex venationis studio inuenit. 42.12

Heroes alij venatores, & qui. 40.12

Hoc non probat esse, quod ab hoc contingit abesse. 37.12

Homines inferioris sortis decet maioribus honorem & reuerentiam exhibere. 32.24

Homo ad Dei imaginem conditus est. 59.29

I.

ID, quod minus ineſſe videtur, si inest, multo magis id, quod magis est, inerit. 5.3

Ingrediens fundum alienum domino inuito, quicquid ibi capit, nihilominus suum facit ex communi opinione. 2. 37. *eius contrarium quodnam.* 3. *ibid. hic committit in legem.* 4. *ibid.*

Ingrediens fundum alienum domino inuito, iniuriarum tenetur. 26.42

Initium quando est illicitum; finis vero licitus, finem spectamus, & non principium. 17.40

Intellectus ad l. iniuriarum. §. pen. ff. de iniur. *q.* 12.20

Intellectus l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi pub. *q.* 22. *fol.* 22

Intellectus ad gl. l. naturalem. §. illud. ff. de acquir. rer. dom. *q.* 27.11

Intellectus l. si fundum. & l. certum. C. de rei vendicat. *q.* 19.40

Intellectus ad can. 1. dist. 34. *q.* 82.33

Intellectus ad can. qui venatoribus. dist. 8. *q.* 3.19

Intellectus ad dictum sacræ scripturæ, quod habet; dominamini piscibus maris, &c. *q.* 47.27

Iudex si partes ad rixam & arma propendere animaduerterit, vtrique recte rei litigiosæ possessione interdici, at possessionis sequestrum se facit. 27. 23

Ius reale seu prædiale est, quod à re rei pro vsu & vtilitate vicini prædij debetur. 4. 7. *hocq; consistere nequit, nisi in duobus prædijs, quorum alterum dominans, alterum seruiens erit, & horum confusione extinguitur.* 6. *ibid.*

Ius seruitutis deterius effici non debet. 2.43

L.

LEgis ratio vbi cessat, ipsa quoq; lex cessat. 16.39

Legis verba vbi deficiunt, ipsa quoq; dispositio deficit. 1.2

Lepus vel cuniculus alicuius ædes ingressus, si dum dominus ædium eos includere cupit, elabuntur, & à ter-

tio includuntur, fiunt includentis. 31.11
Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, vt personas quoq; in dignitate constitutas complectatur. 70.31
Lex ingredi venandi causa fundum alterius vetans, ingressum tantum vitiat, non venationem post ingressum secutam. 9.38
Loca publica eius sunt, cuius est territorium. 38.25
Lex quæ non dicit, nec nobis dicenda. 3.2. hæc magis dubium decidens; minus dubium decisum vere, ambigi non oportet. 7.4

M.

MAioris est imperare, minoris vero obsequi. 32.24
Mala vel bona fides in personalibus actionum præscriptione non attenditur, sed solummodo scientia & negligentia eius aduersus quem præscribitur. 57.29
Mandatum absque clausula in Camera Imperiali ne decidantur arbores propter venationis deteriorationem cõceditur. 3.43
Maximilianus I. Imperator aliquoties, dum venaretur, in vita discrimen adductus est. 43.12. & seq.
Metus durat, quam diu durat causa metus & violentia. 50.27
Metus non durat, quando stat per eum, ad quem pertinet, quorum causa metus auferatur. 53.28
Monachi venari non debent. 72.31
Monitio trina præcedere debet, antequam clericus venator puniatur. 76.32
Moschi pugnant cum bestijs iussu sui tyranni, etiam hodie. 9.14. & seq.

N.

NAtura hominis gratia omnia edidit. 65.31
Necessitas aliàs illicita, facit licita. 88.33
Negotiatio omnis clericis probro est, & interdicta. 89.34
Nemini res sua seruit. 8.8
Nemo iure suo vtens, alium iniuria afficit. 60.30
Nemo sine actione experitur. 30.24
Nimrod coram Domino fuit robustus venator. 2.14

O.

OBligatio est actionis mater. 31.24
Occultator laudis alienæ furi recte æquiparatur. 44.26
Occupata in fundo alieno, domino inuito, occupantis non fiunt. 12.38
Opinio, quam adiuuat consuetudo, reliquis omnibus præferenda. 8.4

P.

POena corporis afflictiua minima, maior est quacunque pecuniaria, etiam maxima. 58.29
Pœna delicto commensurari debet. 7.37
Pelopidas ex venatione rerum bellicarum administrationem excogitauit. 47.13
Personalia cum personis extinguuntur. 3.6

Pisces nutris, qui antea nullius sunt, fiunt demum capientis. 16.9

Pisces in piscina inclusi, sunt includentis, & capientis non fiunt. 18.10. si vero inde euadunt, & pristinæ laxitati restituuntur. 19.ibid.

Possessor malæ fidei rem vna cum fructibus restituere debet. 6.31

Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit. 52.28

Præscriptio sine possessione non procedit. 51.28

Primordio tituli euentus posterior formatur. 5.37

Princeps arcem suam mercatori, vel alij cuipiam vendens, ratione arcis venditæ, minime venandi ius in eũ transfert. 10.8

Princeps deterioris conditionis esse non debet, quam priuatus. 39.25. & ex causa dominium rei suæ alicui auferre potest. 40.ibid.

Princeps facilius consequitur ius prohibendi venationem, si proclamatis suis mulctam pecuniariam, non vero vltimi supplicij infererit. 59.29

Princeps per proclamata publica venari vetans, acquirit quasi possessionem iuris prohibendi, si subditi istis proclamatis acquieuerint. 13.21. principi à talibus proclamatis cauendum secundum Rolandum à Valle. 14. ibid.

Princeps non acquirit ius prohibendi venationem, si proclamatis eius subditi contraduxerint, & ad superiorem appellauerint. 62.30. contrafacientem proclamatis illis venatorijs pœna sanguinis affici non debet, commi-

nari tamen eam potest. 62.30

Princeps rei suæ legem, quam vult, dicere potest. 16.21

Princeps aliqua vel vidua nobilis vsufructuaria relicta, venationis exercitium si alicuius alias vsusfructus est, vtilitatis non habet. 70.31

Principes vltra hominum memoriam de feudis suis regalibus vna cum venationibus inuestiuntur. 34.24

Principes subditis suis, maxime ignobilibus venatione interdicere possunt. 7.19. opinio contraria quæ. 8.20. declaratio posterioris opinionis quæ. 9. ibid.

Principes venatu multum delectantur. 38.12

Priuatio habitum præsupponit. 23. 41

Priuationis pœna locum non habet, nisi in casibus in iure expressis. 10.38

Priuatio habitum præsupponit. 29.23

Prohibitio priuati translationem dominij non impedit. 8.38

Prohibitus per iudicem fundum alterius ingredi, quæ ibi ceperat, sua nõ facit, sed domino restituenda sunt. 25.41

Prohibitus per iudicem, ne fundum alienum ingrediatur, venandi gratia prædam ibi captam suam non facit, sed domino fundi restituere tenetur. 43.26

Proprietas absque vtilitate penes dominum relinqui non debet. 6.44

Pugnantes cum bestijs sunt de iure infames. 6.14. qui virtutis causa, non quæstus grãtia cum bestijs in arena pugnant, infames non sunt. 7. ibid.

Q.

Qui Principi resistit, Dei ordinationi resistit. 66.31

Quisq; rei suæ moderator est, & arbiter. 16.21

Quod non licet in parte, multo minus in toto licebit. 4.44

R.

Reditus fundi an in venatione consistunt. 14.39

Regulæ standum, donec de exceptione doceatur. 12.38

Reipublicæ interest agros coli, & vberiores effici. 17.21

Reipublicæ interest, subditos quietè viuere. 26.23

Reipublicæ interest frumentum & annonam conseruari. 3.35

Res nullius, fiunt occupantis. 11.38

Res nullius cedunt occupanti. 16.9

Res propria alicuius illi seruire non potest. 8.8

Restitutio est in pristinum statum repositio. 24.41

S.

Scientia rei alienæ præscriptioni non officit, si verisimilibus rationibus persuasus, putarim eam à me, volente & patiente domino possideri. 56.29

Scienti & consentienti non fit iniuria, nec dolus & metus. 54.28

Sententia Scabinorum Lipsensium post Speculum Saxonicum, rubrica, von Peen der Wilderban beschediger/ *longe iniustissima.* 63.30

à Separatis non fit illatio. 15.39

Subditi tenentur mandatis suorum superiorum, quæ honestati non repugnant, obtemperare. 32.24

Subditos concordiam alere Reipublicæ interest. 26.23

Syluia apud Virgilium iustam quæritandi causam habuit, ceruo eius domato ab Ascanio sagitta confixo. 22.10

V.

Venatio an Regalibus connumeranda. fol.1.

Venatio tum de iure vsufructuario competit, si omnes fundi reditus in venatione consistunt, & vsus fructus absq; venatione plane esset mutilus. 69.31

Venatio cum persona cuiusque, qui venandi ius habet, extinguitur, sed hæredi defuncti noua inuestitura redintegratur, eiq; nouum venandi ius acquiritur. 13.9

Venationem plebeij nobilibus & alijs, quos decet, relinquant intactam. 37.25

Venatio consistit in nuda spe, & vt venator fallatur, multa occurrere possunt. 41.26. *hæc leonum & similium bestiarum iure codicis tantum sine calumnia exercebatur; non vero reliquarum ferarum.* 42.26. *est iuris gentium.* 48.27. *nostris moribus iurisgentium amplius non est.* 49.27

Venatio quando permissa est. 35. *diebus festis fieri non debet, ieiuniorum temporibus.* 1.35. *si in diebus festis, vt fames restinguatur & sopiatur, fiat, licita.* 2.ibid. *diebus honori diuino cultuiq; dictis permissa, si, vt à ferarum deuastatione agri conseruentur, fiat.* 3.ibid. *vbi permissa.* 37.

Venatio non solum in fundo proprio, sed & in alieno permittitur. 1.37
Venatio si omnibus indiscretim permissa, omnes venatores efficerentur, agricultura desereretur. 17.21. *hæc sine armis expediri non potest.* 19. *ibid.*
Venationis facultas omnibus si esset, breui omne genus bestiarum periret, quod est absurdum. 23.22. *hæc omnibus si indifferenter liceret, lata senestræ iurgys, cadibus & latrocinijs aperirentur.* 25.22
Venatio non est in fructu. 68.31
Venatio actus mere facultatis nullam possessionem causans, nullam obligationem & actionem. 28.23. *huius interdicto nulla subditi iniuria molestantur.* *ibid.*
Venatio Principibus & nobilibus permittitur, & cur. 1.19. *est ars nequissima.* 2.*ibid.*
Venatio est species quasi militiæ, strepitus armorum meditatio. 46.13. *& est palæstra quasi verissima. ibidem. quotuplex.* 1.14. *oppressiua quæ.* 2. *ibid. adulatoria quæ.* 3.*ibid.* *Arenaria quid.* 4. *ibid. huius conspectus matronis ob crudelitatem eiusdem olim fuit interdictus. ibid. nec ea hominum ingenuorum erat.* 5.14. *Saltuosa quæ, & quomodo diuiditur.* 11. 15. *Venatio saltuosa, quæ fit absq; canibus, qualis.* 12.*ibid.*
Venatio immodica non laudatur. 44. 13. *est typus veræ militiæ, & rerum bellicarum.* 46.*ibid.*
Venatio animum acuit, & corpus robustius effomat. 48.*ibid.*
Venationis interdictum honestati non repugnat. 33.24
Venatio est ius personale, & hodie solis Principibus & nobilibus conceditur. 1. 6. *transmittitur que ad hæredes.* 3. *ibid. hæc plerunq; illi debetur, cuius est territorium.* 6.7. *quibus permissa est.* 1.19
Venatio albo regaliorum non insculpenda. 1.2. *Eius definitio quæ.* 1.6. *hæc est ius reale.* 2.6. *debeturq; personæ re.* 4.7
Venatio est fructus iurisdictionis secundum Zoanettum, qui similiter redargnitur. 9.8. *hæc in generali concessione seu alienatione non comprehenditur, cum sit ius regale, sed speciliter concedatur, oportet.* 11.8. *est ius personale, mere & simpliciter.* 12.9
Venator, quod in fundo alieno cõtra prohibitionem domini ceperat, domino restituit, si fructus omnis vtilitasque fundi in venatione consistit; alias secus secundum aliquos, quorum opinio non placet. 14.39. *hic ideo prohibetur, domino inuito, fundum eius ingredi, quod dominus incertus est, an venator venerit possessionis adipiscendæ animo; an vero feras insectandi.* 16.*ibid.*
Venatori, qui bestiam vulnerauerat, quamdiu eam persequitur, ea eripi iure non potest. 28.11. *item, si canes eius bestiam vulneratam insectentur.* 29.*ibid.*
Venatores à muneribus necessarijs non sunt immunes. 5.19. *viliissimi semper habentur.* 4.*ibid. à grauioribus muneribus*

neribus, eo quod commeatui prodesſent, immunes habentur. 6.ibid.
Venator occidens beſtiam patriæ nociuam extra arenam, pactus de præmio, infamiam metuere non debet. 8.14
Venator quidquid in fundo alterius, eo nolente, ceperat, id ſuum non facit, hoc ita diſponente conſuetudine. 29. 42. qui fundum alterius contra eius voluntatem ingreditur ab eo capi & detineri nequit. 30.ibid.
Venatori, quibus poteſt modis, venationem adiuuare fas eſt. 8.44
Volucres, qui antea nullius ſunt, fiunt demum occupantis. 16.9. aues in cauea ſeu ornithone incluſi, ſunt includentis, & capientis non fiunt. 18.10. ſi vero inde elabuntur, & priſtina laxitati reſtituuntur, cedunt occupanti. 19.ibid.
Vſufructuarius alicuius fundi, ius venandi non habet. 68.31
Vſufructu alicuius fundi cum pertinentijs relicto, venit & venatio. 71.31
Vſusfructus pro ſe & haeredibus conſtitui poteſt, qui nouus in perſona haeredis exoritur. 13.9
Vſura prohibita etiam ex eo capite, ne omnes pecuniam fœnori dantes, parum annonæ perſpicerent. 18.21
Vſus venationis omnibus conceſſus eſt maximum fomentum cædium & latrociniorum. 25.22
Vtens iure ſuo, neminem iniuria afficit. 61.30
Vtilitas magnæ neceſſitati æquiparatur. 3.35

FINIS.

INDEX
RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM, QVÆ IN HOC TRACTATV SEBASTIANI MEDICES I.C. CELEBERRIMI de Venatione, Piscatione, & Aucupio continentur.

Prior numerus numerum marginalem, alter paginam denotat.

A.

ACTIO, *quæ competit contra deteriorantem venationem.* 1.88
Actio confessoria in rem quando competat pro venatione deteriorata. 2.88
Actio doli quando competat pro venatione. 2.88
Actio, quæ competat contra prohibentem venationem, cum non possit. 1.90
Actione iniuriarum conueniri potest ingrediens fundum alienum venandi causa inuito Domino. 3.61
Adulatio triplex. 7.56
Adulatoria venatio prohibetur clericis. 15.69
Adulatoria venatio qualiter prohibeatur. 6.56
Animalia sunt homini subiecta naturaliter. 4.54
Animalia quæ abire, & redire solent, quando capientium fiant. 24.50
Animalium tria genera. 26.51
Anseres an capi possint. 1.105
Appellatione auium quid contineatur. 29.51
Apes quomodo, & quando capi possint. 20.50
Apes quando fiant capientium. 7.64
Apes an occupanti concedantur. 1.103. *& seq.*
Apostoli fuere piscatores. 10.69
Aquatilia animalia quæ dicantur. 32.51
Arenaria venatio non conceditur. 8.56
Arenaria venatio prohibita clericis. 16. 70
Armis an uti possint venatores? 1.73
Aucta aqua an augeatur ius piscandi. 1. 100
Aucto populo, an augeri debeat ius portandi pisces. 1.101
Aucupium quibus modis fiat. 36.51
Aucupatio quomodo prohiberi possit. 2. 103
Auium tria sunt genera. 4.63
Aues & volucres an sint capientium. 1. 103
Aues in rete capti, cuius sint. 3.95
Aues prohibentur capi cum sclopo, seu arcubusio. 4.72
Auibus legatis, quæ animalia veniant. 30.51

B.

BESTIA *aliena reperta in prato suo, quando retineri possit.* 3.81

Bestiæ,

Bestiæ, volucres, & pisces capientium sunt. 1.48
Bestiæ nociuæ quo tempore possint retineri in ciuitate. 2.93
Bestiæ appellatione quid veniat. 17.50

C.

CApta in viuarijs quando sint restituenda. 19.68
Capta extra viuaria, quando sit restituenda. 21.68
Capta in venatione cum certis instrumentis prohibitis, an sint restituenda. 14.66
Caro ferina luxuriam fouet. 5.69
Casam ponere licet vnicuique in littore maris. 5.96
Cautela pro venatione. 2.99
Cerui quando fiant capientium. 9.65
Cerui, quomodo capi possint. 23.50
Cerui capti quando capientium fiant. 1.92
Clamosa venatio quando permissa clericis. 17.70
Clericus in minoribus constitutus, venando, qua pœna puniatur. 9.71
Clerici venantes venatione oppressiua, vt homicidæ puniuntur. 2.71
Clerici venantes venatione arenaria quando efficiantur infames. 3.71
Clerici non possunt alere canes. 2.69
Clerici an teneantur restituere, quod ceperint in venatione. 12.66
Clerici pugnare non possunt. 10.49
Clericis quomodo & quando venari liceat. 18.70
Clericis an sit prohibita venatio. 1.69
Columbæ non possunt capi. 2.68
Columbas capiens an teneatur restituere. 1.104
Columbarium quando construi non possit. 5.63
Communes in quibus aquis sunt piscationes. 1.101
Communia, etiam iure naturæ, possunt per Principem vni applicari. 9.60
Conductor piscationis non potest euacuare piscinam. 1.101
Consuetudo est maioris efficaciæ, quam præscriptio. 6.86
Consuetudo prohibens venationem, an valeat. 1.89
Consuetudo an faciat venationem illicitam de iure esse licitam. 2.89

D.

DAmnum datum resarciendum est à venatoribus. 1.78
Damna data ob prohibitionem venationis sunt resarcienda. 8.60
Damnare in ludum venatorium quid sit. 2.91
Decima Ecclesiæ an sit soluenda ex venationibus & piscationibus. 1.79
Definitio est initium cuiuslibet tractatus. 42.52
Deus creauit omnia in hominum vsum. 3.54
Diaconus, & Subdiaconus venantes, an puniendi. 6.71
Die festo quando venari liceat. 4.73
Domino inuito, si quis ceperit feras, non tenetur restituere. 2.62
Dominium ferarum non habet dominus fundi. 2.63

Donare aliquid venatoribus an sit licitum. 1.79

É.

Episcopus venator qua pœna puniatur. 4.71
Exceptio data contra aliquem, quod sit venator, de qua venatione intelligatur. 1.80
Excrcens venationem prohibitam, an peccet. 8.58
Expensas an contribuere teneatur piscator partem aquæ habens cum molendino. 1.79

F.

Facultas venandi transmittitur ad hæredes. 3.87
Falconem accipiens cum fœtis, an teneatur restituere. 1.104
Fauos mellis, qui eximere possit. 21.50
Fera accidentaliter mansueta, an fiat occupantis. 28.51
Fera vulnerata an sit capientis. 6.64
Fera fugata à canibus cuius sit. 1.93
Feræ prægnantes non possunt venari. 2.73
Feræ, volucres, & pisces, sunt non solum pro ornamento vniuersi, sed pro vtilitate hominum. 3.72
Feræ, volucres, & pisces sunt communes. 6.60
Feræ, pisces, & volucres sunt pro ornamento vniuersi, atq; pro vtilitate hominum. 2.72
Feræ prohibentur capi cum instrumento Zona. 3.72
Feræ vastãtes agros expelli possunt quocunque tempore. 13.57
Ferarum appellatione quid contineatur. 19.50
Feudatarius an possit prohibere venationem. 5.89
Flumen quid sit, & quando in eo piscari possit. 8.49
Foresta, Nemus, & Sylua in quo differant. 16.49
Fossata an fieri possint pro venatione. 1.74
Fructus venationis an sit fructus industrialis? 1.75
Fructus venationis an computentur in sortem. 2.92
Furtum quando dicatur committi in venatione. 1.89

G.

Gabella quando soluatur de his quæ venatione capta sunt. 3.81
Gallinæ non sunt capientium. 10.65
Gallinæ an sint capientium. 2.105
Gallinarum fera natura non est, ideo capi non possunt. 25.50
Generaliora præponi debent. 4.48

H.

Homicidium inuoluntarium, quando non puniatur. 2.90
Homo in statu innocentiæ dominabatur cunctis rebus, exceptis angelis. 7.55
in Homine quatuor considerantur. 8.55
Homo in statu innocentiæ ad quid indigeret animantibus. 9.55

I.

Actus retis an vendi possit. 1.78
Imperfectiora cedunt in vsum perfectiorum. 5.54
Inferiora per superiora gubernantur. 6.54
Iniuria fit Domino prohibenti venari in loco suo. 15.66
Interpretatio fieri debet in meliorem partem. 2.80
Interesse an dari possit venationis, piscaturæ & aucupij. 1.77
Inuocatio diuini nominis, quid operetur. 3.48
Iurisdictio quomodo cohæreat personæ. 6.87
Ius aquæ ducendæ ad piscariam, an sit seruitus realis. 1.102
Ius gentium permittit venationem. 2. 56
Ius ciuile non prohibet venationem. 3. 56
Ius Canonicum quando prohibeat venationem. 4.54
Iura affirmatiua, quando præscribi non possint. 4.84
Iura negatiua an possint præscribi. 2.83

L.

Lacus quid sit, & quomodo in eo possit piscari. 9.49
Laici venantes in die festo, an teneantur restituere. 13.66
Laquei quibus tendantur. 1.74
Lege humana facta est distinctio rerum. 10.60
Lege naturæ permissum, potest per legem humanam prohiberi. 11.61
Lege naturæ prohibitum non potest humana lege concedi, &c. 12.61
Leones mansueti an possint occidi. 1. 93
Lupam prægnantem capiens an habeat vnum præmium, an plura. 1.92

M.

Mare quid sit, & an in eo piscari possit. 7.49
Mobilia, an immobilia bona dicantur esse fera, pisces, & volucres. 1.76
Monachi non possunt retinere canes venaticos in eorum monasterijs. 16. 57

N.

Natura omnia hominū causa comparauit. 41.52
Naturali ratione, quod nullius est, occupanti conceditur. 2.48
Negotiatores an dicantur piscatores. 1. 102
Nobilibus quando liceat venari, piscari, & aucupari. 7.107

O.

Occidere an liceat quæcunque viuentia. 38.52
Occidens aliquam personam in venatione, an teneatur de homicidio. 1.90
Oppressiua venatio prohibita. 5.56
Oppressiua venatio prohibita clericis. 14.70
Ordo naturæ est, vt imperfectiora sint propter perfectiora. 39.52

Pano-

P.

Pauones an sint occupantium. 1.105
Pauones an fiant capientium. 8. 64
Pauonum fera natura dicitur, & qualiter capiantur. 12.50
Pecudum appellatione quid veniat. 18. 50
Persona qualitas inspicitur in venatione. 3.58
Phasiani capi possunt. 3.105
ex Persona pensatur qualitas delicti, & pœnæ. 8.71
Pisces quando capientium fiant. 33.51
Pisces prohibentur capi esca. 5.72
Pisces capti fiunt capientium. 4.96
Pisces in rete capti quando sint tendentis, an accipientis. 2.95
Pisces egressi inundatione è stagno meo, quando eos vendicare possim. 2.100
Pisces in rete capti an sint capientium. 1.102
Piscari non licet in loco, vbi conuentum fuerit. 9.96
Piscari non licet in loco prohibito per Principem. 10.96
Piscari non potest, vbi consuetudo resistit. 11.96
Piscari non potest in loco præscripto. 12. 96
Piscatio quando reddatur illicita. 13. 96
Piscari quilibet potest in flumine publico. 6.96
Piscari non licet in flumine priuato. 7. 96
Piscari licitum est vnicuiq; in mari, & in littore maris. 2.96
Piscari non potest prohiberi priuata authoritate. 3.96
Piscari an possit in fundo alieno. 1.98
Piscatio quando sit licita. 1.96
Piscatio priuata non potest turbari. 8. 96
Piscatio fit sine clamore. 3.69
Piscatio quibus modis fiat. 37.51
Piscatores an possint accendere lumen in littore maris. 1.74
Piscatores accendentes lumen in littore maris quæ pœna puniantur. 2. 74
Piscandi genus duplex. 1.78
Piscina quid sit. 4.99
Piscinæ pisces non possunt capi inuito domino. 14.49
Plantæ sunt propter animalia, animalia autem propter hominem. 40.52
Possessio, vel quasi an contineatur piscando. 1.99
Possideri an dicantur pisces. 1.99
Pœna afflictiua corporis, quando infligenda in prohibitione venationis. 7. 60
Pœna maior imponitur maiori. 7.71
Pœna clerici ratione venationis prohibitæ. 1.71
Præmissa quid operentur. 5.48
Præscriptio habet vim contractus. 5. 85
Præscriptione, an quæri possit ius venandi, piscandi, & aucupandi. 1.83
Presbyter venator quomodo puniatur. 5.71
Principes tenẽtur resarcire damna, quæ proueniunt ex causa prohibitæ venationis. 2.78
Princeps concedere potest alicui, vt ipsi soli

soli liceat in certa parte maris piscari. 1.100
Princeps potest loca communia proprio vsui dicare. 4.60
Princeps inferior non potest prohibere venationem. 3.60
Priuilegio Principis an acquiratur ius venandi. 1.82
Prohibens venationem quando peccet. 7.58
Prohibita venatione, an restitui debeat, quod capitur in ea. 11.65

R.

RAtio triplex, quare Princeps venationem prohibere possit. 2.59
Reditus venationis, piscationis, & aucupij an sint de regalibus. 2.81
Reditus bonorum consistentes in venatione, faciunt, vt etiam clericis venari liceat. 15.57
Regalia an dicantur venatio, piscatio, & aucupium? 1.81
Remunerationis causa an possit concedi ius venandi. 2.82
Resistere manu poterit Dominus prohibens venatorem ingredi fundum, si alias non prodest. 2.81
Restitui an debeat, quicquid in venatione captum fuerit. 1.63
Rete illaqueata fera si capiatur, an sit capientis. 1.95
Retia quibus tendantur. 3.74
Retineri an possit venator per Dominum prohibentem ingredi fundum suum. 1.81

S.

SAltuosa venatio quando concessa, & quando prohibita. 11.57
Sanctum venatorem non inuenimus. 9.69
Scriptores, qui de venatione, piscatione, & aucupio loquuti sunt. 1.108
Serui an pœna afficiantur, qui in ludum venatorium damnantur. 1.91
Serui an peccent venantes iussu Domini venatione prohibita. 1.91
Seruitus realis an personalis sit ius venandi. 1.87
Seruitus personalis extinguitur cũ persona. 2.87
Seruitutes quæ præscribi possint. 3.84
Stagnum quid sit, & quando in eo piscari possit. 10.49
Stagna quæ sint. 3.99
Surripiens quem de ore lupi, gallinam de ore vulpis, vel auem de ore falconis, an quod accepit, sit accipientis? 1.94

T.

TAurorum torneamenta prohibita. 9.56
Tempus venandi est considerandum. 4.58
Tempore Quadragesimæ an sit concessa venatio. 12.57
Tempore ieiunij quando liceat venari. 3.73
Terra non fert animalia. 3.63
Torrens quid sit, & an liceat piscari in eo. 11.49
Torrens vnde dicatur. 12.49

V.

VAllis aquosa quid sit, & an ibi possit piscari. 13.49

Venari an posſit in via publica. 1. 91
Venari non poteſt in loco alterius contra voluntatem Domini. 6.58
Venari num liceat in alieno fundo? 1. 61
Venari eſt magis luxuriæ, quam rationis. 11.69
Venatio magis adfert delectationem, quam piſcatio. 4.69
Venatio quieta quibus permittatur. 14. 57
Venatio quid ſit, & quid piſcatio, & aucupium. 1.53
Venatio multiplex, & quæ ſit oppreſſiua. 2.53
Venatio adulatoria quæ ſit. 3.53
Venatio arenaria quæ dicatur. 4. 53
Venatio ſaltuoſa quæ ſit. 5.53
Venatio quo iure ſit introducta. 1. 54
Venatio eſt iurisgentium. 2.54
Venatio infert damnum agris alienis. 12.69
Venatio rixam parit. 13.69
Venatio quibus ex cauſis reddatur illicita. 1.58
Venatio inferens damnum proximo, eſt illicita. 2.58
Venatio, piſcatio & aucupium an poſſint prohiberi, ne exerceantur aliquibus certis inſtrumentis? 1. 72
Venatio eſt proximior crudelitati. 6. 69
Venatio ſit cum maiori periculo, quam piſcatio. 7.69
Venatio eſt minus decora, quam piſcatio. 8.69
Venatio vbi fiat regulariter. 15. 49
Venatio in vtilitatem hominis. 4. 87
Venatio eſt ſeruitus iurisdictionalis. 5. 87
Venatio an prohiberi poſſit per Principem. 1.59
Venatio facta in loco præſcripto an compellat reſtituere. 16.67
Venatio facta in loco priuilegiato, an reſtituere faciat. 17.67
Venatio facta in loco muro circumſepto obligatur ad reſtitutionem. 18. 67
Venatio an ſit licita. 1.56
Venatio an prohiberi poſſit, certo tempore. 1.73
Venatio an ſpectet ad Nobiles. 1. 107
Venatio in genere ſumpta quot habeat ſpecies. 34.51
Venator ingreſſus fundum alienum, Domino non prohibente, an poſſit poſtea expelli. 1.80
Vendito fundo an dicantur venditi piſces exiſtentes in eo. 2.76
Vendito lacu an veniant naues piſcatoriæ. 1.103
Vendito fundo non veniunt piſces. 2. 103
Viuaria quæ dicantur. 2.99
Volucres quæ dicantur. 31.51
Vſuram an committat, qui venatur in agro pignori dato. 1.92
Vſufructuarius an habeat reditum ve-

nationis, piscationis, & aucupij. 1. 75
Vsufructuarius potest prohibere venationem. 2. 75
Vsufructuarius potest vendere ius venandi. 3. 75
Vsufructuarius non est Dominus ferarum. 4. 75
Vtilitas venationis quanta sit. 1. 105
Vulnerata fera an sit vulnerantis, an vero capientis. 1. 93

FINIS.

TRACTA-

TRACTATVS

DN. GEORGII MOR DE NIGROMONTE BRIGANTINI I. V. D. DE IVRE VENANDI, AVCVPANDI, & Piscandi.

PARS PRIMA.

CAPVT I.

Generalia & quædam specialia traduntur de Venat. & Piscat.

SVMMARIA.

1 *Iuris venandi, aucupandi & piscandi materia lucrosa, pulchra & subtilis est.*
2 *Iura venandi, aucupandi & piscandi inter Principes, Comites, Barones & nobiles valde sunt controuersa.*
3 *Inuocatio diuini nominis quid operetur.*
4 *Venationum plures sunt species.*
5 *Venatio oppressiua hominum quæ sit.*
6 *Venatio arenaria quæ dicatur.*
7 *Venatio adulatoria quæ dicatur, & quibus modis fiat.*
8 *Optima traditio à definitione proficiscens.*
10 *Venatio saltuosa quid sit, & quid piscatio & aucupium. ibid.*
11 *Venatio in genere sumpta, quot habeat species.*
12 *Feræ in tria genera distinguuntur.*
13 *Venatio quibus modis fiat.*
14 *Aucupium quibus modis fiat.*
15 *Piscatio quibus modis fiat.*
16 *Venatio, aucupium & piscatio possunt pro vno eodemq; poni.*
17 *Differentiæ inter venationem, piscationem & aucupium.*
18 *Feræ rursus in duo genera distinguuntur.*
19 *Ferarum appellatione quid contineatur.*
20 *Bestiæ appellatione quid veniat, & nu. 22.*
21 *Pecudum appellatione quid veniat.*
23 *Animalium tria genera.*
24 *Mansueta animalia cuius sint.*
25 *Feræ animalia an sint capientium.*
27 *Auium appellatione quid contineatur.*
28 *Auibus legatis, quæ animalia veniant.*
29 *Volucres quæ dicantur.*

30 *Apes cuius sint naturæ. Et quæ animalia sint insecta.*
31 *Aquatilia quæ dicantur.*
32 *Pisces quando capientium fiant.*
33 *Occidere an liceat quæcunq; viuentia, ratione carentia.*
34 *Ordo naturæ est, vt imperfectiora sint propter perfectiora.*
35 *Plantæ sunt propter animalia, animalia autem propter hominem.*
36 *Natura omnia hominum causa comparauit.*
37 *Primi venatores qui fuerint.*
38 *Venationum vsus vna cum genere humano cœpit.*
39 *Venatio an pro turgi & illicito exercitio sit habenda.*
40 *Venatio Clericis & Ecclesiasticis personis an prohibita, & n. 41. & 42.*
41 *Venationis abusus, non vsus in turpibus est habendus.*
42 *Vsus venationis in quo consistat.*
43 *De venationibus & piscationibus Ecclesiæ soluendæ sunt decimæ.*
44 *Abusus venationis in quo consistat.*
45 *Venatio ferarum cum silentio & modestia, seu quieta, sine clamore, Ecclesiasticis personis est licita.*
46 *Prælatis & Ecclesiasticis personis, quando & quomodo venari liceat.*
47 *Sanctum venatorem non inuenimus.*
48 *Apostoli fuere piscatores.*
49 *Venationis vsus quando Clericis illicitus reddatur.*
50 *Monachis venationes & aucupationes sunt prohibitæ, neque illis licet retinere canes venaticos in eorum monasterijs.*
51 *Necessitas non habet legem.*
52 *Necessitas non excusat à delicto.*
53 *Tempore Quadragesimæ & ieiunorum, seu præcipuarum festiuitatum, an sit interdicta Venatio.*
54 *Feræ vastantes ægrotos expelli possunt, quocunq; tempore, à quocunque.*
55 *Exceptio data contra aliquem, quod sit venator, de qua venatione intelligatur.*
56 *Interpretatio fieri debet in meliorem partem in re dubia.*

EXplicaturus iura Venandi, aucupandi & piscandi, ea potissimũ de causa, quod inter cæteras vtriusque Iuris materias (vt quotidiana forensium causarum docet experientia) horum materia non minus lucrosa, quam pulchra & subtilis sit. Etenim his temporibus nulla fere iura inter Principes, Comites, Barones & Nobiles ita controuersa sunt, quam hæc ipsa. Nam videre est illos nonnunquam acerbissime de hisce inter se contendere & rixari, vt illorum conseruandorum & tuendorum gratia, sæpe ad pignorationes, nec non ad arma veniant, tranquillum Reipublicæ statum, pacemque publicam, non sine ma-

ximo

xime, innocentium subditorumque vicinorum malo, atq; detrimento casibus hominibus perturbent. Vnde omnia iudicia & tribunalia personant lites iuris Venandi, aucupandi & piscandi. Diuino † igitur præsidio 1
inuocato præsidio, quo consequamur bonum finitum, melius medium, & optimum finem, *glos. f. in Auth. de haered. & Falc. cel. 1. glos. in Rubr. Prooem. Institut. text. in Auth. quomod. oport. Episc. §. 1. vers. bene autem. Dd. in Rubr. ff. de oper. nou. nunciat.* Vbi enim Christus non est fundamentum, ibi nullius boni operis est super ædificium, *c. cum Paulus. 1. q. 1.* quicquid igitur agimus in nomine Domini incipere debemus, *c. non obseruetis. 26. q. 7.* ad vtilitatem & commodum illorum qui hilce egregiis exercitationum generibus delectantur, statui hoc in tractatu horum iurium viam & modum, ea, qua fieri potest, perspicuitate, demonstrare, & aperire, quo tuto sine peccato in conscientia, & foro exteriori venentur, aucupentur, & piscentur.

Ac † principio quidem sciendum plures passim referri Venationum 4
species. Vna † est Venatio, quæ dicitur oppressiua hominū, quæ semper 5
prohibetur *c. non est §. hu ita q. 6. d ff. gl. in c qui venatoribus. 88 dist.* Altera † arenaria, vt quando quis cum bestia depugnaturus in arenā prodit, 6
& illa Venatio de Iure Canonico adeo reprobata est, vt etiam spectatores mortaliter peccent, per text. *in d. c. qui venatoribus & ibid. notat. glos. & glosa. c. 1. de Cler. Venat. in verb. voluptate.* De Iure vero ciuili Venatio arenaria tunc licita est, quando non est mercenaria, sed fit virium probandæ & virium experiendarum gratia, *l. 1. §. den q. ff. de pœnal.* Verum qui ad hoc locat operas suas, vt cum bestia depugner, infamis est, *d. l. 1. §. senatusconsulto*, de qua specie loquitur *d. c. qui Venatoribus*, & diu sequentes *Canones & 3. q. 7. §. verumtamen.* Nisi talis sit fera, quæ regioni noceat, quo casu locans operas suas extra arenam, non notatur infamia, *d. l. 1. §. sed si quis.*

Tertia † Venatio est, quæ dicitur adulatoria, quæ fit per verba, de qua 7
illicita est, *d. c. qui venatoribus, 86. dist. c. nonnulli, 46. dist. c. sunt plurimi, 6. q. 1. gl. d. cap. 1. de Cler. Venat.* Et hæc Venatio fit tribus modis. Primo tribuendo alicui bonum, quod non habet. Secundo nimium extollendo bonum, quod habet. Tertio approbando malum, quod habet *c. ve qui dicitis 11. q. 3.* Quarta † est Venatio, quæ dicitur, saltuosa & clamorosa. 8
Nos omissis reliquis speciebus de hac quarta Venatione, quæ est ferarum, agemus, quæ fit in saltibus cum canibus, vt loquuntur, & clamore, vnde venatio saltuosa & clamorosa vulgo appellatur. Quoniā † vero o- 9
ptima est traditio, quæ a definitione proficiscitur, per quam plane intelligimus, quid sit id, de quo est agendum, vt tradit *Cicero lib. 1. de offic. & dixi ego in tract. meo de Diuortio 1. part. c. 1. n. 1.* a definitione initium ducam.

10 Est † ergo Venatio, ferarum persecutio, vel eas spiritum quolibet ad capti-
onem ferarum terrestrium, sicut aucupium ad captionem avium,
& piscatio piscium. Et hæc est ratio tum generalis & de se licita, et reddit
S. Thom. quem refert & sequitur Sylue. in summa verb. venatio, 1. in prin.

11 Si † autem hæc licita venatio in genere consyderatur, tres habet species, scili-
12 cet ferinam, aucupium, & piscationem. Nam † feræ tria genera distingui
solent, locorum tribus elementis sustinentur, videlicet in terra, quæ terrena
vel agrestes, quæ in aere, in pisces, qui in aquis humoribus libere natantes.
13 *ferarum sit de iure diuino, & hæc sibi acquirit ius dominij.* Venatio † ferarum fit multi-
modis, veporibus, retibus, pedicis, laqueis, præcipitijs, funeis, arcubus,
bombardis, iaculis, cuspide, indagine, pennarum odore, carnibus accipi-
14 tribus. Aucupium † vero fit retibus, laqueis, pedicis, præcipitijs, arcu, vi-
15 sco, limo, ac etiam accipitribus. Piscatura † seu piscatio fit retibus, sagenis, gargulijs, hamis, iaculis. *S. Antonin. in summa 2. part. tit. 1. cap. 3. §. 3.*

16 *verb. venatio.* Quamobrem † venatio aucupium & piscatio pro vno eo-
demque iure ponuntur, ratione, quod sint species venationis in ge-
nere sumptæ, & eorum ab vna eademque libertate iuris naturalis du-
17 cunt, *c. 2. & 3. ff. de acquir. rer. dom. & sunt Instit. de rer. diuis.* Quamquam † non nullæ differentiæ inter has species sint, cum in alieno venari liceat, non sic piscari *l. in venationibus §. si. ff. de iniur.* Deinde etsi aucupium venatio-
ni comparetur, *l. diuus ff. de seruit. rustic. prædior. c. 2. de Cler. ven.* tamen piscatio ab his separari solet, tanquam ius magis licitum & spectaculum minus crudum. Ideoq; piscatio Ecclesiasticis personis indistincte per-
missa, non sic venatio, *c. 1. & 2. de Cler. Venat. c. 1. ne cleri vel monach. c. 1. &*
18 *2 dist. 34.* Et † quia Venatio est ferarum persecutio, notandum est primo
quod ferę rursus in duo genera distinguendæ sunt. Nam vnum est genus
earum, quas ob dirutatem & perniciem occidi publice vtile est, vt sunt
lupi, Vrsi, Leones, serpentes, &c. quarum venatio tanquam publice vtilis,
omnibus est permittenda. *l. vnic. C. de venat. lib. 11. c. vnic. §. nemo ergo, de pace tenend. in vsib. feud.* Alterum genus non est æquæ noxium, & ideo
sunt publicæ annonæ & voluptati principum.

19 Secundo † notandum est, quod proprie ferarum appellatione veni-
ant animalia nocentia, *c. fi. & ibid. gl. de maior.* dicitur tamen apium, Pauo-
num, Columbarum & Ceruorum fera natura *l. naturalem §. apium & §. pauonum & §. cerui, ff. de acq. rer. dom. §. apium & §. pauonum & §. cerui, et Instit. de rer. diuis.* Appellatione tamen ferę non veniunt canes, cum sit do-
meticum animal, licet in numero animalium mansuetorum non connu-
meretur. Maior enim pars canum non mordet, & maior pars non grece-
tim pascitur, manifeste enim animalia dicuntur, quę gregatim pascuntur.
gl. additionalis Instit. Si quadrup. paup. fecisse dic. in prin.

20 Tertio † notandum est, quod appellatione bestiæ veniant tamen aui-

mali) terrestria non aues, sicut appellatione animalis *glirem ea de re vide Festum 35. dist.* A Cicer tamen bestiæ etiam pisces & volucres dicunt. Deinde appellatione bestiæ, non veniunt animalia mansueta & domestica, nisi aliter ex communi consuetudine vsu pateant, *Bart. in l. 1. §. semones ff. de postu. Ia. Rop. in l. omne pecus. ff. de inst. & iur.* Præterea bestiæ appellatione veniunt Vrsi, Leones, Panthetæ, quasi mixti sunt Elephantes & Cameli, nam & inuentorum operam præstãt & natura eorũ fera est *l. 1. §. vrsi igitur ff. ad l. Aquil.* Pecudum † autem numero sunt quadrupedes, 21
quæ gregatim pascuntur, & oues capræ, boues, equi, mulæ, asini, hircs *d. §. vrsi igitur & inst. de leg. Aquil. in princ.* Denique † bestiæ appellatione hoc casu 22
non venit murena, *l. 1. §. bestias ff. de possid. §. plane si ante ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicetur. l. 1. ff. de cædet. quod si in rem actionem nou ff. de sanctis ser.*

Quarto † obiecundum est, tria esse genera animalium. Quædam † e- 23 24
nim sunt naturaliter mansueta, vt sunt Gallinæ & anseres domestici, in quibus locum habet regula hæc, vt vbicunq; sint, domini esse intelligantur, *§. Gallinarum inst. de rer. diu.* Quædam † vero prorsus sunt fera, vt cerui, 25
vrsi, lepores, vulpes, & in his animalibus locũ habet altera regula, cum in nullius bonis sint, quod occupanti concedatur, *d. §. ferarum inst. de rer. diu.* Quæ regula excedit eũ qui apes, cum & eæ fera natura sint, ideoq; apes quæ in arbore nostra considerint, antequã in alueum nostrum includãtur, non magis nostræ esse intelligantur, quã volucres quæ in arbore nostra nidũ fecerint, ideo si alius eas inclauserit, dominus earũ efficitur per occupationẽ harum. & fauos si quos fecerint apes in arbore tua, absq; hoc facto eximere poteris, nec statim tibi tenebitur, qui apes nõ hierunt nec *ferarum d. §. apium. & ibi glos. verbo dominus inst. de rer. diu. & d. l. naturalem §. apium ff. de acq. rer. dom. & ibi Bart. ff. de furt.* Quædam † vero animalia 26
fera sunt naturaliter sed accidentaliter hominũ industria & diligẽtia redditæ sunt mansuetæ, in illis procedit regula, vt eorum, quæ ea esse intelligantur, donec animũ reuertendi habeant, quum animũ reuertendi habere desiderant, sua esse desinunt, & sunt occupantium. reuertendi autem animum videntur desinere habere, cum reuertendi consuetudinẽ deseruerint *d. §. pauones inst. de rer. diu.* consuetudinẽ autem huiusmodi reuertendi omisisse videntur, cum ad horas & dies consuetas nõ redire desinunt, post quæ accepta capientium fiunt *Bart. in l. de quib. ff. de legib. Marian. ab Azpilcuet in Enchirid. confess. c. 17. n. 128. & plures ad §. pauon. inst. de rer. diu.*

Quinto † aduertendum est, quod appellatione autem venit omnis 27
volucris, quæ ouo parit & pennis decorata est: dicta ab auis, id est locis secretioribus, quibus aues delectantur. *Cic. ad Heren. lib. animum dulcedo ducit ad auium.* Vnde † ambas legatis anseres & phasiani & gallinæ 28
syluestres, & turtures, id est, ibi vbi sint aues debentur. si testi concedia habeat, alias secus. Phasianus, id est, ferus qui solum arboris capitis aues.

& pastores anserum non comminiscuntur, nisi id relatum expresserit *Aurelius*
29 *Ingram & Angelus de leg. 3.* Volucres † autē dicuntur quæcunque volare
possunt, vnde apes, vespæ, muscæ, papiliones, volucres sunt, non tamen a-
30 ues. Et † quamquam olim ingenuarum philosophos dubitatum fuerit, An
apes feræ naturæ essent: quibusdam exiliū animibus, hæc omnia sub-
tilitatis animalcula magis iure, infecta, quam inter feras bestias referen-
da esse. Sunt enim insecta animalia, quæ (vt nomen ipsum declarat) in-
cisuras, nunc cæruicum loco, pectorum habent, atque alas: vt sunt ter-
restria leuigenarum stellionum, alia volucria, vt apes vespæ: alia vtriq; mo-
do, vt formicæ: alia & pennis & pedibus carentia, vt vermes, quæ in hom-
ine reperiuntur. Nonnulli putarunt apes nec mansuefieri, neq; fœtæ. *Sed in-*
die eandem esse naturæ. Plin. lib. 11. Natural. hist. Contra rationem, vete-
rum Iurisconsultorum auctoritate & iudicium receptum est, earum aucto-
rum quoq; fœtam esse. *Ex Sapinatus vbi Mansing. Instit. de rer. diuis.*
31 Sexto † obseruandum est: Omnia animalia degentia in aquis, generali
nomine aquatilia dici. Nam alia eorum pedes habent, vt vitula marina:
alia cocto rostrum, vt delphinus: alia cornua, vt testudines: alia tubera dura,
vt oistreæ & conchæ: alia crustas, vt locustæ: alia crustas & spinas, vt
Echini: alia squamas vt pisces, *Plin. lib. 9. c. 12.* aliæ pelle, vt anguilla, en di-
32 cas, quæ specie anguem repræsentant. Quæ † aquatilia si fuerint in loco
publico, vt mari, lacu, flumine, vel stagno capiendum fiunt, nisi aliter pro-
hibitum sit, vt dicemus infra.

Cum ergo venatio, aucupium & piscatio sint iuris naturalis, & de se lici-
ta, & tamen absque vllo occisione animalium, ferarum, auium & pisciū
esse non possint, inferetur licere homini occidere quæcunq; viuen-
33 tia ratione carentia. Neq; † obstat illud dictum (non occides:) Etenim
non accipitur de fructis, quia nullus est sensus, nec de irrationabi-
libus animalibus, quia nulla ratione nobis sociamur: Est ergo illud dic-
tum (non occides) intelligendum de homine, quem occidere licet. *S.*
Aug. ser. 81. de ciuit. Dei. c. 20. vel 5. quem sequuntur D. Thom. 2. 2. q. 20. art. 2.
Dominic. Soto de iust. & iur. lib. 10. q. 1. art. 1. Pisan. verb. homicidium. n. 2.
n. 2. Sylvest. in 1. 2. 5. Ioan. Taberna. n. 2. Nullus enim peccat in hoc, quod vi-
34 titur re aliqua ad hoc, ad quod est ordinata. In † rerum autem ordine im-
perfectiora sunt propter perfectiora; sicut enim generationis via, natura
35 ab imperfectis ad perfecta procedit, & inde est, quod sicut in generatio-
ne hominis, prius est viuum, deinde animal, vltimo autē homo. Ita † e-
tiam ea, quæ tantum viuunt, vt plantæ, sunt propter animalia, omnia au-
tem animalia sunt propter hominem, & ideo si homo vtatur plantis ad
vtilitatem animalium, & omnibus ad vtilitatem hominis, non est illi-
citum. *Arist. lib. 1. Polit. cap. 5.* Inter alios autem vsus maxime necessarios
est

Digitized by Google

esse videtur, vt animalia plantis vescantur in cibum, & homines animalibus, quod viue mortificatione eorum fieri nequeat de ideo licitum est, & plantes mortificare in vsus animalium, & animalia in vsus hominum. Nam ex ipsa diuina ordinatione dicitur. *Genes. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis semen vsus generis sui, vt sint vobis in escam & cunctis animalibus terræ, & c. 9. Gene. Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum.* Vnde & † lex ciuilis disponit quod absurdum esse videatur, hominē in fructu 36
esse, cum omnes fructus in rerum natura, hominum gratia comparaueris, *text. in specudum ff de vsuris.* Ex quibus euidentissime & irrefragabiliter infertur, occasionem animalium ratione carentium, & per consequens, venationem, ea putamque ferarum, vt auceps inde, & piscationem iure diuino, naturali & ciuili, hominibus permitti. Nam ferarum carnibus vescimur, pellibus contegimur *Genes. c. 1.* quæ penè quotidianæ nostræ vtilitates recte ad hunc iungantur, atque ius dominorum diuinitus concessorum. Neque obstat *cap. 22. Exodi.* vbi prohibetur occisio bouis & ouis. Quia respondetur, quod occidere animal alterius, sit quidem peccatum, non quia occidit illud, sed quia damnum dedit hominis in re sua, vnde non continetur sub peccato homicidij, sed furti, rapinæ, vel damni dati. *tradit Sabaud. Medic. in summa peccat. part. 1. tit. 4. q. 10. & in prælect. tract. de venat. pisca. & auceup. n. 4.*

Et † quamquam Adamum proroplastum, & eius posteros credibile sit 37
exercuisse venationes, aucupia, & piscationes, primi tamen in sacris literis venatores exprimuntur, Nemroth & Esau, *Gen. c. 10. 25. & 27.* Ex † qui- 38
bus apertè constat vsum venationum vna cum humano genere cœpisse. Vide & *Arist. supra dicebatur*, venationum ferarum inter antiquissima vitæ genera retulit. Neq; † obstat, quod aliqui hanc venationē pro tur- 39
pi illicitoq; exercitio habeant. Primo quod *D. Augustin.* nequissimum eum artem appellet *d. c. qui venatoribus.* Deinde quod Clericis & Ecclesiasticis personis venatio prohibita sit *c. 1. & 2. d. Cler. venat. c. nec Cler. vel monach. ca. & 2. 34. dist.* Etenim respondetur, quod *D. Augustini* dicta ratio non de hac specie, quam tractamus, sed de aucupatoria venatione sit intelligendum, quæ nempe histrionico more a conductis hominibus, in publicis spectaculis depugnando cum bestiis exercetur, vti supra *n. 6.* diximus. Nam iure Ciuili in vniuersum artificium illicitum & tota ars histrionica, vt quæ ad nullum Reipublicæ commodum, sed insanem voluptatem comparata est, pro turpi & infami vitæ genere habetur *l. 1. & 2. ff. de his qui not. infam. &c. Turpian Ambi. Scenicos non solum subtrahi &c. & tot. Tit. C. de spectac. & scenic. &c.* Deinde † respondetur, quod bubus venatio- 40
nis, non vsus in turpibus habendus, *Panor. & alibi n. d. c. 1. de cleric. venat.*

42 Vsus † vero in hoc consistit, vt fiat necessitati (victus videlicet & vestitus) sanitati & valetudini. Hinc † est, quod de venationibus & piscationibus (quamquam exercitijs honestis & honestis) Ecclesiæ Iudices iure dicunt *per text. in c. non est de decim.* Quod est intelligendum, vbi esset contemptus, nam si talis non fieret, non forent soluendæ. *Conar. in epist. canon. 2 par. §. 2 n. 12 de reg. iur. in 6 Abb. Sanct. sen. & ca. nouit. de cler. ven.*

44 Abusus † autē venationis in eo consistit, vt si quis in ſe venationibus dedat, vt necessaria vocationis siue negotia omittat. *Nauar. in summa. 22. dist. & in Enchir. Cabarr. vsu. cap. 11.* Hinc tota hæc disputatio ex dictis communiter potest regulis, quam tradit *dd. Augustinianus & Gratianus ex quo sup. 41 dist. vbi inquit.* In omnibus talibus non vltra verum, sed licitas in culpa est.

45 Est † qua infertur, Ecclesiasticis personis venationē ferarum esse licitam, *Panor. & Dd. in d. c. 1. & 2 de cler. venan.* modo ut ſe clamoris, & fori cum silentio & modestia. Est enim venatio ferarum duplex, quieta & cla-
46 morosa. Prior clericis licita, non ſic secunda, *ſecd. c. 1. de cler. venat.* Et † nomine præclaris & Ecclesiasticis personis eiusmodi necessitatis & recreationis cum canibus, laqueis & canibus venari licet, ſi in venationibus habeant redditus. *Sylu. verb. venatio vbi dicit*, in Francia in venationibus Prælatos habere redditus. Sed in Germania non est, Principes Ecclesiasticos & eos Prælatos maxime, qui sunt Status Romani imperij & habent ſecularem iurisdictionē, & ius venādi ſeu bannū ſylueſtre, vel ius foreſti vulgo, *Wildtbiche Oberkeit, Gutand Lond Wildbann* nonnūquam intra propri-
47 os ſui territorij limites vendunt. Verumtamen † quia, vt inquit S. Hier. relatus a *Gratiano c. 1. §. fin. 14. dist.* non inuenimus ſcripturis ſanctis, ſanctum aliquem venatorē, piſcatores inuenimus ſanctos, cum piſcatio ipſe habeat Apoſtolos ante & poſt reſurrectionē Chriſti, imo Chriſtum ipſum approbantē, & iubentē retia rendi, ac de piſcatione comedentē. *Luc. 5 &*
48 *Ioan. c. vlt.* Cauendum † est Ecclesiasticis personis, ne hoc necessitatis, recreationis & modestiæ magno cum proprio ſalutis detrimento, cum ſubditorū ſcandalo præterſiliant. Vide *Concilium Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. generalis. 12. §. Veſtitus inſuper ſeſſ. 24. plenius*, ab illicitis venationibus & aucupijs abſtinendum obtinentibus dignitates & præbendas, aut portiones in Ecclesijs Cathedralibus aut Collegiatis.

49 Deinde eſt venationis vſus licitus in clericis & Ecclesiasticis personis, attamen illicitus redditur eo tempore, quo tenentur huiusmodi personæ, munera prædicationis & visitationis obire. *c. cum Apoſtolica. 21. ch. dist. de cenſib. & ita intelligendo Tol. c. 1. nec. cler. vel monach.* & reliqua iura, quibus probatur illicitum eſſe clericis venationem: intelligenda eorum iura, de his, qui *venationi* nimium nimis implicant, & neceſſaria vocationis officia negligant. *Sylu. d. verb. Ad quod facit text. in c. videntes. 23. dist.*

Digitized by Google

sibi videant homines venatores, & delectantes, vt miseros, & ferarum rapinæ exponant, qui enim venatorem videt, & delectantem, videbunt Salvatorem & erubescent. Secundo facit. d.c. Etsi. vbi dicitur. Etsi venatio erat, quoniis peccator erat. *Tertio c. quid prodest 86. dist. ibi.* quid prodest iejunare viscerib. & liberum venatu abstinere a cibis, & errare peccatis, &c.

Ceterum † monachis inditio, & c venationes & aucupationes prohi- 50
bitæ sunt, ita quidem, quod eis nec interelle, nec canes, vel aues venaticas per se, vel per alios tenere vt horum amore illis prohibentur, nec a famulis aribus secum morantibus huiusmodi teneri permittant, nisi saltem vinaria, vel gremia propria, vel ius venandi in alienis habeant, in quibus cuniculi, vel ferae alia forsan essent, quo casu hoc eis permittitur, dum tamen infra monasteria, seu domos, quas inhabitant, aut eorum claustras, venaticos canes non teneant, nec venationi præsentium exhibeant personalem *vt in text. ext. in clem. Nemo agros, porro, de stat. monach. vbi gloss. verb. personalem in quit.* quod religiosis ibi redditus, quam deque constant in venationibus, vt cuniculorum in prouincia, & feratum in Anglia. Et olim licuit religiosis tempore competenti, maxime deficiente familia in propriis personis venationem capere, & vendere quod *per d. clem. Nemo agros porro*, Clemens V. quod ad monachos & religiosos correxit, & posthac neri vetuit, Verum tamen necessitas ad venandum astringens religiosos excusat, *Henric. Bocc. de sepult. c. 2. & sequ. de Cler. venat. Host. in tit. de cler. venat. num. 2. & seq.* Necessitas † enim legem non ha- 51
bet. *c. sicut de consecrat. dist. 1. cap. quod non est. de reg. iur. cap. 2. & fin. de observat. iejunior. & cap. quando, de consuetud. cap. licet. de feriis & c. si quid. 11. dist. item quamuis. ff. com. divid. gl. ibid. in verb. necessitatem. l. aliquando, ff. de offic. proconsul. & in Lunic. Fabr. esse. Consin verb. expedire.* Et generaliter quæ permittuntur ex causa necessitatis excidit *gl. in c. sicut 17. dist. gl. in c. discipulus, in verb. fame de consecr. dist. 1. & gl. viz. in c. quæremus in verb. necessitate de Iureiur. & ibi Dd.* Necessitas † tamen non excusat a delicto, 52
text. in l. palam §. non ignoscendum ff. de ritu nuptiar. gl. in c. si quis, in verb. pereat. de furt. vbi text. an propter necessitatem liceat furari, *& text. in d.c. discipulus, vbi gl. notat. in verb. fame. Conar. in c. peccatum 2. part. §. 2. n. 3. & seq. de reg. iur. an 6. Dd. in l. 2. 6. cum in eadem ff. ad l. Rhod. de iact. vbi Angel. not.* an milites tempore belli ex necessitate commeatus deprædari possint. *Canonist. in c. 1. de Emt. & vend.* Hinc † infertur, quod licet omni- 53
bus, siue sint clerici, siue laici, venatio interdicta sit tempore Quadragesimæ & ieiuniorum, seu præcipuarum festiuitatis, *d. c. 1 & d. c. si. de feriis.* quibus homines in Ecclesia conuenire debent, & orare *d.c. in penitentia 88. dist.* de tamen necessitas famis urgeret, vel si feræ venirent vastare segetes, 54
vel vineas, tunc enim quocunque tempore etiam clericis & monachis venari, & feras vastantes agros, expellere licet, *leg. 3. C. de feriis. gloss.*

in d.c. qui venatoribus 18. dist. arg. consimili. 23. q. 8. Marian. Socin. cons. 1. c. 22 de cler. vers. Martin. Navarr. Enchirid. c. 22. sect. 2. n. 11. cum necessitas non habeat legem, *iuribus supra allegatis.*

15 Denique † hoc loco non immiliter quæritur, si fuerit contra aliquem clericum, vel alterum exceptio data, vel obiecta, quod sit venator, de qua venatione exceptio sit intelligenda.

Respondeo, quod in dubio intelligi debet de venatione, quæ fit recreationis, non autem voluptatis causa, *Archan. de qui venatoribus, 18. dist. Abb. cons. 62. n. 13. vol. 1. & cons. 176. vol. 2. Sapia addit. ad Arlot. q. 1.*

16 *de cler. vers. Summa Nosid. verb. com.* Nam † interpretatio in re dubia fieri debet in meliorem partem, *c. ostiet. de reg. iur. & Lyra in cap. 5. sed in re dubia. ff. de his qui in testam. delent. Ias. in rub. dub. & l. ea quæ pars. 3. in re dubia. ff. de reg. iur.*

SVMMARIA.

1 *Quo vendam principem & Dominorum temporalium intimentia in subditorum gratiam venationis.*

2 *Venatio an per Principem prohiberi possit, argumenta pro huius quæstionis pertractatione & n. 6. 8. 9. & 20.*

3 *Omnia animalia sunt homini subiecta naturaliter.*

4 *Imperfectiora cedunt in vsum perfectiorum.*

5 *Inferiora per superiora gubernantur.*

7 *Deus creauit omnia in vsum hominum.*

10 *In alieno fundo an venari & aucupari liceat.*

11 *An Dominus volentem ingredi fundum suum, causa venandi vel aucupandi, prohibere possit.*

12 *An Dominus ingredientem fundum suum, armata manu prohibere possit.*

13 *Contra ingredientem Domino inuito competit actio iniuriarum.*

14 *Venator, qui Domino non prohibente in fundum alienum ingressus est, causa venandi vel aucupandi, an possit postea expelli.*

15 *Venator in fundo detineri possit, vt reddat quod peperit.*

16 *Bestia aliena reperta in prato vel agro suo, an & quando retineri possit.*

17 *Error Principum, Comitum, Baronum & Nobilium in venandi prærogatiua habentium, & recognoscentium.*

18 *Merum & mixtum imperium, & causa regalia, quæ inferunt necessariam iuris foresti, seu bannum siluestre, & vice versa.*

19 *Ex separatis nihil infertur.*

20 *Concesso castro, villa, vel prædio, cui adhæret ius Venandi, conceditur etiam ius venandi ibid.*

21 *Quo*

21 *Quæstionis principalis pars affirmativa, nempe quod venatio per Principem prohiberi possit, asseritur, & n. 22. 23. 24.*

22 *Ratio triplex, quare Princeps venationem prohibere possit.*

23 *Feræ, volucres & pisces sunt rerum sui generis communium, sed pro utilitate hominum & n. 60.*

24 *Princeps potest lucra communia proprio usui dicare.*

25 *Princeps prohibere potest venationem in proprio suo loco, & n. 26.*

26 *Rationes quatuor, quare supremus Princeps, id est Imperator, venationem prohibuit, & n. 27. 28. 29. & 30.*

32 *Aliæ duæ rationes, quibus Principes, & Domini temporales, ius venandi omnia subditos suos acquisiverunt, & n. 33. & 58.*

32 *Magnatum Dominorum precis, preceptis sunt, non precis.*

34 *Quæ requisita, vt inferior Principe venationem prohibere possit, & n. 35. 36. 37. 38. & 39.*

40 *Non est par ratio in magnatibus, quanta est in principe, circa prohibitionem Venationis.*

41 *Feræ, volucres & pisces sunt de iure gentium communes.*

42 *Liberi an pauperes quæ sit.*

43 *Ius naturale duplex est, scil. affirmativum, & negativum.*

44 *Ius naturale positivum quid.*

45 *Ius naturale negativum quid.*

46 *Venatio est ius naturale negativi.*

47 *Communia etiam iure naturæ possunt per principem vni applicari.*

48 *Lege humana facta est rerum distinctio.*

49 *Rerum diuisio, siue gentium non fuisset introducta, quæ damna, seu incommoda fuissent secuta.*

50 *Lege naturali permissum potest per legem humanam prohiberi.*

51 *Lege naturali prohibitum, non potest humana lege permitti.*

52 *Inferior a Princ pe, iurisdictionem habens, venationem per legem prohibere non potest, sed per edictum, non tamen potest perpetuo, sed tantum ad tempus, nisi sit per immemorialem præscriptionem acquisierit.*

53 *Principes venationes maxime in locis publicis prohibere possunt.*

54 *Saltus & memoria, in quibus feræ libere vagantur, sunt loca publica.*

55 *Principes & Domini terrarum venationes & aucupia maxime in propriis syluis prohibere possunt.*

56 *Principes quando in primæuis prædias venationes non possint prohibere.*

57 *Castella pro subditis, quibus a suis Dominis venatio prohibetur.*

58 *Dominus alicui loci, an possit præscribere ius prohibendi venationem.*

59 *Venatio & aucupium, etsi primæuis omnibus essent licita, possunt tamen iuste certis temporibus a principibus interdici.*

61 *Prohiberi potest venatio, quæ fit cum assensu nostro? Text.*

62 *Prohiberi potest ne quis cum sclopo, seu arcubus aut bombarda aucupetur.*

63 *Prohiberi potest ne quis piscetur cum esca.*

64 *Tempore prohibito venari, an teneatur ad restitutionem capturum.*

65 *Jus venandi servitum est naturam sequi.*

66 *Imperator concedit ius venandi, &c. Principibus, Comitibus, Baronibus, & cæteris feudatariis ut Regalc: sed vt ius accessorium Principatus, Comitatus, Baroniatus seu Dominij, &c.*

67 *Jus venandi non amplius pertinet ad Principatum, Comitatus, & cætera quàm est prescriptum.*

68 *Modus seu exercitium iuris venandi in duplicem sortem distingui potest.*

69 *Vespasiani & Iuliani ad aliam seu feminam sortem.*

70 *Quis habeat ius venandi potest sylvam vniuersam sæpe ambitu cingere.*

71 *Quid habeat ius venandi, quæst. 1. num. 5. Text.*

72 *Venatio quæ, & reliqua concessa intelligantur esse quibus illud commode explicari non potest.*

73 *Venatio est exercitium nobile ac proprium & peculiare Regum, Principum, Comitum, Baronum, & nobilium.*

74 *Adhortatio ad Principes, Comites, Barones & Nobiles.*

75 *Principes, Comites, Barones & Nobiles, quando & quomodo venari, aucupari & piscari possint.*

CAPVT SECVNDVM.

An venatio ferarum, Principum, Comitum, Baronum & aliorum Dominiorum merum & mixtum imperium, nec non reliqua regalia ex concessione Romanorum Imperatorum, vel Regum habentium, propria sint, & an eandem priuatis ac subditis suis iuste prohibere possint.

1 QVando quidem † autem nostris hisce calamitosis temporibus quibusdam in locis Principes & Domini temporales subditos suos plus æquo venationibus grauent, illisque feras bestias ex propriis eorum agris, frumentibus & pendentibus adhuc fructibus abigere, & latratores molossos habere non permittant, ac iubeant venantes, non solum in ipsorum Principum & Dominorum venatorijs sylvis, sed etiam propriis sylvis & fundis canum, ac perticis capitalibus animaduertantes, potissimum rationes, quod venatio ipsorum Principis, Comitum & Baronum propria & peculiaris sit, ac eius conseruandæ gratia priuatis & subditis suis prohibeat, statui hoc capite pulchram & celebrem illam quæstionem tractare.

An nero-

An † uenatio per Principem, id est Imperatorem, vel Regem, 2
aut alium principem superiorem non recognoscentem, priuatis & subditis prohiberi possit. Ex eius quæstionis resolutione patebit, an venatio feratum, ut Principum, Comitum, Baronum, & Nobilium propria nec ne?

Ad † quam quæstionem antequam respondeamus, præmittendum, 3
quod omnia animalia sunt homini naturaliter subiecta, quod apparet ex tribus. Primo ex ipso naturæ processu, dum enim ex generatione rerum intelligitur quidam ordo, quo procedunt de perfecto ad imperfectum, nam natura est propter formam, imperfectior propter perfectiorem, ita † etiam est in via rerum naturalium, nam imperfectiora sedent in usum 4
perfectiorum, plantæ enim uiuentia nutrimentum, animalia vero plantis, & homines plantis & animalibus, unde naturaliter homo dominatur animalibus. Hinc ait *Aristo. 1 Politic. cap. 5.* quo venatio syluestrium animalium sit iusta, & naturalis, quia per eam homo vendicat sibi, quod est naturaliter suum.

Secundo † apparet hoc ex ordine diuinæ prouidentiæ, quæ semper in- 5
feriora per superiora gubernat. Vnde cum homo sit super cæteras animalia, vtpote ad imaginem Dei factus, conueniebat eius gubernationi alia animalia subdi.

Tertio apparet ex proprietate hominis, & aliorum animalium, in aliis enim animalibus inuenitur secundum æstimationem naturalem, quæ dã participatio prudentiæ, ad aliquos particulares actus, in homine autem vniuersalis prudentia, quæ est ratio omnium agibilium, omne autem quod est per participationem, subditur ei, quod est per essentiam, & vniuersaliter: Vnde patet, quod naturalis sit subiectio aliorum animalium ad homines, *S Thom. 1. part. q. 96 art. 1.*

Ad † propositam igitur quæstionem respondendum videtur negati- 6
ue, scilicet Venationem per Principem prohiberi nõ posse. Pro hac sententia negatiua faciunt & sequentes rationes. Primo: Ea quæ sunt iuris naturalis, Princeps tollere nõ potest, *§. sed naturalia quidem, Instit. de iure nat. gent. & ciuil. text. in princ. C. de iustin. & C. vbi dict. d. 6.* Atqui venatio est iuris naturalis, & iustè, ut paulo ante diximus. Ergo venatio per Principem tolli nequit. Maior propositio patet. Minor vero argumentationis pars probatur præter supradicta, primo ex iure naturali primæuo. Etenim † 7
Deus Opt. Max. creato homine, creauit omnia animalia in vsum & cibũ hominis, *Genes. cap. 1 dixit Deus vobis dabo &c. de vsur.*

Secundo † probatur ex iure naturali secundario, seu gentium, fundã- 8
tũ est superiore naturali primæuo, *l. 1. & 3. & l. quod in littore ff. de acquir. rer. dom. ff. l. 1. de acquir. rer. dom. §. 1. 2 §. item feræ ff. de acquir. rer. dom.*

9 Ex quibus manifeste colligimus, in his, quæ nullius sunt, naturæ ipsi dominium acquiri per priorem occupantem, cum quidem sint feræ bestiæ, volucres, pisces & his similia animalia. Hoc ipsum *Cicero lib. 3. de finib. docet, vbi inquit*, cumque hæc omnia animalia ex communi ipsâ natura fecerit, plane licet per eandem naturæ legem cuilibet primo capienti ea sibi acquirere. *Idem libro de officiis inquit*. Similis qui est priorum possessionum descriptio. Ex quo quia suum cuique sit eorum, quæ natura fuerunt communia, quod cuique obrigit, id quisque retinet. *Hæc Cicero*. Atque † hac sententia adeo vera censentur, vt de iure naturali, gentium & ciuili non solum cuilibet in fundo suo proprio liceat aucupari, venari & capere feras bestias, lepores & cernos, sed etiam in alieno. *d. §. fera, & d.*
11 *l. 3. in prin. ff. de acquir. rer. dom.* In † tamen qui alienum fundum venandi vel aucupandi gratia ingreditur, potest a Domino, si is prouiderit, prohiberi, ne ingrediatur. *d. §. fera, & d. l. 3. §. 1. de acquir. rer. dom. & l. Diuus ff. de feriis. vel sic, prodiit, vbi dicitur*. Diuus Pius aucupium ita reliquit: Non est rationabile nolentibus dominis, vos in alienis aucupari, *& gl. ibid. dicit, idem in venatione*: Melius enim iniuria non licet vicino re per
12 agrum meum. *l. per agrum. C. de seruit. & aqua*. Quia † & Dominus armatis manu ingredientem prohibere, & ei resistere potest, *secundum gl. in sæpe, d. l. 3. in verb. prohiberi, facit l. quemadmodum, §. 1. ibi*; iure suo posse e-
13 um intercedere *ff. ad l. Aquil.* Et † contra ingredientem domino inuito & prohibenti actio iniuriarum competit, *secundum gl. in d. l. Diuus, & in d. l. 3. per text. in l. iniuriarum, § fin. vers. sic quod ingredi ff. de iniur. Cyn. & Bart. in l. omnia, ff. de acquir. rer. dom.*

14 Non † tamen potest venator, qui domino non prohibente in fundum alienum in causa venandi vel aucupandi ingressus est, postea expelli. *d. § fera, instit. de rer. diuis. argumento ibi a contrario sensu sumpto*, quod in iure validum est, *l. 1. & ibi. Dd. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. 1. quæstiuncula, & ibi gl. fin. Dd. C. de Episc. & cler. cum similib.* Non obstat *d. quemadmodum § 1. ff. ad l. Aquil.* Nam ad illam respondetur, quod ibi nullo iure possum habere appensum, vel additicium in alieno, hic autem causa venandi intro alienum, *vt d. §. fera*. Igitur post ingressum domino scientè & patiente non possum prohiberi *ita Azo in d. §. fera, n. 1. Inst. de rer. diuis.*
15 Similiter † venator adhuc in fundo retineri non potest, vt reddat quod percepit, sed dominus aget actione iniuriarum, si intrauit eo prohibente, supra allegatis iuribus. Omnis enim venatio per hoc ad venatorem, cum id, quod ante nullius est, naturali ratione aucupante conceditur. *d. l. 1. & 5. & d. l. quod in litore. ff. de acquir. rer. dom. & d. l. 3. §. fera. ff. de acquir. poss. & d. §. fera*. Vnde nulla violentia per dominum fundi fieri potest, sed solam actione iniuriarum contra venatorem agere potest.

Digitized by Google

terit. Hinc † etiam est, quod si quis in agro vel prato suo reperiat bestiam, seu animal alienum, non est illi licitum illud retinere, si dominum cognoscerit, sed more ciuili debet illud expellere, si autem dominum non cognoscceret, posset causa sui iuris conservandi illud retinere. *l. quintus ff. h. Aquil. Bar. l. prætor, §. si dominus ff. de damn. infect. Part. & singulorum, n. 23. Iustin. de rer. diuis.* 16

Ex quibus infertur Principes inferiores, Comites, Barones & Nobiles errare, eo quod ius venandi pro Regali habeant recognoscantque, cum inter Regalia nec recenseatur, neque ad ea pertinent, *ut patet ex Tit. Quæ sunt regalia, in vsib. feud. Tyraq. de nobil. c. 170. 150. & Dec. cons. 197.* Nam † non sequitur, habeo merum & mixtum imperium & cæteta regalia: Ergo habeo etiam ius venandi, bonum syluestre, seu iura foresti, vulgo, *Gejaygdt Wildbann und Forstlicher Gerechtigkeit*, vel *Obrigkeit*. Vnde quamuis Nobili, Baroni, vel Comiti sit a Principe concessum cæstum cum mero & mixto imperio & omni iurisdictione, non tamen non intelligitur ius venandi concessum, nisi expresse & in specie ius venandi nominatim sit, vel vice versa, concesso iure venandi, merum & mixtum imperium, & iurisdictio simplex concessa non præsumuntur. 17 18

Ratio † est, Quia hæc coniuncta & separata sunt, ex separatis autem nihil 19 inferitur. *l. mancipia ff. de act. emt. C. de donat. inter vir. & uxor. & ibi Salycet. n. 1. l. Papinianus ff. de minorib. 25. an. & ibi ff. de reb. dubiis. & Iaaym. in loco. C. de probat.* Concesso tamen castro, villa vel pago, cui adhæret ius venandi, concenditur quoq; ius venandi. *Bar. in l. inter eos, ff. de acquir. rer. dom. per l. traditio ff. eod. tit. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. Couar. c. 2. prælim. quæst. n. 10.* quia etsi loquantur de iurisdictione, idem tamen est in iure venandi ex identitate rationis. Ratio est: Quia accessorium sequitur principale. Quod autem ius venandi inter regalia nō fuerit comprehensum, ratio est: Quia † summus Princeps, id est, Imperator, venationem omnibus hominibus iure naturæ & gentium, communem auferre non potuit. Hanc negatiuam opinionem tenent. *Hest. Ioan. Andr. Cardin. & Ambian. in cap. non est, de decimis, Dec. d. cons. 197. & cons. 251. Matthæus de Afflict. in constit. Neapolitan. lib. 3. rubr. 1. n. 9. Iacobin. d. S. Georgio tract. de feud. verb. Et cum venationibus, n. 1. Chassan. in consuetu. Burgund. Rubr. 33. §. 7. & plures alii relati a Couar. in capitulum, 2 part. §. 8. n. 1. de reg. iur. in 6.* Pro quibus etiam facere videtur, *text. in c. 1. §. nemo reth. de pace tenend. & eius violatorib. in vsu feud.* Nam *in d. §.* nemo reth. idem venatio est prohibita, quæ non fiat adversos, lupos & apros capiendos ne publica pax violetur. 20

Verum † contraria sententia, & quidem affirmatiua est de iure verior, quæ & communiori Doctorum calculo approbatur, nimirum posse 21

Principem ex variis causis venationem iuste prohibere. Hanc opinionem ex Iurisconsultis tenent, *Martin. Landensis & Cardon. Alex. & alii qui, D.d. in d. §. memoretia, Cardina à Turre c. omnes. dist. qui venationibus, 86. dist. Rebuff. in Lemic. C. de venat. ferar. lib. 11. Boerius d. cons. 35. lib. 1. n. 8. Chassan. loco citato, Thom. Grammat. dec. 376. n. 9. Guilielm. Benedict. in c. Raynutius, verb. & vxorem nomine. Adelasian. tract. de iuribus. Germain. in c. ius naturale, n. 11. dist. 1. Faber, & Ismenia. Inst. de rer. diuis. Kolan. cons. 9. vol. 1. Gang. Nat. cons. 22. num. 7. vol. 3. & cons. 30. num. 2. vol. 5. Boerius cons. Burgens. 112. de consuet. prædior. §. 1. Tiraq. allegata, c. 37. n. 49. Cin. supra d. loco, & Matthæus Wesenb. in paratit. ff. de aq. quot. & æst. dom. n. 7. Quibus omnibus suffragatur, etiam d. s. quæ venationibus.*

Ex Theologis eandem defendunt sententiam *Caiet. in tract. 17. quæst. cap. 12. Ioan. a Medina de restitutione, quæst. 12. & Dominic. Sot. lib. 4. de Iustit. & Iure, quæst. 6. art. 4.* Huius sententiæ causæ variæ à variis adducuntur.

22 Nam Dominici Sotonis *Doctoris* potissimum assert causas. Primo † namque, dicit, quod ista venationis loca sint communia ciuitatis, & ideo oppidi vocati hoc possit Princeps, & a Domino per viam gubernationis,

23 nam † feræ, volucres, & pisces non solum ornamento sunt & decori Reipublicæ, verum & necessitati seruiunt, ob id q; non est vulgi temeritati venatio committenda, sed debet ordine ac lege fieri, ne dispereat.

24 Secundo † quia Princeps etiam communia loca Reip. potest alicui proprio viui dicare, neq; ad hoc, vt quidam putant, requiritur consensus populi, iustum quippe est, vt pro sua dignitate, gratia recreandi animi venationem habeat paratam. Præterea quoniam aptos ac certos, & idoneos bestias non condecet a plebeis venatu impeti, sed vt reseruentur ingenuis, qui præliorum simulachra aduersus eas mederentur.

25 Tertia † ratio est: Quia prohiberi potest venatio, nempe quia esset in loco non communi oppidi, sed proprio ipsius domini, quo suam custodit venationem, nam si potest fundi dominus particularis prohibere, ne quis venationis gratia illum ingrediatur, multo magis Princeps, *d. § fer. vers. plane. Inst. de rer. diu.* Ibi, plane qui alienum fundum ingreditur venandi, aut aucupandi gratia, potest a Domino, si is præuiderit prohiberi, ne ingrediatur, *ita Socini d. loco.*

26 Iustæ autem causæ (quibus supremus Princeps, si est Imperator, venationem prohibent) inter cæteras esse possunt, & quatuor hæ sequentes, quas enumerat Wesenb. supra citato loco.

27 Primo † cum ferarum, earum specierum in animantibus. Ferę enim animantes in suo genere sunt rationes, quam ciures, Deo nimirum ita prouidente, ne nimia multitudine ferarum aut communitas humanæ vitæ

Digitized by Google

vitæ, aut agricolario inuellaretur, & damnum faceret, ideo facile tota species, siue in aliqua regione deuitari posset, si cuilibet permissa esset venatio.

Secundo † hæc ipsa permissio venandi anocuret nomini abagricultura, & vitæ rusticæ, a qua agricolæ & rusticos nonnisi ob bonum publicæ vtilitatem. *Auth. agricultores. C. qua res pig. & l. 2. ff. de feriis*, & hanc rationem videtur innuere, *text. in d. cap. 1. si quis rusticus, de pace tenend. & rem violenter. in vsib. feud.* qui dicit in prohibitione rusticorum mentionem facit. 28

Tertio † quia venatio ferarum præcipue maiorum, sine armis & tormentis exerceri non potest, vius autem armorum quotidianus, multis ex causis interdictus est, præsertim agricolis. *tot. tit. in Auth. ne armor. vsus, & d. §. si quis rusticus.* qui tamen cum syluas & rura inhabitent, & incolant, ad venationem maxime sunt opportuni. Ex quo infert potest, non esse licitum venari cum armis, nisi ad animalia periculosa, vt in venatione leonum, vrsorum, luporum, & similium, *Dd. in dict. §. nemo retia de pace tenend. Expol. tract. de seruit. rustic. prad. capit. 21. titul. de aucupar. num. 10.* 29

Quarto † quia ad pacem & tranquillitatem tuendam publice interest, non esse omnibus communem ius venandi. Etenim vt reliquorum rerum communio paci dissentiat, *l. cum patet. §. diuisissimo. ff. de seruit. l. 2. glos. in c. 1. dist. 21.* ita res procul dubio multis iurbis & certaminibus, atque etiam cædibus occasionem daret, si promiscue venari esset concessum. 30

His de causis edictum est *VVisenb.* Imperatorem Fridericum, motum, 31
cor, cum iure ciuili hæc venationum iura fuerint communia, ea putauerit subditis, præsertim rusticis, adimenda, *d. loco, d. §. nemo retia.* Et hæ causæ valde probabiles videntur.

His † causis accedit etiam subditorum voluntas & consensus. Nam si 31
id gratium, honorem & recreationem suorum Principum & Dominorum iuri venandi in propriis præsertim finibus sponte & libere cesserunt, illisque in Principes & Dominos suos translulerunt. Vnde Principes & Domini temporales ex huiusmodi cessione a suis subditis sibi facta solli ius venandi acquisierunt. Deinde † si subditorum voluntas & con- 32
sensus expressus non intercesserit, & multo minus cessio sponte & libere facta fuerit, eo quod forte per metum & vim a venationibus fuerint deterriti, vel Dominis cessionem venationum petentibus denegare ex merito suo non fuerint, cum vt dici solet, magiorum Dominorum preces, sint precepta. *gloss. verb. quemadmodum, ff. quod iussu.* Vnde illud pol gatum.

Lib. 5. regare Ducem ſpecie violenta habendi.

33 Quia † tamen ſubditi longa patientia, & tacito mutare prohibitiones venationum acquieuerunt, & eidem non contradixerunt, ex hiſce ipſis patientia & tacito conſenſu, Principes & reliqui Dominiterrarum iura venandi præſcripſerunt, ita vt ſubditi facultatem ſeſe opponendi, & de iure inquirendi amplius, non habeant. Etenim hæc præſcriptio repete immemorialis, & aliquot tam ſæculorum decurſu atq; vſu roborata, inſtar eſt privilegii, & peraque monetius Principum, atq; leges ſeu conſtitutiones. *l. 2. & 3. per agrum c. de ſeruit. & aqua. l. ſecunda vtimur. 5. duæ autem aquæ. ff. de aqua quotid. & eſtiu. ſuper quibuſdam, 5. præterea, extra de conſtitut.* ſignificæ. Vnde quod tradiderunt Doctoribus, initio tam heri ſubditis, prohibitione venationis, id ſecundum ius gentium & ciuile vetus recte dicitur. ſecundum vero ius nouum & conſuetudinem, & reſpectu præſcriptionis non recte. *Vide ſenden. d. loco.*

Cæterum, vt inferior ſummo principe, id eſt Imperatore, vel Rege, vt Duce, Marchione, Comite, vel etiam Barone, venationem atq; piſcationem
34 35 ſuis prohibere poſſit. Quinq; † neceſſario requiruntur. Primum † authoritas Imperatoris ſeu Regis iuſta, conſenſus liber a metu, aut præſcri-
36 ptio eatenus extra vim & metum introducta. Secundum, † vt occaſione ferarum, extra loca prohibita, non procurantes dolis eas e prohibito loco abigi, vt extra illum, eas capiant: alias enim punire poſſet, *arg. cap.*
37 *extenore de reſcript. l. ſi aque ſillo, ff. de furt.* Tertium, † vt prohibeat in ſuis propriis prædiis, quamuis ſubſit at dominos aliorum ſua ſponte
38 id conſentire, *arg. cap. ſecunti, de reg. iur. l b. 6.* Quartum † vt retineat omne damnum, quo feræ alienæ prædia afficiunt, quorum Domini eiuſmodi damnum non conſentiunt, quamuis in aliorum damnum con-
39 ſentiant. Quintum † vt caueat prohibens, ne ſubditi timentes eius, & miniſtros eius, fugienteſque odium, ac indignationem, & minas eorum, quia eis ſæpe opus habent, ea petere non audeant, quæ peterent alioquin ſubditis ſibi paribus, eiuſmodi namque metus, etiam ſi alioqui non eſſet omnino iuſtus, inducit reſtituendi neceſſitatem, *ita Martin. ab Azpilcueta.*
40 *Nauarr. in Enchirid. confeſſar. cap. 17. n. 120. & 121.* Et † quamquam Princeps ex iuſtis cauſis ſupra relatis prohibere poſſit venationem, non tamen eſt eadem ratio in magnatibus (vt Comitibus, Baronibus &c. ad cuſtodiendam ſui gratia venandumq; venationem, quam in Principe, etiam ſi is cum ſuis iuribus ea fuerit ipſis largitus. Nam Rex poteſt ex amplo gratia in toto regno decem aut duodecim loca ſibi reſeruare: & forſan non poſſet his aut tot centum. Si autem magnatum ſinguli in ſuis oppidis aut territoriis plura haberent loca cuſtodia, grauamen regno
41 fieret intollerabile. Sunt † enim feræ, aues, & pisces de iure gentium communi-

communes, vti supra exemplo diximus, & ideo non nimium populus est a venatione cohibendus, quando quidem liberum sibi habet exercitium modo tum animum recreandi tum & quærendi cibum, *vt Dom. Soto supra citatus facit.*

Verum † hoc male seruant Principes, Comites & Barones nostri tem- 40
poris, qui enim foli venari volunt & emouere, qui eorum talia diudicet. Proinde non immerito cum Innocentio Aquilano Satyra tertia exclamare libet. Libertas pauperis hæc est:

Pulsare reges & pugnis concutere aduersos:
Vt libet explicite cum deoribus inuitis viuere.

Quod tamen absque iniuria & contemptu Principum, Comitum, & Baronum scriptum, & remota præscriptione legitima, vel cessione iuris venandi † *de quibus supra num. 31. & 33. dixi.* intellectum velim. Sequitur nunc, vt respondeamus argumentis pro opinione negatiua supra adductis.

Respondetur † igitur ad primum argumentum, Ius naturale esse du- 43
plex, vnum positiuum, seu affirmatiuum, alterum negatiuum. Positiuum † est, quod aliquid positiue præcipit, vel prohibet. Ius † naturale 44 45
negatiuum est, quod nihil de re aliqua statuit, nec præcipiendo nec prohibendo, sed id potius omnibus aliis positiuis legis humanæ. Ius naturale positiuum est immutabile, non secus ac naturale negatiuum. Vnde quod obiectum est in propositione maiori, nimirum, quod ea, quæ sunt iuris naturalis, Princeps tollere non possit, eo quod ius naturale sit immutabile, intelligendum est de iure naturali positiuo, non de iure naturali negatiuo. *S. Thom. 1. 2. quæst. 94. art. 5. propè in corpus articuli, dist. n. 9. Martin. ab Azpilcueta in cap. quemadmodum, de Iudæis, Couar. c. peccatum 2. par. §. 11. n. 3.* Venatio vero est iuris naturalis negatiui. Nam † feræ, volucres, & 46
cætera animalia iure naturæ non sunt communia positiue, de affirmatiue, quia omnium propria sunt communi domini causa, sed negatiue quia nullius sunt & iure naturali nulli sunt applicata. *S. Thom. dict. 5. & Cuer. d. tract. 10. quæst. 12.* Ideo les humana potest ea vni potius quam alteri, ex causa concedere. Vnde † licet iure naturæ omnia sint re ipsa 47
communia, nihilominus tamen possunt a Principibus, qui communia in nullius bonis sunt, dispositionem habent, quædam priuatis in concedi, vt in posterum ea primæta, non communia sint, *l. singularum, Iustin. de rer. diuis. l. 1. §. de acquir. rer. dom. etiam ab hoste, vsq; quæ apprehensione.* Adhæc facit, quod sicut occupatio rerum, quæ nullius sunt priorum, iure naturali efficit illud, quod prius commune erat, proprium primi occupantis, *l. 1. ff. de acquir. poss.* ita esse Principi potest, quæ communia prius erant, nullisq; bonis habebantur, in priorum iure dominii transferre.

iure siquidem naturali omnia fuere ab initio communia, & quies humani hoc fuit, ut alterum alterius commodis, & quieti non officeret, & ideo primo lege humana additum videtur dist. 1. *Cum ad verbum*, & *Cum primum*, & *quod quisque sibi iure tradit*. Quod si iterum ab ipso iure gentium non fuisset introductum, quamvis dominia non incommoda, atque nocitura essent, tamen, cum non fuissent melius, & sinistra ratione introducta. Secundum, vis fuisset apertè humanæ societati adversa. Tertium, bona semper hæsitant penes, & malevolos. Quamvis namque fuisset per habitationes hominum, *dist. 2. pœna*, tibi aperte dicta, distinctum rerum naturæ consentaneum esse. Quia necesse fuit, quod dominia hæc stabilia, multa ratione transferantur in alterum ipsius dominii possessionem, qui eorum ad collationem pervenit, *l. fi. Cod. sacr. eccles. l. fi. Cod. de rei vindic. l. 2. & 3. Cod. de servitut. & aquæ. l. 1. §. 1. ff. de aqua pluv. arcend.* Quod non fieret, quamdiu res, & principia duo subsistunt immacta, patet. Principes dominorum bonorum, ex quibus bonum corporum primum manifestum. Et quoniam hoc non licuit, Principem posse hæc mutare rerum, quæ communes sunt, ex causa occupationem primariam inter diverse, & bonam communem iure naturali omnibus permissam, ex variis causis prohibere, vti allegati *Doct. supra*, pro hac sententia assumunt, & præter eos Palelius. *Cassad. d. §. 8. n. 2.*

50 Neq; valet hoc argumentorio: Hoc est iure naturali permissum: Ergo per legem humanam prohiberi non potest, cum multa sint iure naturæ licita, quæ propter civilis reipubl. utilitatem, & quietem, & tranquillitatem, per legem humanam prohiberi possunt. Ac[et] bene procedit argumentum hoc: Illud est iure naturæ prohibitum: Ergo lege humana permitti non potest. Princeps ergo potest rem habere lege

52 condenda, venationem prohibere, potestas est variis casibus, subiecta, [et] summa principe humiliationem habeat, idem ejus potestas ad tempus aliquod ex causa inflicta, non quidè per legem, quam ferre non valet, sed per edictum, per quod vero non potest Princeps qui superiorem habet, prohibere venationem nihilo sit per immemorialem præscriptionem legitime acquisitam. Quæ quidem præscriptio esset efficacissima, & firmanda in audientia excelsi, item & in consistorio loco præferenda *Cassad. d. §. 8. n. 2.*

53 Et [et] hæc prohibitio venationis a Principe facta maxime procedit in locis publicis. Nam ex mia cellæ præscripto, cum liceat venationem fœminæ, tamen in locis publicis Princeps venationem prohibere potest, cum ex multa causa, ne ejus pellis videri habilis in usum hominum

Digitized by Google

re, cum iura à legibus fibi concessa retineant, *l. 1 de feriis, l. ferias, & in publicis, C. de feriis, Authen. de defensore ciuit. & Bonacina, tit. de iudic. l. 3. §. item si de lab. rerum.*

Nam † Clerici, nemora in quibus se exercent, aut loca pu- 34
blica adeo exempta quidam iuris Doctores esse dicunt, vt ea quæ sunt publicæ ut ita publica ad se Principes transferant. *Loyseau, de loix des villes, & des noms des dignitez, l. de vectigal. C. de iudic. Rebuf. & l. 2. vbi Bart. C. de fund. patrim. scripsit.*

Deinde † venationes & aucupia, quæ ante hunc Principes nec non 35
ceteri Domini exercere in suis prædiis consueuerunt, *de feud. Inst. de rer. diuis. & de feud. §. fin. de cap. qui cur. vas. Tusch. & Gabriel. in quæst.* Quod licet principibus prohibere dicant quibuscunque aucupare in quod nullus est, an autem ex consequenti iure licet possint cum eisdem prohibere ingredi, prohibere &c. *quære.*

Si † verò in præmissa præsidia Principes venationes prohibere sint ausi, 36
licet tertio ius venandi priuilegio præscriptione, aut alio titulo acquisitum habeant, eo casu locum habet sententia Doctorum decernens, quia dicunt Principes libidini suæ obtemperando, non tamen facere iniuriam & violentiam, *tradunt, Hostien. Ioan. Andr. & Dominic. & Abbas de Rauenn. per d. l. inuenes, vers. sed in verbis. Bart. & Baldus & Ang. Imol. & Alex. & Iason. & Corn. vbi communiter omnes. Rebuf. & Gom. &c.* Nam hoc casu non in libera & propria, sed in aliena re venandi iura habent, quæ ille bona fide quæsita habere cœpit, qui non scit, *l. 2. C. de rei vind. C. de præsid. Imperatorem. D. de l. 2. & vbi Cyn. & Bart. C. de præsid. l. 2. vers. & quæ sunt iuris publ. Imol. in rubr. C. de leg. Corn. de falsis. Bertrand. Consil. 80. Dan. de Arena. C. de leg. &c.*

Hinc † Doctorum quidam, quibus tale Dominus venatio prohi- 37
bere, cum non ex quasi priuato iure sed ex officio præclamata habuerint, illi contrahentes, ab eoque appellent. Quod si subditi non con- 38
trahentes, de proprio hominum edicto & proclamata a venando desistant. Dominus verò contrahentes in suæ possessione prohibendi, & si per longum tempus subditi sequantur, dominus præscribit ius prohibendi, *per not. in d. l. 1. C. de feriis, & agua, & per gl. C. de usucap. qui domum, ibi. de feud. de feudo, prælat. Lucæ de S. Georgio, d. tit. de feud. vers. Et cum veram.* Quæ omnia procedunt quando Dominus prohibet, & subditi venerantur in his pro quibus subditus Nam in alienis fundis & possessionibus Domini venationes & aucupia prohibere potest, *per l. 2. & 3. C. de iure fisci.* Quæ verò priuati & subditi venationes, lucros, voluptates & sui potentiæ iura venandi, in suis priuatis & propriis prædiis, in gremium & domum sibi suam principum esse arrogant, vel prohibitionis venationum longa præscriptione, Principes ius venandi eisdem in primis

& propriis subditorum prædiis præstari possunt, quod ex Cremonis cessione iuris forte fuerit immunum. *Ad l. 8. §. fin. ff. de iure fisci. Simon. de Cran. d. cons. 2. n. 12. & Chassan. in consuet. Burg. allegans loca.* Attamen cum in hac prohibitione pensari fundorum dominii acquirentes, vel ædificantes præsertim ex eo inhibitionis iure eruere in fundis proprijs excludantur.

59 Sed † & eo casu, vbi subditi prohibitæ essent permittere venatio, & aucupium, attamen illæ certis temporibus hæc interdicit Principibus, & Dominis terrarum possunt, ne vel earum species præsertim cum parantur, tam parentur, ferum intereant, vel tempore nimis, aut nocibis, vel illis interimantur, aut canibus cubantibus, † quos Galli chiens couchans, Germani *Schlifhund*, nuncupant) venatos hæc, aut ne certis canibus venandi quia

60 venatur: Nam † huiusmodi prohibitiones in populi vtilitatem vergunt: cum feræ, volucres, & pisces non solum sint pro ornamento exhiberi, sed etiam pro vtilitate hominum. *Martin. Navar. in Enchirid. consil. c. 27. n. 124. & Bartholom. Chassan. in consuet. Burgund. Rubr. 4. §. 6. n. 3.*

61 Vbi † videtur, posse per Principes interdici venationem, quia secum instrumenta Tonæ, quia eo plures exhauriuntur & capiuntur feræ, atque inde sequitur animalium interitum & ferarum numerum exiguum, quæ Reipublicæ commodæ sit.

62 Similiter † prohiberi potest, ne quis cum scalpo aucupetur, cum propter tonitrua arcubuliorum, seu bombardarum fugentur & terreantur aues & feræ. Aucupium tamen non æque priuatis interdictum est, atq; venatio, quia sit sine armis, minoresq; cum eum vltra atq; turbe pore i tamen a Dominis certis temporibus, ne valeantur species, interdici. *Chassan. d. loco.*

63 Item † prohiberi potest ne quis piscetur cum esca, qua occidun-

64 tur pisces in magna quantitate. Qui † tamen talium prohibitionum tempore venantur, non tenentur ad restitutionem animalium & ferarum, quæ aucupio vel venatione acquisierint, aut experiri. *glos. super rubr. de restitut. spoliat. in 6. ioan. a Medin. de restit. d. quæst. 12.* quem sequuntur *Sanch. d. l. 8. §. fin. ff. de iure fisci. Secundo hinc. & Lanar. citatus loco.*

Et quamquam ius venandi inter Regalia non continetur, vti patet *ex d. tit. Quæ sint Regalia in vsib. feud.* attamen, quia Duces, Principes, Comites & Barones ius venandi, quo ad Dominium & proprietatem suis Ducatibus, Principatibus, Comitatibus, Dominiis, & Dominibus, præfe-

65 ptione acquisierunt, certum est ius venandi naturam suam Regiæ. Nam † accessorium sequitur naturam sui principalis. *Text. in princip. ff. de reg. iur. & ea quæ accessoria, de reg. iur. lib. 6.*

66 Hinc † Rom. Imperator ius venandi & bestiæ silvestres, seu iuris forestalis, vulgo *Gerechtigkeit Forst, oder Forstlehen, Wald, Holtzer, Bäcker, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & cæteris, quibus id ius* con-

Digitized by Google

neralissimus totius Germaniæ cōsuetudine, concedi in feudū, tam vt Regale, sed vt ius accessorium Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus & Baronatus seu Dominij, iuramen, vt per latissimo dicti cōcessionem ijs, qui in vita, exercitum, & quasi pellectionem iuris venandi longo & longissimo tempore sunt, nullum sit præiudicium. Non enim præsumitur, quod ius venandi, de naturali & gentium iure sibi licitū, cesserint, illudque abs se abdicarint: Vnde illis ab Imperatore & reliquis Principibus ius auferri nequit. Ratio horum est: Quia † ius venandi seu ius fore- 67
sti non amplius spectat, ad Principatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, nisi quantum est præscriptum. Atqui amplius est præscriptum, nisi quantum est possessum *l. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de interd. vtrubi. priuat. cap. auditis, cap. cum olim, de præscript. cap. cum tua, de Decimis, & cap. cum venerabilis, de religios. domib.* Inde etiam est, quod in aliquibus S. R. I. Ducatibus & Principatibus Prælatis, Ecclesiis, & Nobilibus tantum Statibus subditis Ducum & Principum vulgo *Landsassen*, nec nō in aliquibus præcipuis Ciuitatibus, Patritijs ex antiqua consuetudine, vsu & priuilegio ius venandi capras & capreolos, apros, vrsos, vulpes, lepores, perdices & aues competat.

In multis enim Germaniæ partibus ius venandi pluribus in eadem silua, ac eodem saltu, diuersis tamen respectibus competit, vti ius venandi minores ferae, *Grob, Gerech, Rot oder Schwartz wildt, oder Hochwildpretly*. Alteri minores, *Fuchs, Hasen, Reyhner, und andere Vogel*. Vnde non † incommode modus seu exercitium iuris venandi moribus Ger- 68
manorum duplicitur diuidi, & in duplicem foresta distingui potest, altera nimirum seu summa, vulgo *Hoch oder Oberforstliche Oberkeit, Herrligkeit oder Gerechtigkeit, Grob wildtwerck*, & simplicem seu minorem foresta, vulgo, *Minder oder Niderforstliche Gerechtigkeit, oder klein Wildtwerck*. Et quilibet iuris prælati patroni foresta vel foresti huic sese cōtinere debet *per text. in l. si mater. §. quæsitum ff. de excep. rei iudic. Andr. Gail de pignoratitijs obseruat. 2. 4. num. 7.*

Et † licet venatio, quæ sit ad vrsos, apros & lupos permissa sit rusticis, & agricolis *per text. in d. c. 2. nemo retia de pœn. tremend. an vide Fund. Arumen* † in quibusdam Germaniæ partibus, hæc illis, quo ad apros intendi- 69
citur, *vnd werden die wilde Schwein nach teutschem Gebrauch, in der Hochforstliche Oberkeit gefangen*. Aut illis hæc venatio ea conditione permittitur, vt apros captos & occisos Dominis fundi tradant seu transmittant.

Notandum † licet, quod is, qui habet ius venandi, possit siluam vo- 70
natorum facili ligneis cancellis in circuitum ferarum *per text. in l. in lege. ff. locati*, vbi † H. Cengere silua dicit vulgo *Hegen*. Pari ratione licebit 71

capiorum animi fuerit & præparare præda, vt. *ff. de verb. & regulis iuris. l. vino autem* & reliqua concessa intelligantur, sine quibus illud commode explicari non potest. *l. 3. & vbi habet. ff. de seruit. rustic. prædior. l. 1. §. si insuefecerit. per. §. l. ff. de seruit. distinct.*

73 Et † quoniam venatio est exercitium nobile & Regibus, Principibus, & nobilibus vnicè maximè conueniens, cum illi rei bellicæ Comites, & ceteræ bellicarum rerum artes, ipsique ad venandi practicationem immediate vtiles, & aliquot sensuum decorij & vsij roborem contra subitos acquisitione, eandemque venandi esse propriam & peculiarem Regum, Principum, Comitum, Baronum & Nobilium.

74 Hic † tamen monendi sunt Principes, Comites, Barones, cæteræque Nobiles, ne præ nimio venandi studio aliarum rerum & publicarum & priuatarum obliuiscatur, neque immoderatus venationum impetus vitiet. Nam *Cicero lib. 1. de offic.* prodigum eos vocat, qui venationum appetentia pecunias profundunt. Et *Pansa de pac. & fid. de feudis n. 103.* inquit, Principes, qui omnem operam, curamque in venationibus reponunt, non quidem fabula Actæon, (venationi enim bonitatem Bridlinus, qui in eorum numero a suis civibus diandum est, quod non obstante illud fuisse Poetæ nonnullis placet, quam quod omnia bona sua in canes & venationem insumpserat. Hinc vulgo dici solet.

Wer sich dem Jagen gar ergibt,
Wird selten reich dan Thieren mit der Zeit.

75 Deinde † hi cum are debent, vt debito tempore, citra agrorum alienorum populationem, ea exercendi animo, auspicio & placatione, quam fieri quod damnum vicinos ac fœgeribus dederint, & intulerint, illud resarcire & restituere teneantur, vt nos dicemus in loco, neque in re opportuna suam præsentiam locent per certam modo, nam tunc inter seruilia officia connumerarentur, *Andreas Tyraquell. de retract. de nobil. cap. 27. num. 149.*

SVMARIA.

1 *Venatio in aliena silua an furtum committat.*
2 *Earum rerum, quæ in nullius sunt dominio furtum non committitur.*
3 *Lex prohibens venationem non prohibens aucupium ipsum feram, sed tantum ejus venationem ex ipsa silua.*
4 *Feræ fundo non cohærent, unde dominus fundi dominium ferarum non habet.*
5 *In rebus inter socios furtum venatum retinet.*
6 *Furtum venandi ex institutione non furtivum.*
7 *Quæ damna dare † & ea debeat, & liberare solendo sui, quod si deficit, &c.*

Digitized by Google

8 *Venantes & capientes feras bestias in alienis syluis, non tenentur ad restitutionem capturæ feræ.*

9 *Venatores prohibiti ab aliquo domino prohibente, an acquirant sibi feras quas ceperint, & num. 10.*

11 *Captæ per venationem à Iudice prohibitam, an sint in animo iudicis restituendæ, & num. 19. 20 & 21.*

12 *Clericus venatione non restituere, quod ceperint in venatione sibi prohibita.*

13 *Inter venantes in alieno fundo, an teneantur ad restitutionem capturarum.*

14 *Captæ in venatione cum certis instrumentis prohibita, an sint restituendæ.*

15 *Frustra agri, si consistant in venatione, an nihil aliud, capta sint restituenda.*

16 *Venatio in loco alteri præscriptione acquisito, an teneatur ad restitutionem.*

17 *Venatio in loco primi occupato, an capta restituere teneatur.*

18 *Venatio in locis publicis, an teneatur ad restitutionem capturarum.*

22 *Animantia sunt genera.*

23 *Colem barum quando construi possit, vel non.*

CAPVT TERTIVM.

Venatio in alienis syluis & fluuiis, an furtum committat, & an & quando ad restitutionem obligetur.

Legatur post quæstio, an in alienis syluis & fluuiis venari, vel quod in idem recidit, an subditi eorum Dominorum prohibitionem ut venantes, furtum committant, & per consequens, an teneantur ad restitutionem. Ad hanc quæstionem respondeo negative, hempe ita venantes furtum non committere. Probatur hæc responsio sequentibus rationibus. 1

Primo, † earum rerum, quæ in nullius sunt dominio, furtum nō committitur: Atqui feræ bestiæ in syluis errantes, & hinc inde vagantes in nullius sunt dominio, id communiter fatentur, & prima capientis fiunt naturali acquisitione *l. 1. & l. 3. & l. quod in litteris ff. de acquir. rer. dom. & fera, Instit. de rer. diuis. §. 12. prim. & l. 3. §. item feræ. de acq. rer. dom. ff.* Ergo venantes & capientes feras in alienis syluis furtum nō committunt. Deinde leges prohibentes venationem non prohibent acquisitionem ipsam ferarum, sed tantum vsum venationis ex iusta causa. Nam vsante prohibitione feræ bestiæ nullius erant, ita & post nullius sunt, adeoque capientis efficiuntur, nec prohibito domini cum effectum operatur, quod ea animalia, vel ipsius efficiantur, priusquam capiantur, vel postquam eo prohibente fuerunt per alios capta, in ipsius domini non capientis dominium transeant, *Conan. 2. part. com. 24. part. §. 1. n. 2. & 3. versic. 3. de reg. iur. in 6.* 2 3

Igitur

4 Iuxta † venantes in alienis syluis eadem cõtra prohibitionem, si eorum non committatur. Feræ enim statim non cedunt venantes in illo commorantur, nec ex eo nascuntur, unde ex non pertinent ad dominum fundi, nec dominij, cum quæ in ipso quæ nullius sunt, & in communi dominio à cæ-
5 lestium, non plus iuris habeat, quam quilibet alius. Multo † minus licet potest, ioris venandi fieri furtum, cum in sebus & iuribus incorporalibus furtum non committatur. Ratio est: Quia incorporales res, vt iura & seruitutes sunt, furtum patiuntur *l. furtum 3. incorporale. ff. de furt. quia res dom. mancipabiles. sicut de res. corporalib. & incorporalibus, quod autem. subsit. de usucap. ff. sicut furtum, in verbis. Iustit. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Quæ-
quam quis in quasi possessione rerum, & iurium incorporalium turbari possit: Quo casu competit turbato contra turbatorem interdictum vti possidetis, de quo suo loco agemus.

6 Præterea, † omnis fur, præter cætera peccata, quæ incurrit, tenetur ea cum ad restitutionem rei furtiuæ adhibere, peccatum enim non dimittitur, nisi restituatur ablatum. *cap. peccatum. & ibi gloss. & Doctores. 50. dist.* Nam sine ullius rei ablatæ pœnis publicis pœnâ, restituere tenetur damnum. Ex eorum autem ictu & damna obligat eos ad restitutionem damni, potest lædi, autequam Iudice puniantur, punitio autem, quæ in vindictâ publicam irrogatur, est compensatio iniuriæ Reipublicæ illatæ, *l. ita vulnerauit. ff. ad l. Aquil. & cap. vt fama, de sent. excom.* quæ non liberat a debito, quin parti obstringatur.

7 Cum, † qui duobus diuersis res debet, non liberetur soluendo vni, quod ei debet, nec soluendo vni, quod alteri debet, *cap. ex te, de iureiur. cap. sicut dignum. 1. qu. de homicid.* & consequenter, qui publicam pœnam pulsat, habuerit, quo priuato damno satisfaciat, soluere debebit. *Ioannes Andr. Ostiensis, & alij.* refert & sequitur *Martin. Nauar. in Enchirid. confessarior. cap. 17. num. 25.*

8 Verum † Venantes & captentes feras bestias in alienis syluis eâd prohibita venatione ob venatoris vtilitatem vel temporis rationē, aut propter aliam causam, vel publicam, vel priuatam, non tenemur in foro cõscientiæ, & animæ iudicio, ad restitutionem huiusmodi ferarum. *Ioan. a Medin. de restitut. quæst. 12. gloss. recepta, in confessionali, q. 3. 2. Nauarr. in Enchirid. in confess. cap. 17. num. 124. & Cenarr. d. §. 8. nu. 2. & 3.* Iquitur venantes in alienis syluis de feluibus, etiam contra prohibitionem, furtum non committunt: Et consequenter, non obligantur ad restitutionem. Maior propositio satis patet: Minor vero argumentationis pars præter præ dicta probatur. Nam si quæ obligatio ad restitutendum per venationem prohibitam contingere posset, ea esset deducenda in sortem communitatis, quæ per venationem infringebatur ac lædatur, verum hæc minime

in fangient, cum nullum dominum domus dominio prohibeant, siquidem capræ bellæ nullius sunt, nec ea venatione sit feræ domino quod suæ fiet propinum, vel ei debitum. Nulla igitur est obligatio ad restituendum. Et per consequens nullum est commodum sortum. *Conar. ib. loco.*

Denique hæc ipsa sententia confirmatur ex *Lege feræ, §. de acquirendo rerum dom.* ubi dicitur, capta fieri capientium etiam in alieno fundo, quamvis domino quoque prohibente sint capta. Et hæc est communis Doctorum sententia, *in l. domus, ubi glossa de furt. notat. ex gl. Angel. & Fab. in d. §. fera, Castren. in consil. 118. Burgund. Rubr. 23. §. 2. Salon. ibi n. 2. Sichard. in cod. 3.* Licet enim grauis iniuria fundi priuati dominus patiatur, si venator quis ipso inuito & prohibente ingrediatur, *l. ex traditione, §. fin. ff. de contr. & d. d. empt. & d. l. fera, versic. plane*, attamen ex hoc venator, qui domino venandi fundum alienum ingressus fuerit, non tenebitur ad restitutionem eorum aut ferarum, *Angel. & Castren. in d. l. domus gloss. in d. §. de acquir. rer. dom. Bart. in l. 1. §. summa, ff. ad sct. Rhod. ejt.*

Nam † licet lege humana ab domini iniuria prohibitum sit, ne quis 9
eius fundum ipso inuito ingrediatur, ex hoc tamen acquisitio animalium feratum, quæ intra eum fundum in nullius bonis sunt, non est impedita, nec per hanc prohibitionem fera ipsius fundi domino applicantur, nec earum proprietas efficitur ipsius: sed illæ fiunt mere naturales, et primo capienti hanc, ita etiam hoc primo prohibitione. Quia si fera ipsius fundi primarii essent propriæ domini fundi, ex consequenti, vel per applicationem legis, vel per occupationem: Atqui nullo horum hæ domus. Ergo fera adhuc communes manent, nec in illius sunt bonis, intra proprium iuris naturalis obligationem: Lex equidem humana prohibens, ne quis inuito domino agrum alienum ingrediatur ad venationem exercendam, non impedit animalium, quæ nullius sunt, primi occupantis acquisitionem, nec ea animalia applicat Domino fundi, donec & ipse dominus ea occupauerit iure naturali: Ideoque † venator ad restitutionem 10
non tenetur, eorum quidem animalium, quæ à domino fundi non fuerunt occupata, cum res non potest absque obligatione restitutionis obtineri, quamdiu lex humana hæc in animo, siue obliuiam causa impedit primam alicuius rei acquisitionem, constituto autem prohibente venationem cum pœna, quod capium à venatore pertineat ad dominum fundi, prohibentem venationem, non per hoc impedit primam illius rei acquisitionem, sed tantum sanxit eam domino fundi restituendam in pœnam venatoris ingressus: Vnde, donec iuxta secundum eandem legem, per sententiam condemnauerit venatorem ad restitutionem legemque ipsam exequatur, minime in conscientia, foro venator tenebitur ad feratum restitutionem, *Conar. d. §. fera. n. 6. & c.*

10 Ex † quibus tandem apparet, quid respondendum sit ad ea, quæ *Ioan. Med. & alios* adduxi *num. 7.* scilicet dari venationem *Regiam*, & non *Regiam*, & non *Regiam* Christianam, & Turcam. *Ioannes Lupus ad Rebuff. tit. de & locis, de Gregorio tract. de feud. cap. 8. & cum sequentibus num. 3.* existimantes ceptos per venationem a Iudice prohibitam, non illicite ipsorum capi animalia, & in fructu Ecclesiæ, vt per Iudicem possint ea tolli a capientibus, in pœnam criminis illorum procedit ratio, verum inde non sequitur, ventores, ipsos esse fures, animalia per venationem capta propria non facere, neque ideo in foro conscientiæ teneantur ad restitutionem, quamvis graviter peccaverint contemnendo & transgrediendo Iudicis præceptum. *Couarr. d. 1. num. 4.* Atque ita est intelligendus *glossus d. § fera*, qua decidit, ingredientem fundum alienum inuito Domino, venandi aut aucupandi gratia, non facere capta sua. Intelligo ita enim ibi, quod ad forum externum, quo venator ad restitutionem teneatur, non autem quod in foro conscientiæ, & animæ iudicium quoad restitutionem non obligetur, hoc ipsum deducens *Couarr. d. num. 10. vers. 10. tertium quæritur.*

11 Hæc † ipsa sententia, quæ teneamur contra prohibitionem venari, non tenemur ad restitutionem, ampliatur primo, vt habeat locum etiam in clericis, quos licet his prohibita venatio, quicquid tamen illicite venando ceperint, non tenentur in animæ iudicio restituere.

12 Secundo † extenditur etiam, quo ad laicos, quibus est interdicta venatio tempore feito, ne retrahantur studio venandi a diuinis officijs, prohibent vtique hæc amplectitur *glossus* & *Ioan. Andr. Ioannes Faber, & alios quos refert Couarr. d. num. 11.* eo tempore, quis venationem exerceat, male quidem agit, sed non tenetur ad restitutionem eorum, quæ per venationem habuerit.

13 Tertio † ampliatur, vt procedat, etiam si aliquid coperit in venatione prohibita, cum certis prohibitis instrumentis, *Ioan. Med. in dict. quæst. 12. & Martin. Hanar. d. cap. 17. num. 124.*

14 Quarto † ampliatur, vt procedat, etiam si fructus agri prohibiti a domino, ne quis ibi ingrediatur venandi gratia, consisterent in venatione. *Ioan. Med. in d. loco*, quæ quidem in foro exteriori contractum obtineat, *l. 1. item § fundi. §. aucupiorum ff. de usufruct.* Quis feræ existentes & euntes in alienum fundum, non sunt fundi proprius fructus, nec ex pertinent ad vsufructuarium iure dominij, cum ipse in his quæ nullius sunt, & iure naturali communia censentur, non plus iuris habeat, quam quivis alius, *Couarr. d. § 3. num. 3.*

15 Quinto † existimant, etiam si quis venetur in loco alteri præscripto, ac quidem tam in foro conscientiæ non teneatur ad restitutionem, quam in foro exteriori non teneatur, *alleg. in glossum d. § fera, secundo de rer. diuis.*

Digitized by Google

Secundo † ampliatur, vt habeat locum, etiam si quis venatus fuerit in lo- 17
co alieno per priuilegium Principis concessum, nam & hoc casu non tenetur, nisi in foro exteriori restituere. *Caiet. & Sotus, vbi supra.*

Denique † ampliatur hæc sententia, vt procedat etiam in venatione 18
prohibita, in locis publicis, per inferiorem à principe absque iusta causa, qui tamen priuilegium, aut priuilegia non prohibendi acquisiuit, si quis aduersus hanc prohibitionem venetur, sibi acquisiturus, quæ ex venatione habuit, nec tenebitur in foro conscientiæ restituere. *Caiet. d. 64. a. 10. versic. septimo.*

Capta † tamen prohibita venatione, tribus exhibetis fiunt restituenda, 19
vnde limitatur supra dicta elementa, primo. Quando ius in præmissis venantis in loco prohibito obligaret ad restitutionem, nam eo casu, post fera etiam restituere teneretur, nec sufficeret, nisi ius dicat, quod eo ipso restituere teneatur, absque alia declaratione.

Secundo † limitatur, quando aliquis emeret ius venandi à Principe in 20
aliquo certo loco, nam tunc, si quis caperet feras in dicto loco, ob damnum emenli tenetur restituere, vel ad ius esse.

Tertio † limitatur, quando venatio esset in fructu, vti contingeret in ani- 21
malibus in locis, nam tunc, quando ædificia bonorum, consistit in venatione tantum, si quis in talibus locis prohibitis, non ea animalia, quæ aliquid caperet, teneretur restituere, quia de se nisa.

Circa † aucupium vero notandum est, aues esse in triplici differentia. 22
Nam aliæ sunt mere syluestres, & harum aucupium defendere, etiam in fundo proprio aliquem est. *Doctores in § feræ, Instit. de rer. diuis.* quandoquidem nullibi, nisi per modum transitus, commorantur: Aliæ sunt prorsus domesticæ, quas furi, seu omnino furtum est, & ad restitutionem tenetur. *§. gallinarum, Instit. de rer. diuis.* Aliæ sunt mediæ, vt columbæ, quæ nec prorsus domesticæ sunt, nec prorsus syluestres: tunc si lex municipalis prohibeat, vt infra certum locum non capiantur, tunc si capta fuerint infra dictum locum, iudicatur de his, sicut de domesticis dictum est, non tamen sunt eodem egore vindicandi, sicut de ipsis columbario illas forsan vbi autem nullæ sunt leges ciuiles, sed solum ius naturale disponit, quod nemini, reclamantibus aliis, qui eas circum circa habent, damnū † 23
sunt acceptandi, licitum fit columbarium extruere, quando maxime inferretur ingens damnum, & dominio palumbum non esse sufficiens, pro columbarum numero, in columbario existentium, aliquin columbarium extrui non posset, quia ho, genus auium non solum est in eis, verum etiam ratione fœcundationis est vtilissimum. *Reginaldus Republica, ita Dominicus Soto lib. 4. de iustit. & iur. quæst. 4. artic. 4.*

SVMMARIA.

1 *In aliena silua & loco prohibito venantes teneantur in solidum.*
2 *Iouare quando vel deberet.*
3 *An pœna arbitraria ad mortem extendi possit. & num. 11. & 12.*
4 *Venantes in loco vetito an pœna capitis, aut mutilationis alicuius membri puniri possint.*
5 *Venantes in loco prohibito tenentur ad æstimationem damni, quod per venationem domino prohibenti dedit.*
6 *Per venationem prohibitam quæ fit habenda ratio animalium.*
7 *Venatores tenentur ad damnum, quod agri Domini ex sentibus & sepibus iniuriose & num. 16.*
8 *Venantes in loco publico ex causa condemnationem, non tenentur ad restitutionem capturarum ferarum.*
9 *Interpretatur quis esse non debet, ut mortem, vel membri mutilationem inferat.*
10 *Venatores quidnam ex iure gentium.*
11 *Pœna arbitraria vel ordinaria aliter, & tribus modis.*
12 *Quæ pœna venantes in loco vetito puniri possint, & num. 15.*
13 *Tres gradus pœnarum in puniendis venatoribus clandestinis seu clamorialibus observandi.*
14 *Plures differentiæ & circumstantiæ inter venatores in loco prohibito venantia notandæ, & num. 18.*
18 *Adhortationes ad Principes & Dominos terrarum.*
19 *Prohibens venationem, & venatores, tenentur restituere damnum illatum alienis agris.*
21 *Quæ actiones prohibito venationem, & venatores, ad refarciendum illatum damnum competere possint.*
22 *Laqueos & decipulas ponere, vel foueam fodere, in alieno venandi gratia an liceat.*

CAPVT QVARTVM.

Venantes in loco vetito, an corpori vel peculiaria pœna plectis vel puniri possint.

1 QVamquam † in aliena silua & loco prohibito venantes furta non committant, vi tamen capiendi & diripiendi prohibentibus, & per consequens † pœna furti puniri nequeant, attamen vi iniuriam tenentur, *l. 3. §. penult. ff. de vi bonor. rapt. l. 1. §. 1. ff. de seruit. rust. præd. l. 2. in fin. Cod. de seruitut. & aqua. l. 2. in fin. Cod. de seruitut. & aqua. l. 1. §. 1.*

Iouare

Iniuriæ † autem pœna est arbitraria, §. in summa, Inst. de iniuriis. Ac 2
† pœna arbitraria ad mortem extendi potest, glos. in d. §. In summa, vers. Extraordinaria, quam plures sequuntur, quos recenset, Ioan. Matthæus in specula sua de verbis iudiciarum, part. 4. dub. 10. n. 19. & 20. & alios, n. 6. præsertim vbi in principem delinquitur, Bald. Roman. Cinc. & Dd. in ex literis, de constit. Vnde Guido Pap. dec. 218. dicit in Delphinatu arbitrariam & quidem capitis pœnam venationes esse prohibitas. Audiui † ego quibusdam Germaniæ locis, quosdam contra prohibitionem venantes 3
in aliquorum Principum, Comitum & Baronum (vulgo venatoris & silibus, qui cervos cum instrumento ad clibanos vel boreandæ (vulgo *Bux* appellant) transferunt, transferebantur, ac deprehensi, vinculo supplicio, nempe pœna capitis fuisse punitos, quosdam amputatione manus dextræ mutilatos, quosdam dextro oculo orbatos, quosdam denique gravissima pœna pecuniaria fuisse mulctatos. Quod profecto crudele & ab omni humanitate valde alienum est. Nam postquam Deus creauit hominem, potestatem ei dedit super omnia animalia, pisces, ac volucres *Gene. 1.* Quare testimonium diuinum habemus, neminem eorum causa, pœnam capitalem, vel etiam corporalem inferri posse.

Vnde ego hac in quæstione plane existimo, & indubitanter concludo in locis certis venatores pœna capitis, aut mutilatione alicuius membri puniri non posse, nec obligari omnino ad restitutionem ferarum animalium, neque ad eorum æstimationem, sed † tantum teneri ad 4
æstimationem damni, quod per venationem domino prohibenti, qui iure & iusto in locis prohibitis venari iussus erat, illatum est.

Ita † hac vere æstimatione habenda est ratio animalium, quæ nisi pro- 6
hibiti venati fuissent, dominus prohibens, ciusq; fattores, vulgo *Forstmeister*, vel ipsius conductor habuisset, quæque fecisse per apprehensionem. Deinde habenda est ratio venationis, quæ in prohibitis locis per dominum prohibentem exercere fuisset. Hoc ipsum docuerunt *Ant. Mediol. tract. de restit. quæst. 12. & Conarui. c. peccatum, 2. part. §. 2. n. 2. vers. Præterea, de reg. iur. in 6.* vbi † etiam dicit, quod venatores omnino te- 7
nentur ad damnum, quod agri domino intulere in fructibus & segetibus, etiamsi expressa prohibitio non fuerit præmissa, cum ipsi sciat tacita, quod ad illud damnum. Neq; venatores in locis prohibitis, aute condemnationem tenentur ad restitutionem ferarum capiarum, vti superiori capite fuisse probauimus & tenet etiam *Dominic. Soto, de iustit. & iur. lib. 4. quæst. 6. art. 4.* Et † quanquam in locis certis venantes iniuriarum re- 6
nemus: Tamen iniuria pœna tanta esse non debet, ut morrem, vel membri mutilationem inferat, *Felin. in cap. ex literis, n. 21. de constit. per l. vlt. ff. de iniur. Matthæus citatus loco.* Præsertim cum hic in principem, vel Prin-

capem, & ad violandam eius personam maleficiatemque non delinquatur.

10 Neq; † venationes ad regalia pertineant. *Tyraquel. de nobilit. c. 30. nu.*
11 *150. & Dec. cons. 197.* Nec† denique, poenas arbitrarias ad mortem extendatur, nisi in delicto morte digno, prout fuit & late tradit. *Marant. allegata d. §. n. 62. & sequentib. & eorum disput. 3. n. 5. & aliquot sequentib.* Nec obstat *gl. in d. §. In summa Inst. de action.* Nam loquitur illa de poena capitis,
12 non autem de poena mortis. Atqui † in Iure clarum est quod poena capitalis intelligitur altero de tribus modis, scilicet de morte naturali, de morte civili, & de exilio seu deportatione, *l. 2. in prin. ff. de poen. l. 1. ff. de publ. Iudic. notat gl. in l. 1. & 2. ff. ne uxor pro marito, ff. de accus. recolligit in l. sed & si quis, §. 1. ff. si quis cautionibus.* In dubio autem quando lex, vel statutum imponit poenam capitalem, seu capitis, semper intelligitur de mitiori ex illis tribus, scilicet de exilio, seu deportatione, *gl. est notab. in l. unic. C. de Iudic. Christ. municipes teneat. Baldus ibi, & in l. C. qui revocari non poss. Idem in Leg. quicquid, gl. 4. vers. sed circa istam, C. de sent. pass. Ioan. de Imol. in d. l. 2. ff. de publ. Iud. Marant. d. ff. nu. 61. & d. disp. 4. num. 6. Emeb. Negotiat. tract. 2. observat. 47. Cumul. ad d. §. in summa. & alia relata per Cagnol. ad Cap. super his, de accus. Mascard. de Assist. dec. 21. n. 12. & 13.* quod communis Doctorum opinio sit contra, *vbi sup. in d. §. in summa.* Et quanquam *Marant. d. disp. 1. n. 69. & d. disputat. 3. sub nu. 14. dicat*, opinionem illam, quod nimirum Iudex in arbitrariis possit arbitrium suum extendere ad poenam mortis naturalis, esse communiorem.

13 Aequior † tamen, mitior, & tutior est opinio negativa vti habet addidio. *ad Marant. d. disputat. 3. sub nu. 14.* quae allegat, *Felin. in cap. ex quisitione, de accus. Alexand. cons. 122. in fin. lib. 7. Cravet. cons. 202. n. 1. & cons. 224. nu. 2. & 3.* adeo vt tenendum, Dec. sibi contrarium *in Leg. quicunque, ff. de Iurisdict. omn. Iud. in dic. Assist. dec. 276. n. 9. Grammat. Cons. 39. nu. 48. & cons. 8. n. 2.* Hanc eandem sententiam Equit. 2. *Chassan. super consuet. Burgund. fol. 43. n. 2. & Iul. Clar. in prax. crim. §. fin. q. 85. n. 11.* vbi plura allegat, ac dicit, ab hac sententia in indicando nullo modo esse recedendum. Pro hac sententia facit, *l. hodie, l. respiciendum, ff. de poenis, & ea, quae de sent. ex com.*

14 Vnde † existimo venantes in locis vetitis, ob inimicitias illatam Dominis prohibentibus venationem, tantum puniri posse, exilio, deportatione, seu amissione civitatis, vel patriae, aut relegatione in insulam, vel alio certum locum, & hoc non ratione venationis prohibitae, sed contumaciae, & contemptus. Nam si abest contumacia & contemptus, crudele esset, poena corporali deportationis, inimicum, exilii, vel relegationis hos pleebi, sed facinorosos esset. Si ablatis plagis & instrumentis duplum, aut triplum soluant. *Dominic. Soto supra citatis locis.* Quae sententia & pia & rationi

equita-

sequissimo consentaneum est. Quintino ¶ venantem in locis prohibitis pri- 15
mo deprehendi vice occidi, vel non lari non posse, licet id fortassis, vel ex
fœcunditate indoctum sit, cum homini odi severitas exercenda non sit, nisi
in conductos venari in locis certis, & consuetos: nam eiusmodi in
puniendi etiam prima vice, multa est, & qui eam levarent, peccarent mor-
taliter. *Sylvest. in summa, verbo restitutio, 3. q. 2. §. quarum. & verb. venatio
sibi S. Antonin. ab Azpilcueta in Enchirid. confessarior. c. 17. n. 121.*

Ideoq; ¶ Iean ac principibus, & reliqui Dominis rer- 16
rarum, ne omnia prohibitionum venantibus in suis syluis, lacubus, & fo-
restis, acerbas & crudeles pœnas statuant, cum ita venantes furtum, aut
latrocinium non committant, sed rectè velut gradus pœnarum in puniendis
venatoribus clandestinis, seu clanculatis obseruent. Primo venantem
in locis vetitis, prima vice puniant carcere, vel pœna pecuniaria. Se-
inde, vt venantem deprehensum secunda vice, multetur implicata pœna
carceris, vel pecuniæ. Tertio, si quis tertia vice venari deprehensus fue-
rit, poterit talis tanquam contemptor perditus pœnarum, nec non peri-
turus eo quod iuramento renuntiarit venationibus in locis prohibitis pœ-
na corporali secundum conditionem personæ, qualitatemq; facti puniri.

Et ¶ quia placet illud differentiæ inter venatores, qui vulgo *Wilderer*, 17
oder Wildbrets schatzer appellantur, & eum aliquem, cognomine alienæ
fortunæ, de tuum vel alium venandi gratia ingressum, & ideo non venandi
non processit, & talis non punitur, *glos. in signis non dicenda esse, & ibi
Bald. C. de Episc. & cler.* Vel quia morte prævenitus fuit, vel pœnitentia
ductus, non quod in actu venandi deprehensus, impeditus fuit: Vel cum
aliquis paupertate vel fame oppressus, venatus est, vel si bi aliquis vix exi-
guam articulam corripiet. Hæc & similes circumstantiæ possunt factum &
pœnam vel minuere vel augere. Quilibet autem Magistratus debet ex
iuncto sibi officio, nō ex priuato affectu, quo plerq; proh dolor in his
lenibus causis venationum, piscationum & aucupiorum seducuntur, sed
secundum bonam conscientiam, ex allegatis & probatis satis informa-
tam venatores, qui in locis prohibitis venati sunt, punire, ac sequentes
circumstantias diligenter perpendere.

Primo, ¶ quid deprehensum venatorem ad venandum permouerit. 18
Nam si quis ex ira nocturnam bestiam in fundo proprio occidisset, hic tan-
quam venator temerarius puniri non posset.

Secundo considerari debet persona, verum sit honesta, vel levis, & an
ea sit ex suis servilis, vel inservilis.

Tertio perpendi debet locus. Nam vbi quis in spelæis, & diabulis alio-
rum ferarum, vulgo *in hohlen Wildfuhren, da der Wildbrets sein Stand
hat*, venatus, feras vulnerare, ac capere, magnumque damnum

paret, is profecto aliter puniendus esset, quam qui solum in syluam & latum ingressus est.

Quarto ponderari debent qualitates, vt, an vi armata, animo fe cundi, & an in despectum & contemptum Domini, quis venatus fuerit.

Quinto considerari debet tempus, an interdiu, vel noctu vel alio tempore prohibitum, & præsertim quando fere grauiora & ferarum nutrimenta, quæ venatus sit.

Sexto perpendi debet numerus percussarum capturumque ferarum.

Septimo ponderari debet euentus seu effectus, an voluntas in actum redacta fuerit, vt enim quis indagauerit, ferarum, in illarum, arcubalistam, seu bombardam onerauerit, feramq; tamen non transfixerit, nec vulnerauerit, & multo minus cæperit.

Hæ & similes circumstantiæ, quamlibet pœnam, eleuant & exasperant, seu exacerbant, vel minuunt & mollunt, *l. aut facta. §. fin. & ibi Doct. quæ requirunt ff. de pœnis.* Vnde Iudex rationem habere debet harum circumstantiarum in non communibus & arbitrariis pœnis, & earum debet, & valet facultatem pro meritis pœnarum temperare, *l. §. fin. & ibi quæ notant gloss. & d. l. respiciendum. ff. de pœnis.* Nam mitis communis non exasperandæ, sed mitigandæ esse pœnas statuunt, *l. Præses. l. facit. de legum, l. interpretationes, & ibi gl. ff. de pœnis. l. scitum. §. fin. ff. de reg. iur. c. pœna de panitent. dist. 1. gl. in c. de causis, de offic. del.* Quamobrem Iudex mitigare debet pœnam, si circumstantia aliqua & qualitas minuat delictum, vel e contra, pœnam exacerbare, si circumstantia & qualitas delicti hoc postulet, *d. l. aut facta, §. fin. l. si quis aliquid, §. qui alios. eod. ff. de pœn. l. 1. C. ad l. Iul. repet. l. quid ergo, quæ notant & ibi gloss. verb. honestiori. ff. d. his, qui not. infam. l. si seruis. C. ex quib. caus. infam. irr. gr. cap. vlt. de tregua Dei. cap. 1. & si Cler. ci. §. de rebell. de iudic. & d. c. de causis, de offic. del. Bart. in d. l. quid ergo, §. pœna grauior, Gandin. in tit. quando pœn. aug. pos. Gramma. v. 12. 3. Affict. consil. 1. Blasphemantes. Cauar. variar. resolut. l. 2. c. 9. num. 3. idem practic. quæst. cap. 54. vir. fin. Iul. clar. in practic. crim. quæst. de pœn. in. & maxime, n. 21. & quæst. 85. n. 10.*

19 Hic † tamen rursus admonendi sunt Principes, & Domini terrarum, qui ius foreliæ seu bannum syluestre (vt appellant) habent, & venationes tam in locis publicis, quam priuatis, ac etiam subditorum proprijs prohibent, vt innoxios habeant saltus, ne feræ in proximorum agros gregarium excurrant, & fata magno ioupetum dolore & damno depascantur. Nam † scire sit, tenetur omne damnum a feris, messibus ac segetibus datum, & illarum plane relationes, ac restituere, nisi cum Diuite Euangelico petire velint, *Caiet. in tract. 17. quæst. c. 12.* Nam Domini, vbi prohibita venatione, causam dederint animalium multitudini, ex qua vicino-

Digitized by Google

vicinorum præ fila damno afficiantur, teneatur, vel feras includere aut eorum mansuetum naturam extinguere, aut saltem diminuere, vel pœnam hoc casu ex consuetudine, aut arbitrio damnum æstimare. Quæ sententia non solum pia, sed etiam iuri & æquitati valde conformis est: Et probatur argumento *l. 1. §. ult. ff. quadrup. paup. fec. dic. Idem Alfen. §. Item cum ea ff. ad l. Aquil. Iherem. l. ff. generaliter, & ibi quæ vulgo, ff. de aedil. edict. Conar. d. c. peccatum, 2. par. §. 6. n. 1. idem reg. iur. in 6. Alexan. ad Ecclesiast. 2. c. 17. subnu. 14. & n. 15.*

Et ad æstimationem damni dati vtili *l. Aquilia*, vel de pasto pecoris 21 actione tanquam ex edicto si quadrup. paup. fecit, dicatur, domini communiter pollunt. *text. in c. si §. quod si animalia, de iniur. & dam. dat. & ibid. per verb. animalia, text. in l. si. C. ad l. Aquil. & in l. quamvis ff. eod. & ibi dicam super actione, & in l. qui seruandarum ff. de præscr. pr. verb.*

His † omnibus addere libet, quod etsi in alieno venari permissum sit, 22 domino contradente, laqueos tamen, & decipulos ponere, vel foueas fodere, venandi causa, inibi non licet, quemadmodum nec positum habere alibi, seruitutis iure, *l. quemadmodum, in prin. & §. 1. ff. ad l. Aquil. §. nemo retia de pace tenend in visb. feud l. si quando, §. 1. ff. de seruit. vend.* In fundo tamen proprio licet facere foueas, dummodo non faciat in itineribus publicis. Nam si transeuntes boues, vel alio quod aliud animal deterret, vel fictum esse deterius, dicemus *l. Aquilia* ad relarcienduin damnum tenetur. *c. qui foueas, iuncta. l. seq. in prin. ff. ad l. Aquil.*

SVMMARIA.

1 *Qui feras viuarijs & Leporarijs inclusas & pisces in piscinis, aut stagnis captos, furtum committunt, & tenentur ad restitutionem, &c.*
2 *Viuaria quæ dicantur.*
3 *Piscina quid sit.*
4 *Stagnum quid sit.*
5 *Lacus quid.*
6 *Furtum fit in animalibus quæ habent consuetudinem eundi, & redeundi, & num &c.*
7 *In Viuarijs ab ipsis animalibus naturaliter factis, an furtum committatur.*
9 *Venator arte & industria educens feras extra locum prohibitum, qui muro vel sepimento cinctus non est, non tenetur ad restitutionem animalium.*
10 *Arte & fraude columbas deducens ab alterius columbario, & ad suum perscabens tenetur ad columbarum restitutionem.*
11 *Intellectus l. 3. §. item feras, ff. de acquir. rer. dom.*
12 *Quatenentur pœnam soluere pisces ex stagno, lacubus, & viuarijs lienis.*

13 *Capiens piscem in alterius flumine non inclusa quo ratione sit quærendus.*

14 *Interdictum constitutionis penalitatis Caroli II. & num. 8. & seq.*

15 *Hodie in Germania sive omnia stagna, lacus & plures fluvii, non navigabilia non sunt publica, vel communia, sed privata, &c.*

16 *Prohibentur nonnunquam piscationes in fluminibus publicis, & navigabilibus.*

17 *Princeps concedere potest alicui, ut ipse solus liceat in certa parte maris, vel fluminis publici piscari.*

18 *Piscans in privato flumine non incluso furtum non committit.*

19 *Pisces in rete capti sunt occupantis, & non domini retis.*

20 *Piscans in alieno, & privato flumine non incluso, vel ex alterius retibus, cassibus seu nassis pisces capiens tenetur injuriarum.*

21 *In alieno vivo vel flumine piscans, an teneatur ad æstimationem piscium captorum.*

22 *Piscator & venator qui in foro judiciali condemnari possint ad restitutionem in alienos effectum.*

23 *Piscator & venator an etiam in foro conscientiæ teneantur ad restitutionem piscium, & animalium captorum.*

24 *Condemnatus in foro judiciali, an teneatur pœnam soluere in foro conscientiæ.*

25 *Piscari in fundo alieno an, & quando quis possit.*

26 *Pisces egressos inundatione e stagno meo, an & quando vendicare possim.*

CAPVT QVINTVM.

Furtum committunt, qui feras inclusa muro, vel sepimento, & pisces in piscinis, aut stagnis repositos, capiunt & auferunt.

1 ILLVD † tamen prætermittendum non est, furtum illos committere, qui feras, vinariis & leporariis inclusis, nunquæ pisces in piscinis, aut stagnis repositos, capiunt, & auferunt. Probatur hæc conclusio, ratione commutativæ justitiæ, a qua dedicitur obligatio restituendi, ex causa iniquæ acceptionis, quæ processit in damnum alterius; injuriam proximi, cujus propria res capitur & aufertur. Nam tales feræ & pisces a nobis possidentur, & custodiæ nostræ fabricantur, unde qui tales capit, contrectat rem alienam, invito domino, & proinde per consequens, furtum facit, §. *Gallinar. Instit. de rer. divis. l. 3. §. item feræ. ff. de acquir. poss. l. Pomponius scribit, §. Idem Pomponius ff. famil. hercis. & l. 2. ff. usufruct. earum venari, §. si in vinariis ff. de usufruct. & quemadmod. quis, ut.* Ex quibus infertur venatores, & piscatores venantes & piscantes in hujusmodi vinariis, piscinis & stagnis, teneri ad restitutionem animalium, & piscium captorum, & præterea pœnas furti puniri posse.

Vinari-

Vivaria † vt hæc vocabula obiter explicem, dicimus locum, in quo vel 2
aues, vel pisces, vel feræ continentur ad victum humanum, hominum
quidem industria animalibus in eum locum immissis, vt nutriantur, aliis-
que pro genere ad mensuram delicias, *d. stagnis animarum verum. §. vi-
vinarius. Plin. lib. 9. c. 54. & lib. 8. c. 22.* Idem leporarium dicitur, & cuniculi-
rium, Propriæ tamen piscinæ, vbi pisces continentur. Vivaria dicuntur
etiam Columellam, *lib. 8. c. 1.* loci, vbi mansuetus clausis pecudes, syl-
stres custodiuntur. Piscina † vero est aqua, in qua pisces humana indu- 3
stria mittuntur, vt ibidem nutriantur. *Varro lib. 3. de re rust. c. 3.* Piscinas
vocat eas, quæ aqua dulci aut tecta inclusa habent pisces ad villam. Pisci-
næ alio nomine vivaria quoq; vocantur.

Stagnum † a stando dicitur aqua stans. *Plin. lib. 2. c. 63.* Postremo lamen- 4
ta circa piscinæ stagna. *Virgilius.* Stagnum pro parte maris profun-
dissima ponunt, quod ea minime moueatur, semperque stet ac qui-
escat.

Emissamq; hyemem sensit Neptunus & imis
Stagna refusa vadis.

Stagnum a Iureconsulto, *in l. vnic. ff. vt in flum. publ. nauig. lic.* dicitur,
quod temporalem continet aquam in ibi stagnantem, quæ plerumque
hyeme cogitur, nec fluit, nec refluit.

Lacus † vero est, qui perpetuam habet aquam. *d. l. vnic. §. Lacus, ff. de* 5
acquir. rer. dom.

Ampliatur, † supra in principio huius capitis posita conclusio, primo 6
vt vera sit, etiamsi hæc animalia ab his locis exire soleant, dummodo ha-
beant consuetudinem eundi, & redeundi, §. *pauonum*, §. *apium, instit. de
rer. diuis. l. naturalem*, §. *apium, & §. pauonum, de acqui. rer. dom.* Cum hu-
iusmodi animalia non habeant libertatem omnino exeundi loca septa.
Idem est in apibus priuato alueo inclusis, & de ceruis priuatę syluæ inclu-
sis, *d. l. 3. §. Item feras. ff. de acquir. poss.* Procedit † tamen, quando hæc vi- 7
uaria, Leporaria, piscinæ, & stagna facta fuerunt, priuata hominum ope-
ra, quod si ab ipsis animalibus naturaliter facta fuerint absque industria
priuatorum, secus erit, *d. §. apium, Instit. de rer. diuis. Couar. c. peccatum, 2.
part. §. 8. n. 14. vers. Primum hinc.*

Secundo † ampliatur, vt huiusmodi animalium restitutio fieri debeat 8
eorum priuato domino, etiamsi capta fuerint extra locum, quo inclu-
duntur, dummodo consuetudinem eundi & redeundi non amiserint.
Adhuc enim propria forma illius, qui ea inclusit, *Ioan. Medina tract. de re-
stit. quæst. 12.* Verum † si vetuerat arte & industria educat feras & animalia 9
extra locum prohibito, qui tamen muro vel sæpimento cinctus non sit,
non tenetur ad animalium restitutionem, licet quandoq; obligetur ad damni-

ea hac venatione illata, compensationem, ad nihilum autem teneatur venator, qui feras & animalia vasa locum vetitum absq; ulla eius fraude digressi, ceperit & occiderit, *Covar. d. loco, vers. Secundo limita.*

10 Tertio † ampliatur supra dicta conclusio, Vt si quis arte & fraude columbas ab alterius columbario, ad suum pertrahat & alliciat, femina spargendo, teneatur ad restitutionem etiam in animæ iudicio, nisi paruitas excuset, *ofterius Abedin. in 4. de restit. quæst. 3.* Et quia foro iudiciali puniendus, per ea, quæ scribit *Cepola, de feris ii regis prædictis, de Calvo barrio, & Andrea Gaiano*, quem refert *Couar. d. loco, vers. 3.* Non tamen tenetur is ad restitutionem, qui principaliter intendit suas columbas pascere, & retinere, ne alio euocentur, *arg. l. si quis nec causam, ff. de reb. cred. Martin. Navarr. in Manuali confessorior, c. 17. n. 127.*

11 Cæterum † his, quæ supra de viuariis, piscinis & stagnis diximus, refragatur textus singularis, *in d. l. 3. item ferri, ff. de acquir. rer. dom.* quo in loco Iurisconsultus respondit. Item feras bestias, quas in viuariis meas habemus, & pisces, quos in piscinis meis habemus, nobis possideri, sed eos pisces, quos in stagno meo tuncus aut ferax, qui in sylvis circumsepta, cuniculi, nobis non possideri, quoniam reliquæ sunt libertate naturali, alioqui enim si quis sylvam emerit, videre eum omnes feras possidere, quod falsum est. Hactenus Iurisconsultus.

Ex cuius verbis aperte colligitur, non par ius esse in salibus circumsepti, & stagnis quod in viuariis, piscinis, & columbariis, Cum inter hæc Iurisconsultus ratio differentiæ constituatur.

Huic obiectioni respondet, *Couar. d. §. 15.* Non esse discrimen vllum inter stagna, & salinas, piscinas, & viuaria, quod ad Dominium modo salinæ & stagna, vtcunq; longissimi spatii sint, manu hominum & priuata industria fuerint circumsepta, & fabre facta, quam sententiam olim Salmanticæ publicæ veram esse probare conatus fuit, temeri quis ad possessionem piscium & feratum in particulari, diffindio Iurisconsulti illi maxime placeat. Verum ab hac discessit sententia citato loco propter rationem, qua Iurisconsultus eiusque interpretes vtuntur, quod pisces stagnorum, & veræ in salibus circumsepti, cuniculi, libertati naturali relictæ sint, quæ quidem ratio probat hos pisces hasque feras nondum in vllius dominium transisse, donec per occupationem capiantur. Vnde inquit, pisces stagnorum, & feras in animalibus circumsepta euagantes, non esse ipsius dominij, nec quoad possessionem, nec quoad dominium; quoties idem vel stagna natura loci, arborum densitate, aut cuniculorum circumsepta sunt. Quod si in eiusmodi circumsepta non ora[illegible] stagna, opera & industria hominum, eadem esse existimat, ac si pisces, & feræ nihilominus relictæ sint naturali libertati. At si hominum opera

ita sint animalia ciri cumlæpra, vt naturali libertate eorum ea hac impedita sit, nunc huiusmodi animalia ad agri dominium pertinere videri. Nisi quis velit ad hæc tam obsecrate Iuris consulti responsum *in d. §. Item si quis*, qui conrectionem piscium in piscinam & conclusionem ferarum to vis uaria, hominum industria, & opera facta, ne feræ euagari possint, exigit, vt earum possessio fundi domino competat & acquisita sit, *ita Cuiac. d. loco.*

His † eleganter consentit *Carolus V.* Romanorum Imperator, Augu- 12
stissimæ & immortalis memoriæ, in enim in S.R. Imperij Constitutionibus pœnalibus *constitutione 169.* in hæc verba sanciuit. *Welcher auß Weyern, Reuſern oder Behaltnuſſen Fiſch ſtielt, iſt auch einem Diebſtahl gleich zuſtraffen.*

So † aber einer auß einem fliessenden vngefangenem Wasser Fisch besieng, 13 das einem andern zuſtunde, der iſt auß einem Leib oder Gut, nach Gelegenheit vnd Geſtalt des Fiſches, der Perſonen vnd Sachen, nach Rath der Rechts verſtendigen zuſtraffen. Hoc est: Qui ex stagnis, lacubus, seu vivariis alienis clam aufert pisces, furti pœna quoque tenetur. Si vero aliquis in alienis flumine non incluſo pisces capit, illa est inspecta conditione personæ, qualitateque facti & præsentium, secundum iuris peritorum consilia, in ære vel corpore punietur.

Ex † eius constitutionis priore parte manifestum fit, quod Carolum V. se- 14
cundum Iuris consulti responsum, *in d. §. Item si quis*, allevare, pisces in stagnis, lacubus & vivariis manu hominum & privata industria ita conseptis, contentos, sibi posse dici. Etenim pisces, qui concludun tur aliorum aquæ, non sunt res nullius in bonis existentes, sed plane privatæ, vt & ipsa aqua, cuius pars esse intelligun tur, *l. Limo, vbi gl. ff. ad ver. b. piſc. ff. de act. emp. l. fructus. ff. de rei vindic. Guid. Pap. de re ſ. q. 1. Tiraquell. de retract. lig. §. 1. gl. 7 nu. 113.* Vnde haut non licet inductus agri alienum detinere aut poma alienę arboris decerpere absque crimine furti, vt tradunt *in tit. arbor. furt. Cuiac.* ita nō est permissum in aliena aqua, vnum ex nemore stagno, & hac pisces capere, cum fructus aquæ privatæ peculiares. Vnde ex his capies pisces, tenebitur ad restitutionē, *Alexand. lib. 11. Pareg. lib. 2.* & præterea pœna furti puniri potest, supra allegatis iuribus.

Et † tamen hic obiter notandum, quod hodie in Germania fere o- 15
mnis fluvius grandis & pleraque flumina non navigabilia, non sint publica, vel communia, sed privata, & plerum que ad dominum vel Magistratum loci pertinent. Quamquam non nunquam ea etiam non ad dominū territorij, sed ad alium pertinant.

Imo † nonnunquā prohibentur piscationes in fluminibus publicis & 16
navigabilibus, vt Rheno & Danubio, præsertim ipsis in locis, vbi frequentes sunt

Ciuitates & oppida. Hocque iure fieri posse non est dubium, vel ex concessione Principis, id est, Imperatoris, vel ex legitima præscriptione, aut antiqua & inueterata consuetudine.

17 Nam † Princeps potest priuilegium concedere, vt ipse solus in aliqua parte maris, vel fluminis publici piscari possit, aliosque, ne id faciant, prohibere, *glos. 2. si quis iuxta ff. de diuers. & tempor. præscript. & in l. sane si maris ff. de iniur. and. & in l. venatior, in princ. per text. ibi, ff. communi. pred.*

Sed ne quis in d. constitutionis Carolinæ posteriori parte impingat, putetque piscantem in priuato flumine, peræque furtum committere, ac si pisces caperet ex stagno, lacu, vel viuario, ideo libet d. Constitutionis posteriorem partem acuratius perpendere, ac breuiter explicare. Quá-

18 uis † ergo in priuatis fluminibus non inclusis pisces, furtum facere non dicatur, eo, quod pisces tales sint in naturali libertate, ita vt huc illuc & deorsum euagari queant, ac nunc ex hac fluminis parte, in alteram partem ad alium spectantem natare possint, & soleant.

19 Et † præterea pisces in terra, cassibus seu nassis capti, haut occupatorii, & non Domini rei, cassium seu nassarum, *l. in laqueum ff. de acquir. rer. dom.* attamen, quia pisces, cum aqua priuata contineantur, ex eaque & in ea nascantur, in fructu aquæ sunt, & habentur *l. Item si fundi, §. aucupiorum, & d. l. vsufructuarium, ff. de vsufruct.* ac proinde sunt in aliquo vniuersitatis dominio, & possessione, *d. §. Item feras*, quamuis non in singulari, & propria, dominoque, vt reliqui fructus cedunt, *l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. dom.*

20 Ideoq. † piscans in alieno & priuato flumine non incluso, vel ex alterius retibus, cassibus, seu nassis, pisces capiens, iniuriarum conueniri potest *l. iniuriarum, §. si quis, & § fin. ff. de iniur.* At pœna iniuriarum arbitraria est, per ea, quæ superiori capite late diximus. Et ita intelligenda esse reor posteriora verba dictæ Constitutionis Carolinæ, *l. So aber einer.*

21 Est † etiam in quibusdam Germaniæ locis, statutis & consuetudine introductum, vt is, qui in alterius riuo, vel flumine piscatus fuerit, teneatur ad æstimationem piscium captorum, & sic damni dati compensationem, ac insuper in certa pecuniæ summa mulctetur. Et quamuis, qui prohibitionem in alieno fundo, & priuato flumine non incluso, vel aliqua maris seu fluminis publici parte alteri ex priuilegio Principis concessa, vel præscriptione legitima acquisita, penetret, aucupetur & piscetur, in animę iudicio non teneatur ad restitutionem ferarum, auium & piscium, quos cœperit, vti superioribus duobus capitibus probauimus, in foro tamen iudiciali, cogetur ad restitutionem in hac specie, propter opinionem *glossæ § fera, Instit. de rer. diuis.* qua decisum est, venatorem cogendum esse

esse restituere ea, quæ venatus fuit prohibente illo, qui prohibere potest, *Covar. d.§.8.num.10.* Idem † in piscatione maxime locum habere censemo, propter decisionem *Caroli V.* supra allatam, nec non locorum forma & consuetudines. Etsi enim venator vel piscator ad animalium, vel piscium contra prohibitionem in alieno fundo, vel flumine nō incluso capiorum restitutionem, in foro conscientiæ, (eo quod huiusmodi feræ & pisces relicti sint in naturali libertate) non teneatur, tamen, si Iudex venatorem vel piscatorem in foro iudiciali per sententiam ad restitutionem condemnet, ipsamque sententiam exequatur, tenebitur perfecto ad restitutionem. 23

Sed † obiiciet quis, ac dicet Leges humanas siue in pœnam, siue ob aliam causam impedientes primam alicuius rei acquisitionem in animæ iudicio maxime locum habet, ac seruanda est, nec potest eadem res absque obligatione restitutionis iure obtineri. *Anchor. in cap. possessor. vers. tertio quæro, de reg. iur. in 6. Decian cap. 1. in 1. lect. nu. 20. & in 2. lect. num. 10. de constit. & in cap. quoniam, contra num. 31. de probat.* Vbi dicunt, quod pœna legalis in foro conscientiæ exigi possit. Quare piscator & venator, etiam in foro conscientiæ, tenentur ad restitutionem piscium & animalium captorum. Respondeo primo, legem humanam ob domini venantis vel piscatis vilitatem penitam latam, non prohibere, nec impedire ferarum vel piscium acquisitionem, quemuis omnino liberam facit, sed tantum vsum venationis & piscationis in alieno fundo, & priuato flumine nō incluso, ob iniuriam domini, *d. l. iniuriarum, § fin. ff. de iniur.* 24

Denique quod Constitutio *Caroli V.* & pleraque locorum statuta vel consuetudines sanciunt, pisces captos in flumine priuato nō incluso, domino esse restituendos, non impediunt primam piscium acquisitionem, sed tantum volunt pisces restituendos esse domino priuati fluminis, vel loco horum æstimationem esse soluendam in pœnam vetitæ piscationis in alieno flumine.

Vade † donec Iudex secundum legem, consuetudinem, vel statutum per sententiam condemnauerit venatorem & piscatorem ad restitutionem, legem vel statutum exequatur, in conscientiæ foro venator & piscator minime tenebitur ad restitutionem ferarum & piscium, *Couarr. d. §. 8. num. 9. vers. Hæc tandem, idem lib. 4. de consu. lib. 2. part. cap. 6. §. 8. nu. 10.* vbi dicit pœnam in foro conscientiæ non deberi, & hanc communem Canonistarum sententiam asserit à qua nec Theologi dissentiant. Quem & plures alios etiam refert, *Iulius Clar. in pract. crim. quæstione 80. num. 5.* Vbi dicit, quod committens delictum, pro quo a lege sit imposita aliqua pœna pecuniaria, vel soluenda fisco, vel danda parti, tum teneatur in foro conscientiæ illam persoluere. Probatur hæc sententia authoritate insignis

subiungit glossa Cæsarienſis, 12. q. 2. quæ communiter per Doctores ap-
probatur, vt videre eſt apud Couarr. d. cap. 8. § 2. num. 2. & Cald. num.
1. 17. vbi ſubiungit, quod teneamur tamen in foro conſcientiæ reſtituere, quod ex-
ſeo reſarcire damnum ex eo delicto parti illatum. Dict. ego ſupra. n. 4.
num. 5.

Et quamquam in ſundo alieno nemo piſcari poſſit, *l. 3. cod. de rem.* ibi ſicet in piſcaria *d. l. ſi quis in alieno. ff. de acquir. rer. dom.* Ar-
25 tamen † quando in illum aquæ, agros alienos operiunt, & pro tempore imponunt, tunc illi poſſunt piſcari, & aucupari, *arg. d. l. 3. & l. ſi quis in alieno ff. de acquir. rer. dom.* Nam vbi eſt eadem ratio, ibi eadem iuris diſpoſitio debet, *l. 1. ff. ad l. Aquil. l. 2. Tit. ff. de verb. obligat. Angel. Aretin. d. § ſeruus. n. 4. Inſtit. de rer. diuiſ.*

26 Sed † quæritur, piſces egreſſi ſunt inundatione e ſtagno ſuo, & deue-
nerunt vſque ad fundum meum vel ſtagnum meum, an vt ipſos piſces ſe-
qui, & vendere ac, an poſſit. Reſpondeo, quod in ſtagno meo impoſſibile eſt ante agnoſci, ſi loco autem meo ſuccedo, bene cognoſco priorem dominum eos habere poſſe. *Chaſſan. in conſuet. Burgund. Rubr. 4. queſt. 4. 4. 2. l. num. 6. gubn. ff. de acquir. rer. dom.*

SVMMARIA.

1 *Occupationis tres ſunt ſpecies.*
2 *Mare quid ſit, & an in eo piſcari liceat.*
3 *Piſcari in fluminibus publicis, omnibus licitum eſt.*
4 *Flumina ſunt duplicis, publica & priuata.*
5 *Flumen priuatum a proprio quomodo differat.*
6 *Proprietas fluminum publicorum eſt Cæſaris, vel illius populi & domini per cuius territorium diſcurrunt, & num. 26.*
7 *In lacu & ſtagno an liceat piſcari, & quid ſit torrens, & vnde dicatur.*
9 *In vallibus aquoſis an liceat piſcari.*
10 *Piſcatores an poſſint accendere lumen in littore maris.*
11 *Piſcatores accendentes lumen in littore maris, qua pœna puniantur.*
12 *In mare & fluminibus publicis, quando piſcatus prohiberi poſſit, & num. 14. & 17.*
13 *Mare & littorum publicorum dominium, an præſcribi poſſit, & n. 17.*
15 *In prohibendi piſcationis, quanto tempore poſſit acquiri, & num. 16.*
16 *In piſcandi, quanto tempore præſcribatur.*
18 *Intellectus l. ſin. ff. de vſucap. & l. ſi quis vnus, ff. de diuerſitat. & temp. præſcript.*
19 *Piſcari non licet, vbi conſuetudo reſiſtit.*
20 *Quot anni, & quot actus requirantur ad probandam conſuetudinem.*

21 Con-

21 *Confirmatio prohibitionis venationem, an valeat.*
22 *Statutum, quod nullus uxorari possit an valeat.*
23 *Confirmando & præscripsit differant.*
24 *Piscari nē licere in alterius parte maris, vel fluminis publici, alteri per privilegium principis concessa.*
Item venari non licet in loco alterius privilegio. Præmissa concessit, ibid.
25 *Renunciatio huic causæ, an possit concedi piscandi & venandi.*
27 *Cessatio & præscriptio Imperiale, an possint in certo loco fluminis publici piscationem tollere.*
28 *Conductor piscationis, & piscari impedientur vel prohibebuntur, quæ habeat remedia.*
29 *Aditus aquæ, an augeat ius piscandi.*
30 *Augmentum vocatur latens, siue palens, præsit ad eundem statutum.*
31 *An propter augmentum in re emphyteutica augenda sit pensio.*
32 *Piscari non licet in fluminibus publicis, quando consuetudo, vel obligatio resistit.*
33 *Dominus terrarum an possint prohibere piscationes in fluminibus publicis.*

CAPVT SEXTVM.

Piscari in mari & flumine publico, omnibus hominibus indultum, tenet opinio Bartoli. Sed contra piscationem in mare & flumina publica prohibere potest.

CEterum, † quia hic quidam etiam de iure piscandi instituunt, & magnam cum iure venandi & aucupandi similitudinē habet: Sant enim tres pontificiorum occupationis species, venatio, auceps & piscatio. Illud igitur nunc videndum est, utrum liceat mari licitum esse piscari, *l. vendidit ff. communi prædi.*

Est † autem mare (vt hoc nomen nobis explicem) collectio multarum 2
aquarum salsarum. *Bartol. tract. de fossatis, cuius ipse est communis, ad cuius litus nemo accedere prohibetur. §. 1. Instit. de rer. diuis. quo nemo prohibetur piscari. Item. §. fin. & l. riparum ff. de rer. diuis.* Littora enim sunt omnibus communia, ibi citati. Vnde potest quis non tantum in mari, sed & in littore maris, etiam ante ædes in alterius piscari, quod si prohibeatur, competit prohibito actio iniuriarum. *l. prætor ait, §. qui me, & §. ff. de iniur. & l. vlt. §. qui, ff. ne quid in loc. publ.* Vnde pisces in mari seu littore capti, fiunt capientis, *l. quod in litore ff. de acquir. rer. dom.* & multi piscantibus licitum est etiam in littore ponere, in quo se recipiant, *d. l. ripa rum ff. de rer. diuis. & §. item. Instit. eod.* Præterea † in fluminibus & por- 3
tu ius piscandi est commune omnibus, *l. flumina, Instit. de rer. diuis.* Nec

obstare cap. 1. in verb piscationum, in 11. quæ sunt regalia, vbi videtur, quod in pisca dici non sit communis omnibus. Nam respondeo, quod illa verba quod dicunt, pertinere de regalibus publicæ piscationis, vel ad piscandum in publicis fluminibus, & in publicis piscationibus, tales enim regalitates sunt Cæteris extra loca publica, l. 3. ff. de verb. signif. facit. de S. Georg. in 1161. fund. 21. & sunt ex Patrimonio, &c.

4 Sunt † autem flumina duplicia, publica, & priuata. Publica dicuntur, quæ sunt perennia, & perpetuo currunt, seu fluunt, & sunt nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia, vt Rhenus & Danubius, *&c. l. 1. de rer. diuis. flumina, & quæ dicta sunt publica. d. l. 1. quæ sint regalia n. 3. & 4.* Vide inter regalia referuntur. Priuata sunt quæ interdum aquis deficiunt, & ad tempus fluunt, *l. 1. § flumina ff. de flumin.* in vtroque sunt apta ad publicum bonum, maxime rigandum fertiles.

5 Et † differt Publicum, Ruminis proprie, quia illud dicitur flumen, quod in agro alicuius oritur, & discurrit per fundum, secundum *Iaf. in lege mancipium n. 22. ff. de damno.* Et flumen a rumine gallice deductum est, aut a cursu aquæ, vel a rumore, quem facit, *d. l. 1. § de flumine.* Proprietas † dominium publicorum est Cæsaris, quia sunt de regalibus *d. n.* quæ sunt regalia, vel alius populi, & olim, per cuius territoria discurrant, secundum *Angel. in l. flumina, in prin. ff. de damn. infect. & Bal. in l. si plures, C. de con-*

7 *dict. in furt.* ipsorum tamen vsus est publicus. Et † quod dicitur de mari, & fluminibus publicis, quod semper in his piscari licitum sit, sine lege certum de loco & tempore, quando sunt in vso publico, vbi non expresse prohibeantur, vt in loco Peraltina *glossa in l. si fundum vectigalem, § si in emphyteusi. ff. de usufruct. vel usu fructuario. Capol. de seruit. rustic. prædior. de loco c. 1. n. 8.* quod in lacus & stagnum *supra cap. 1. n. 4. & 5. dictum.* Insuper † licitum est, in torrendo canabem in vsu publico piscari, *vt in l. 2. § hoc interdictum ff. ne quid in loc. publ.* Est autem torrens, qui hyeme currit, & perennis non est, *d. l. 2. § 2 ff. de flumin. b.* Et dictum torrens a torreo, quod ignis fiat hocare atque arcessere, *Capol. de seruitut. c. 5. num. 1.*

9 Denique † licitum est cuilibet piscari in vallibus aquosis, si sunt publicæ, secus si sunt priuatæ, *vt d. l. 1. torrens, ff. de ver. d. vide Capol. de vallibus*

10 *libr. q. n. 5. c. 39. num. 2.* Sed † quæritur post, cum licitum sit piscari in litore maris, & piscatoribus liceat piscationis gratia accendere lumen in litore ut vtens, & respondeo breuiter, de hoc esse textum aperium *in l. ne piscatores ff. de incendio ruina & naufragio*, quem vide. Ne piscatores noctu lumine accenso, vel alio nauigantes quasi in periculum aliquem deducant, coque modo in periculum ruant, & quasi ex eis lumine dedicant, sibique excerdant

11 *præd. de rer. Prædia* prominere religiosi consultatio efficiat. Ex † quo verisimile datur, quod deuenerat, & punitur, ac si fuissent rapores vt supra

gloss. verb. officiat. Gandin. & non in præd. crimine si quidem ex ipsis esset accusatus vacandi munus & naufragium. vt. Et hoc intelligendum est, quando homo in loco periculoso litoris maris, vel deserti tali posset naufragium facere, aut rem, si portaretur ibi *gloss. dict. per Canon. Capitolium, de immunitate ecclesiarum, & ibi Doct.* &c.

Et † quamquam cuilibet permittam sit piscari in mari, & fluminibus publicis, tamen videtur prohibere posse magistratus ciuitatis, *dict. Canon. cum si quis. & ibi Doct.* & *Cardin. Tusch. in verbo fluminis*, Sunt tamen aliqui casus, quibus possit ius maris, & fluminum publicis prohiberi possit.

Primus † est, si ille qui in quasi possessione esset illum modum, vt ibi solus piscaretur, nam enim alium piscari volentem prohibere posset, & contra ipsum interdictum vti possidentis agere. Et enim maris & littorum publicorum dominium præscribi potest certo tempore, cuius rei memoria non extat, *l. sicut aqua, C. de aqua & aquæ duct. lib. xi.* & præscriptione longi illius temporis, & alicuius certi modi non excludi alios propter *l. vlt. ff. de usucap.* huiusmodi ergo ratione à pontificum ne edictis, eo quod contra præscriptem hi veheuenter, & retinentes contra ius præsumpto, quia maris & littorum publicorum dominium aliquibus competere, iure gentium præsumitur. Idem plane dicendum de fluminum publicorum. Nam † interdicto quis prohibetur, vt piscetur in aliquo loco fluminis publici, tunc enim ab illicitum esse ibi piscari, secundum *gloss. & Doct. de flumine super verb. sunt hæc, Instit. de rer. diuis.* vt, quæ solus in diuersitate fluminis publici piscatus est, & alios piscari ibi volentes prohibuit, quia acquiescentes prohibitioni. Nam præscriptio prohibitionis constituitur in quasi possessione non possendi, & accedente legitimo tempore ad præscriptionem requisito illud præscribitur.

Et † requiritur tantum tempus, cuius rei non sit memoria, memoriam hominum excedat, vt est communis Doctorum sententia, vt late tradidere, *Bald. in Rubr. ff. de rer. diuis. & qual. & Angel. de ver. in 4. flumine, Franc. Balbus in tract. de præscript. 2. part. princip. 4. part. quæst. 8. & 10. Crauet. in tract. de ant. temp. 4. part. 2. num. 1. & 2. Rebuff. in prax. de præscript. 2. part. glos. 8. num. 10.* Hæc tamen præscriptio immemorialis magis dicenda est priuilegium fori præsumpta concessio, quam præscriptio, *super quibus dicunt posteros, de verb. sign. & hoc vere, vbi dicit Angel. de aqua quæd. & Alfed. de aqua ff. de aqua & aquæ pluu. arc. Antonius Gabriel. in lib. 5. reg. de præscript. 3.* Potest tamen piscandi in flumine publico cuius priuatum ius vel consuetudo præscribi, si præscribens fuit in quasi possessione piscandi *l. 1. ff. de usucap. & ibi Angel. in princip. vers. Capitolium, de servit. rust. præd. Instit. eod. tit. & Bald. in l. 2. num. 19.*

37 Neque † his obstat, *d. l. fin. ff. de aqua cap.* vbi locorum publicorum diuturnus vsus docetur, eosque vere longæ possessionis præscriptione adquiri vt loca iuris gentium publica concedi soleant, qui tamen plurimis annis possessores eorum aliquod flumini diuerticulum, quo habere potuit, quandiu piscatus, & occupationi diuerticulum tenet, *d. l. fin. quæ quidem ff. de diuers. & temp. præscript. & d. l. fin. in verb.* occupationi datum, non vero prohibere potest, posteaquam occupare desijt, & vela tendere, exercitiumque piscationis auertere cœpit, nisi & in huiusmodi quasi possessione per prohibitionem loco tempore factam, diuturnus. Nam postquam piscari desijt, alteri non eo tempore iure vti prohibere nequit, *d. l. fin.* Non enim ex sola facultate & vsu piscationis inducitur possessio aliosque excludens eum rei sit meræ facultatis, vt vno desinente piscari, quilibet in ea occupationi, quandiu piscatus fuerit durat, non est impediendus, cum locum habeat regula, *Qui prior est tempore, potior est iure, l. 14. C. quæ res pign.* Alter quoque locum piscatui, prohibere non posse, nisi prohibendi ius ex possessione plurimorum annorum sit, hoc est, longo tempore prius possessum & piscatum constituat. Atque ita Martinus sub declaratione responsionum *d. l. si quis quam* accipiendum videtur, quod de illi non fiat mentionem, eiusmodi factæ prohibitionis, tamen eam præsupponi, non est perabsurdum, cum quia prohibendi ius concedi, quod in actu meræ facultatis, & in loco publico admitti nequit, nisi eiusmodi prohibitionis ius per longum tempus fuit continuatum, ac publicatum, tum etiam, quia potissimum illud respondum *in tit. de diuers. & temp. præscript.* Vbi de præscriptionem agitur, quæ datur expressione vel quasi longi temporis, quo absque eiusmodi prohibitione non acquiritur, *Iaf. d. l. quo minus ff. de seruitutibus, Rald. & Dd. in l. 2. Cod. de seruitut. l. 3. & text. in ff. de diuers. & temp. præscript.* vt ita Rubricam & subiectam materiam accipiat responsum, seu (vt loquuntur Dd.) intelligi regulam iuxta Rubricam, non sit secta interpretandi ratione alienum. Ita elegantes *Martin. Wesenbec. in parat. ad tit. ff. de seruitutibus, num. 8.* Cui prohibitori perficiendæ addendum est, quod etsi loca publica iuris gentium, quo occupanti concedantur, longo tempore post occupationem non præscribantur, quia ruinas cessante occupatione redeant in priſtinam conditionem, *d. l. pro. ff. de aqua*, tamen per huiusmodi locorum publicorum possessionem vel quasi acquiritur quoddam excipiendi, vt de possessione non expellatur, cuius possessionis effectus est duplex. Primus † est, quia si turbator 38
in ea agere potest contra turbatorem, *l. sacerdotes ff. de interd.* Secundus est, quia antequam expellatur, prohibere potest, ne quis intret locum eo inuito. Vnde prohibere potest ruinosæ possessionis inauguationem, & piscationem matis & diuortij, quæ alias omnibus sunt communia de iure.

Digitized by Google

de iure gentium d.l. quisquam ff. d. §. summa. vers. contra hoc dicitur. Bald. d. rub. de præscript. & per primæ. per quæst. 6.

Secundo † prohibeat quis piscari, quando consuetudine legitima populi conclusum fuit naturæ electum odiosum; quod non liceret alicui in flumine publico piscari, nisi pro vita publico. Nam talia de facto valent, *l. venditor. §. si quis fluv. ff. compend. Iacob. de S. Georg. tract. feud. verb. de fluminibus, n. 11.* Licet enim res, quæ sunt gentium communes sint, præcepti non possint, tamen consuetudine acquiri possunt, *Arg. d. §. summa. Iustit. de rer. diuis. in præceptibilibus enim acquiruntur consuetudine, d. l. super quibusdam. §. præterea. de verb. sign. ff.* Et † vbi per legem nullius præcepto, non tollitur consuetudo, & ad inducendam eandem consuetudinem, opus est probare, quod quis fuerit piscatus tempore saltem decem annorum in tali parte fluminis publici, & quod alios prohibuerit piscari, durante illo tempore, saltem bis, sciente & patiente populo seu maiore parte, & non contradicente, vel quod verisimiliter transierint in notitiam populi, aut maioris partis: quia ista requiruntur ad probationem consuetudinis. *per l. de quibus, & ibi gl. & Dd. ff. de leg. Cyn. in l. 2. col. 18. C. qua sit longa consuetudo. Alexan. consil. 150. 2. vol.*

Sed † quæro hic aliqua: An valeat conclusio prohibens venationem, piscationem & aucupium. Respondeo secundum glossam, *in l. finium regundorum ff. de iudic.* Statutum quod nullus venari possit, non valere eo, quod violentum inferre videatur, nisi interueniat consensus eorum, quorum interest, possunt tamen timere de pœna, ne libri auferantur de facto. Sed admitti potest, statuta contra libertatem venandi facta valere, dummodo moderata, & innoxia sit venatio. *per text. & d. l. si quisquam. ff. de diuers. & temporal. præscript. & in d. l. sine finali. ff. de iniur. gl. ibid. in verb. prohibet. Alexan. ff. 107. n. 11. vers. In casu inquisitionis de d. Gallo tract. de feudis lib. 2. de venatione.*

Hic † tamen illud notatu dignissimum observandum est, Quod consuetudo a præscriptione multifarium differat. *Tract. de antiquis temporibus. part. 10. per tredecim differentias refert.* Duæ tamen sunt potissimum. Prima est. Quod consuetudo ex communi & præsumpto voluntate constituatur ac acquiratur omnibus eius regionis, ut proinde omnibus nec alicui specialiter prosit, nec nocuerit. Vnde necesse est aliquos quid præscribere, nec contra quem præscribatur. At præscriptio communiter pertinaret vsum liberrimum, qui præscribit, eique voluntatem & ius acquirit proprium ac peculiare. Deinde ea disparitas contra quemlibet priuatum, scilicet ut ad eius priuatum non commodum, *ita tenent Bal. & præsertim Bald. Iason. & Socinus. in l. Imperium. de iurisd. omn. iud. & Franc. de Arena. Consec. possessor. 24. n. 5. & 6. Rebuf. de Vsurcap. §. fin. & 2. de consuetud.*

Ea quo inferatur, quod si privatus aliquis pluribus annis solus in certa parte fluminis publici piscatus, & alios prohibuerit cessante populo & non contradicente, quod sibi sit ius quasi quoddam ex facto consentiente populi, non quidem per consuetudinem, sed per præscriptionem. Nam quando privatus adversus aliquem vniuersitatem quoquam vsu tempore quæritur, tunc erit vera præscriptio. Itaque vice versa, vbi vniuersitas quid per vsum induxerit contra privatum, eadem ratione præscriptio dicetur.

Verum si vsu promiscuo diutum vicinarum inductum fuerit, vt absque vlla distinctione vtriusque oppidi agri sint communi, & communia pascua vicinis & oppidanis, ita quod idem est flumen vtriusque & vicinia sita, communia sunt, quo ad ius piscandi vtrique ciuitati) *Couar. d. loc.*

Alterum differentia est: Quis maius tempus requisitus in præscriptione, quam consuetudine. Nam & hanc inducendam requiruere sufficiunt decem annos. *Iulianus a. ff. de lege. & Imp. Ant. Caracal. in l. long. consuetud.* Longum enim & diuturnum in hac edictum tempus decem annorum. *l. si quem fides commissa fuerit, & Aristo ff. pro & aquæ lex. est. Iustin. de usucap. in fin. c.* vbi longum tempus, interpretatur Imperator decem annos. *glos. Rub. C. quæ sit long. consuet. Barr. in d. l. de quibus, ff de legib.* Siue consuetudo sit contra leges, siue præter, siue secundum leges, siue inducatur contra præsentes, siue absentes, siue habeat causam continuam, seu discontinuam, siue adsit nullus, siue non. Atqui ad præscriptionem inter hæc distinguitur. Etenim contra absentes nisi viginti annis, si habitet in eadem ciuitate nisi triginta, si causam habeat discontinuam tempus immemorialis præscriptio currit. *Roth. de cons. d. c. si sect. 3. in prin. de consuet.* Ratio differentiæ est: Quia populus, cuius tacito consensu inducitur consuetudo, pro maiori parte semper est præsens, semper scit, semper agitatur eam introduci. *Roth. d. loco sect 3. n. 26.*

24 Tertio † quando princeps alicui priuilegium concessisset, vt solus in aliqua parte maris fluminis publici, vel agri piscari, & venari possit, aliosque ne id faciant, prohibere, *glos. in d. l. quisquam ff. de diuers. & tempor. præscript. & in d. l. sanè si maru. ff. de minor. & glos. d. l. venator, in prin. ff. Comprod.* Si enim si facultas venandi, piscandi & aucupandi quæritur præscriptione, vt supra dixi: Ergo pari ratione etiam priuilegium quæri poterit, cum illa æquiparentur. *c. cum contingat de foris comput. cap. nouit de Iudic. est dubitatur de offic. vicar. Andr. de Isern. c. 3. & notat. de præscr. in. Natta cons.* 25 *sil. 122. num. 3. vbi & n. vendicat.* Principem † huiusmodi priuilegium piscandi & venandi maxime concedere posse, ex causa remunerationis. *Rebuf. Zanet. d. q. n. 170. C. de pact. inter empt. & vendit.* Etsi † enim ius piscandi in salso-

Digitized by Google

in flumnibus publicis & communibus omnibus, ac etiam piscarie non de regalibus, tamen mare & flumina publica quatum ad huiusmodi concessiones pertinentem sunt sub protectione Cæsaris, vt tenet *gl. & Bal. dicta in l. ff. de rer. diuis.* Hoc etiam ad Cæsarem maxime Imperatorem, qui merum imperium & cætera regalia Cæsaris concessione habent, extendi potest. Num † ex posse tantum vendere certam piscariam in certo loco publici fluminis, sicut in plerisq; locis Germaniæ præsertim circa Rhenum consuetudine inductum audio, quod nemini piscatorum liceat piscari in flominibus, nisi in solis quibus loca a magistratu conceduntur. 27

Vnde † 6 quis flumen, flagnum, aut lacum publicum condurit, si piscari prohibeatur, velle intercedere, ob vectigalis fauorem habet *l. vnic. ff. ne in flumin. balneat. deriu.* Vt propterea edicto interdicatur prohibito piscari dare, *l. 2. & si quis ff. ne quid in loco publ. & d. l. interdictum. § fin ff. de rer. diuis.* 28

Sed † quæritur. An aucta aqua, augeatur ius piscandi. Respondeo affirmatiue, si augeatur ministerio naturæ, si vero augeatur facto hominis, tunc habens ius piscandi, contribuet proportionaliter arbitrio boni viri pro ea parte, quod habet ius piscandi iuxta regulam, qui sentit commodum, sentire debet & incommodum. *l. seruitutum non tantum ff. de regulis. & cap. qui sentit. 11. reg. in 6. Albert. Brun. tract. de aug. & diminut. fluuior. n. 14.* Hinc † etiam est, quod indistincte omnis augmentum in 30
me lateris, siue apparens spectet ad Emphyteutam, ad quem spectat diminutionis incommodum, vt ibi communis opinio affirmat ib. *Rapin. cons. M. Ferrariens. fol. 7. vers. 3. Tiraq. de constit. & Gracher. in collect. sua communem. super verb. augmentum. n. 4. & in addit. ad Jul. Clar. §. Emphyteusis, q. 41.* Propter † augmentum autem, in re emphyteutica contingens, 31
non augebitur pensio seu canon soluendus ab Emphyteuta, sed tantum augmentum, quod pertinet ad Emphyteutam, cui illi, sine onere pensionis, hoc q; ius communiter tenet ibi sentit. *Ioan. Andr. in addition. ad Specul. in summa aliqua de locato*, quem refert & sequitur. *Jul. Clar. d. q. 41. n. 2.*

Quarto † piscari non est licitum, quando Dominus Domino. Vicinus 32
vicino, se obligasse per stipulationem, quod nec ibi, nec sub hac ripa vnquam liceat piscari, in aliquo publico flumine. Nam tunc talis conuentio est valida, *text. cum glos. in d. l. Venditor, in prin. ff. commun. præd. Vel Paul. de castr. in aq.* quod hoc habeat locum, non solum in mari, sed etiam in aquis. *Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. in flaminibus, n. 11.*

Quia † vero Principes possint prohibere piscationes in flominibus & 33
publicis, *l. seruitut. Lucr. § pen. ff. de seruit. rus. prædi. l. 2. § de flumin. quæ*

Digitized by Google

naturam eorum exceat inferiores terrarum Domini, puta Comites, & Barones possint prohibere piscari in fluminibus publicis. Ad hanc quæstionem respondet Ioan. Fab. vbi d. § flumen, his verbis: Dicit enim quod, sicut præsides provinciarum non possunt prohibere, ita nec isti Domini terrarum, l. 3. § plane ff. quod vi aut clam, nisi ex consuetudine: pinguius ita sit ipsis acquisitum, quia absque dicto prohibuissent suis subditis, ne irent ad piscandum in tali flumine publico, & subditi non contradixissent illi prohibitioni, sed propter illum delitterum longo tempore. Nam tunc esset acquisitum ius prohibendi, per text. Bartol. in fem. lapidi, in q. quæst. ff. de rer. diuis. fact. vbi ff. de usucap. Cancr. p. 1. in c. significantibus, de appellat. Est. d. § flumina, quem refert & sequitur Ioseph. de S. Georgio de tract. feud. vmb. Et cum piscatoribus, n. 2. & 3.

SVMMARIA.

Flumina publica, ac ea iudicium ad diuisionem: vel vectigal piscatorum, &c. data concessione fluminis, n. 6.

2 Regalia in feudi concessione non nisi expressa veniunt.

3 Regalia sunt de publico iure.

4 Regalia vnde dicantur.

5 Regalia, consuetudine antiqua, vel præscriptione immemoriali acquiruntur.

7 Flumina publica quando veniant in concessione feudorum.

8 Flumen existens in confinio duarum ciuitatum, seu duorum territoriorum, cuius sit.

9 Delictum commissum in flumine existente in confinio duarum ciuitatum, quis cognoscere & punire.

10 In aqua & fluminibus datur etiam Iurisdictio & imperium.

11 Maris in eodem diuerticulo, seu particula si plures habeant, vel ad ipsos pertineat, & ibi delictum commissum fuerit, quis primo cognoscere debeat.

12 Possidere vel quasi flumen, quando quis dicatur.

13 Fluminum nomine an inueniatur a feudi comprehendatur nauigabilia.

14 Incrementum contingens in re feudali, an si vasalli vel Domini.

15 Et quid de seruitutibus, quas vasallus pretio acquisiuit ad beneficium rei feudalis?

16 Habens Castrum in feudum sine Iurisdictione, si acquirat Iurisdictionem aut accrescat feudo.

17 Reddituum piscationum sunt de regalibus.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

Flumen, publicum, ac eorundem reddituum, piscationum, & vectigalium, seu regalia, de in concessione feudi veniant.

CEterum, quia superiori capite diximus, flumina publica esse de regalibus *per cap. vnic. quae sint regalia vasall. quod, non est* dubitare quin posset Augustalis ex publico reditus piscationum, vel Vectigal piscatorum, pedagia, teloneia, *cabellas, dazia, &c.* vulgo, *Fiscali, Wlgerezh, Prestationali, Herbaggi, &c.* 2
vide, & per quae, in concessione feudorum veniant, iudicandi ratio est. Aut regalia enim feudo concessa esse praesumantur, nemo dixerit in concessione feudi veniri, flumina, reditus, ac Vectigalia quorumlibet, &c. concessa esse tertio negauerit. Respondeo breuiter, in generali omnis concessione feudi, regalia non comprehendi, nisi in concessione expressa, & in specie nominentur. *Pro quibus vide Bart. in rep. & Baldum l. 1. n. 5* 3
6. Celsum. C. de fe. vib. & quae sint de iure coronae. Ratio est: Quia Regalia sunt de publico iure, secundum *glos. & ibi Bart. in l. inter publica, ff. de verb. signif.*

Et quamuis sint iuris publici, tamen nemo ea vsurpare & continere 4
potest, nisi Imperator, vel Rex. Vnde & Regalia dicuntur, quia soli regentes Imperator, vel Rex, ea nomen habent, & ea in eius solos potest, nisi ex concessione Imperatoris, vel Regis, & alios omnes digne ea tanquam a fonte hauriunt. *l. sacrilegii, C. de maleficiis, & Cyn. ibi. Bart. & alios.* Ac ex antiqua consuetudine, vel praescriptione tanti 5
temporis cuius initij memoria non extat, quia talis praescriptio habet vim constituti, & priuilegii *de hac re §. illud quoque, de aquaeductu. & Iustin.* Et quod regalia per praescriptionem possint acquiri, *est in c. finem quibusdam, §. praterea, de verb. signif.* Et quia praescribi Principi, potest hac re consideratio, *d. §. praterea, Cyn. l. 1. C. de omnes p. lib. Mantic. Bych. in rep. quarto dimanent.*

Vnde inserui flumina publica se corundem piscationum reddituus, 6
vel vectigalia in generali feudi concessione non venire, cum sint de regalibus, *d.c. vnic.* Regalia autem nemo vsurpare, & continere potest, nisi Imperator, vel Rex, vt dictum est. Si tamen Princeps concedat alicui 7
flumen, dicendo, concedo tibi flumen cum decursu, & tali flumine, & quae ad tale flumen, volunt Doctores per illum modi verba, flumina concessa esse, propter dictionem De, Ad, & vsque ac venire flumina vbi inspiciunt, & vbi humana *de iure Ecclesiae, 15. q. 1. Baldus in c. 1. & sequit. de maleficio, imperialis, in 6. de censibus in vers. Item de S. Georg. in statu Sinet, verb. Ibi flumina, n. 2. vbi & in seq.* dicit. Si flumen sit in confinio duarum ciui- 8
tatum, seu duarum rerum communium, praesumo illud esse communi libertatis, vsq; ad me-

dium fluminis, quia omnia quæ sunt in confinio, sunt communia communi
quia ab vtraque parte pollidem. *Lar. de re. ff. com. diuid. l. 2. § præterea. ff. de*
6 *aq. plu. arc. & Ludo. Rom. de aq. pluu. arc. dom.* Et ideo de omitteo, quod
commune hoc inquit flumine vtrum Curias habet iurisdictionem, vique
ad medium fluminis, *vt Baron. tract. Tyberiadis. in verb. Item videndum est vtrum Iuri, de iure* idem tenet. *Bald. in c. ex literis, circ. princ. de*
10 *probat.* Item si curia terræ est dare iurisdictionem, & imperium, (vt dictum
est) & in aquis, & flumenibus. *Angel. vol. Insole Italia. Isole Ital. & Bar. in l. 3. C. de*
Gisalibus. Cauenis. in c. vbi periculum, de elect. lib. 6.

11 Idem † dicendum est de mari. Vide si in eodem diuerticulo, vel particula maris plures habitent, vel ad ipsos pertinent, & ibi delictum commissum fuerit, tunc quilibet poterit cognoscere, & erit locus præuentioni, *l. si quis post. l. de Iud.* & præuenisse intelligitur quantum ad imperium ille, qui delinquentem cepit primus. Nam per primo dictum capturam intelligimus iurisdictionem esse præuentam dictum. *Ioan. Andr. in c. 1. de de-*
cim. & ibi. quem sequitur Anan. in Consuetudines in fi. de Iudic. Cagnol.
in rub. de seruit. nn. predict. per totum, c. 20. n. 36.

Hoc tamen, quod de flumine pro confinium diuersum Ciuitatum dicitur, non obtinet, quando per alteram Ciuitatem tantum fuisset illud flumen possessum. Nam † tunc Iurisdictio & districtus per-
12 tineret solum ad illam ciuitatem. Possidere autem vel quasi aliquod flumen ille dicitur, qui habet imperium, & Iurisdictionem in illo flumine. *Bar. in d. Tract. Tyberiadis sub Rub. de aluco*, quem sequitur, *Iacob. Cu-*
13 *iac. n. 5.* Videretur & illud notandum esse: Quod, si princeps concedat alicui Nobili, Baroni, vel Comiti Castrum cum aquagiis, aquaticis, Vulgo *mit Wasser vnd Wasserleussen*, & venationibus, *Geiagdt*, & talis Nobilis, Baro, vel Comes deinde prætendat flumina etiam nauigabilia, & prohibitionem venationum ventre in ipsorum pertinentia, & talia possideat sine contradictione, acquirat sibi vtile dominium, & superiorem ipsi Principi, directum. *per not. gl. in l. si vt certo. § si duobus vel iudicium ff. communi. & per*
not. in § si quis per 30 annos in tit. de feud. contentis sit interdum. & ad hoc
Vasal. in 1. lib. feud. & per not. gl. in l. 2. § appellat. ff. de cert. pet. Iacob. de S. Geor-
gan. d. tract. feud. verb. & communiter omnibus. n. 9.

14 Et † quia proprietas feudi, est dominium directi, quicunque illi accedit, debet recognoscere dominum, nisi aliter ex tenore ipsius inuestituræ appareat, ita tamen, vt omne iuri emolumentum accedens feudo, etiam absque inuestitura vasalli, respectu proprietarii, acquiratur dominio directi, respectu vero vasalli dominio acquiratur Vasallo, *Iul. Clar. precept. sententiar. l. 4. §. Feu-*
15 *dum, quæst. 22. n. 3. vbi & n. 4.* dicit quod secunditas, & alia iura inseparabilia, accedant feudo, & rem feudalem sequantur, & consequenter feudo.

feudo.

feudo, vna cum illo ad dominum directum pertinent, non autem ad ingredientes stabilia, quæ feudum non transit, & hanc sententiam *Bal.* communiter sequitur. *Dixerim* † tamen est limitandum. 2. Nam habens a Cæsarum a Principe, in feudum hanc iurisdictionem, & requirens iurisdictionem ab alio, ipsa iurisdictio non accrescit feudo, sed tantum feudo, cui vasalli, vel eius incolæ dum *Baldus in 1. statutorum, n. 4. de iurisdict. omn. iudic. Rom. conf. 14. gest. prædict.* Vbi communem dicit hanc opinionem, quos refert & sequitur, *Parisius loco cit.* Ratio huius est. Quia iurisdictio est quid separatum ab ipso castro, & quod per se subsistere potest, ideo feudo non accrescit.

Denique † licet ius piscandi, *et* & ius venandi & aucupandi non sit regale, attamen flumina nauigabilia, & ea ex quibus fiunt nauigabilia, & eorundem piscationum redditus, & vectigalia sunt de regalibus, & reseruantur Principi; redditus tamen modici, diuinum odio fiscalis confuetudo, vt Princeps soleat exigere aliquid, & populus non præscripsit contrarium, *Abb. conf. 16. n. 11.* vel consentio inter ipsos aliter intercedente. Verum Romanor. Imperator, vel Rex concedit hodie communiter Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus in inuestituris Regalium vulgo, *in den Regalien Brieffen*, flumina publica, & piscatorum redditus, piscationes, aucupia & aquationes, vulgo, *Fischcollen, Fischereyen, Wasserrecht &c. ertheilet.* 17

SVMMARIA.

1 *Fera ab vna percussa, & ab alio capta, cuius efficiatur? & n. 5. 6. 7. & 10. 12. & sequent.*
2 *Fera in alieno rete reperiatur, an sit domini retis, vel occupantis?*
3 *Auis in laqueo alterius reperta, an sit domini laquei, vel occupantis?*
4 *Pisces in rete capti, an sint tenentium, vel accipientis?*
6 *Consuetudo legem vincit & tollit.*
7 *Doctor attestans de consuetudine, videndum. Similiter & glossa ibidem & n. 17.*
8 *Vbi glossa attestatur de consuetudine, res est facilior.*
9 *Argumentum a contrario sensu in iure validum.*
10 *Fera in vulnerata, vt aliter fieri non possit, quam vt capiatur, statim efficitur vulnerantis, & n. 12.*
11 *Vulnerans quando de vulnere sanet, & quando saluus de vulnere teneatur.*
13 *Aper intrauit in laqueum meum, quando dicatur meus.*
14 *Feram letaliter vulnerat percussam fugientem extra proprium saltum, vel siluam, per quascunque &c.*
15 *Non sufficit legem esse aliquam, sed oportet, & etiam ipsa comprobata sit, aliisque ferat notam.*

16 *Quælegem non receptam non seruans, non dicitur contra eam delinquere.*

18 *Feram feram abortiuam, cubantem, vel unctam à milite, aut capitatam, an teneatur priori domino ad restitutionem.*

19 *Rusticus inueniens falconem cum suo alterius pedibus ligatis, an priori domino restituere teneatur.*

20 *Et quid si falco apud ipsum moriatur, an teneatur ad æstimationem falconis.*

21 *Lupum præ manibus capientes, an habeat vnum præmium, an plura.*

22 *Licitum sit occidere bestias nocuas.*

23 *Lupum mansuefactum, an possint occidi.*

24 *Bestia nociua, quanto tempore possint retineri in ciuitate.*

CAPVT OCTAVVM.

Lite disputatur quæstio, An fera Vulnerata sit Vulnerantis, an vero capientis.

1 IN hoc venationis tractatu illa se nobis offert quæstio. Fera ab uno vulnerata, & ab alio capta cuius efficiatur? Ad hanc quæstionem fuere olim contrariæ fuere sententiarum responsa. *Trebatius* enim, teste Festo, *Cato* in *Institutionibus naturalem*, §. *Illud quæsitum*. ff. *de acquir. rer. dom.* Volunt, feram vulneratam, ita vt capi possit, spectare ad vulnerantem, si ipsam persequatur, nec ab alio capi possit. *Cato* vero d. §. *Illud quæsitum*, respondet, feram vulneratam non aliter effici vulnerantis, quam si ab eo capta
2 fuerit, quia multa accidere possunt, vt ea non capiatur. Idem † respondisse Imperator Iustinianus ad verbum suis Institutionibus inseruit, §. *Illud quæsitum*. *Instit. de rer. dom.* Ex quo patet, feram ab aliquo vulneratam, etiam Lethali vulnere, secundum Theophilum ibi, non aliter effici vulnerantis, quam si ab eo capta fuerit, & ideo si ea vulnerata fugiens per alium capta sit, ipsius capientis fieri. Idem dic in fera per rete & instrumenta venatoris illaqueata, nam si per alium, quam apponentem rete fuerit capta ex ipsius laqueis, eius efficitur, non illius, qui rete posuit. *l. in laqueum. ff. de acquir. rer. dom. Iacob. de S. Geor. tract. feudo, verb. & cum venationib. n. 5. & Cuna. c. peccatum, 2 part. §. Eu. 13. de regulari. n. 6.*

3 Vide † quis & fera laqueo etiam alieno comprehensa, & in vsum accipientis sit, *d. l. in laqueum*, & §. *Illud quæsitum. Instit. de rer. dom.* Nisi contrarius constuetudo sit, ad quem laqueus spectat, sustinetur. *I. an. Maran. in 4. sent. d. 38. 3 quæst. 10. Martin. ab Azpilcueta, Navar. in Enchirid. cap. 18. de furtis. Decal. n. 126.* Pari ratione, Pisces in rete, cassibus, aut retibus capti, fiunt occupantis, & non domini retis, seu cassium. *d. in laqueum.* Dubium tamen piscem, cum inuitatum adhuc, *l. mentiar. §. si piscem.*

Digitized by Google

derimus. Si vero pisces capere in loco primo capientem tenere iure statuit. *Alciat. lib. 11. parer. cap. 4.* quæ dere nos lupta caput quinto fundissimus. Et prædictum Cati responsum, de iure scripto hinc approbamus, quod & *Imperator Iustin. d. §. fin. d. quæsitum, Instit. de rer. diuis.* confirmat, recepta vero sententia *Trebatij*.

Verum † etsi *Trebatij* sententia de iure scripto, fuerit reprobata, de iu- 5
re tamen non scripto, & sic de consuetudine recepta est, vt allegat *glossa d. l. naturalem, §. illud quæsitum, ff. de acquir. rer. dom. quam gloss. Bart.* non improbat ibi, *nec in l. quo animo, quæst. ff. de flumin.*, *Grammat. decis. 72. n. 3. dici. & Iason in additione ad Perezium in d. §. illud quæsitum, Instit. de rer. diuis.* vbi etiam *Vivas. n. 3.* Nam † ea, quæ longa consuetudine eam 6
probata sunt, tantam obtinent auctoritatem, vt leges vincant, & antiquent, *l. 2. C. quæ sit long. consuet.*

Est † autem communis, & vulgata interpretum sententia. Quod Do- 7
ctoris alicuius attestanti de consuetudine sit credendum, *Bart. in l. de quibus, 4. quæst. princip. ff. de legib. & ibid. Bald. gloss. in l. dos a patre, C. solut. matrim. & in consil. 274. nu. 4. Dec. l. 2. §. nunc dicitur vlt. lect. nu. 13. ff. si cert. petatur. idem cons. 540. nu. 12.* vbi plures allegat, & pro resolutione dicit esse communem, *Corpul. cons. 9. nu. 1. col.* Vbi dicit: Quando glossæ dicunt, quæ ita fernatur consuetudine, vel illa consuetudo non retinatur semper, sufficere testimonium glossæ, & subscribit idem esse, & plures. Indurer. de consuetudine attestantur, quod eis fides credenda. *Mynsing. cent. 1. obs. 96.* Vbi plures citat, & hanc sententiam, quod scilicet Doctoris attestanti de consuetudine, sit credendum in Camera Imperiali receptam esse, *ibid. n. 4.* asserit. Et † quibus apparet eam esse veritatem, & vbi est *gloss.* quæ ita at- 8
testatur de consuetudine res est facilior, vt est exemplum, *l. ff. in d. l. dos a patre, C. solut. matrim. & in Authen. Quæsitum, C. de pact. conuent. & in §. alia, Instit. de actionibus, vbi gloss. magna in princ.* ait, libellum prosedere de consuetudine, si rem peto iure dominij, vel quasi, vt per *Bart. & Doct. supra nostros loca*, qui dicunt, fundam esse hanc assertionem generalis consuetudinis, fuisse semper visque oppositum & probatum, vt per eos. Consuetudo ergo ista cum præualeat, vt inquit *Soar. de Platea, d. §. Illud etiam quæsitum, Instit. de rer. diuis. vbi etiam Ias. Instit. & facit quod inquit Paris. cons. 16. nu. 22. & cons. 153. nu. 9. & 8. lib. 3.* Sequitur, quod Trebatij sententia prior esse debeat. Quin & *l. fin. d. quæsitum*, ratio decidendi roborari posset, quæ dictio, & sic decisioni præponitur *Bart. in l. regula, §. cum quis [alias] scripsit, ff. de test. & sic tenet. & in l. cum pater, §. dulcissimi, ff. de legat. 2. & l. pater, §. fundum, ff. de fund. dot.* Illi enim præ decisionis ratione *respuit text.* Quod multa accidere solent, vt eam non capias. Igitur † sumpta occa- 9
sione a contrario sensu [quod argumentum in iure est validum *l. fin. de*

tus rei ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. qui testamento, & mulier ff. de testam. l. conuentionis, & ibi gloss. & Doct. C. de Epis. & Cler. lib. xi. fenest. secus esse, vbi certum esset eam capturum, *vbi Christoph. Porc.* vbi confulerat.

10 uit. Quod † si fera ita vulnerata esset, vt aliter sieri non posset, quam vt caperetur, vtpote, quia esset semimortua, & eam efficeretur vulnerantis, vt probet ille textus contrario sensu. Quæ intelligentia confirmatur, quoniam in simili ita Iurisconsultus sensit, *in l. vbi Accius, C. de pact. vnde l. si ita*

11 *vulneratus, vbi plan. vere tenet, ff. ad l. Aquil.* Vbi, † quando vnus vulneratus, & alius a vita penitus eremit, distinguitur. Aut enim certum erat, quod ita vulneratus, illo vulnere erat vitam cum morte commutaturus, & vulnerans tenetur de occisione. Aut erat incertum, & tenetur solum

12 de vulnere. Ex † quibus ego infero feram ab vno ad mortem vulneratã, & deinde ab alio captam, effici non capientis, sed vulnerantis. Deinde hanc ipsã sententiam confirmatur ex his, quæ notantur *l. 3. a Nerat. C. de Naufra. l. Nerua filius, C. de acquir. poss. & in l. quamuis, Inst. de rer. diuis.* Vbi inter gentium & ciuilis dominus hoc vnum discrimen esse dicitur, quod ciuilis bona de mortuo est sub sua custodia, & sic amplius non posse ex consequi. Igitur contra debent iuxta sieri sua, vbi apparet, quod omnino & certissimo futura sint sua, vt contrariorum eodem sit disciplina, *l. 1. ff. de bis, quæ sunt sui vel alieni iuris,* & vt idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, *l. fin. & ibi gloss. ff. de legat. 3.* Vtrumque tradunt Doctores in Rubr. *ff. de acquir. poss.* At qui feram lethali vulnere vulnerauit, in ista certitudine versatur. Ergo feta illius vulnerantis, non autem captantis efficietur. Tertio confirmatur hæc sententia ex ijs, quæ notat

13 *glossa in d. l. an laqueum, ff. de acquir. rer. dom.* Vbi † in textu quæritur, An aper, qui inciderat in laqueum meum, dicatur meus, & Iurisconsultus decidit, vt si in meam potestatem peruenerit, meus factus sit, *gloss.* ibi, quærit, quando in meam potestatem dicatur venire? Et diuersorum glossatorum refert duas saltem principales opiniones. Prima est, cum apprehendo, vel apprehendendi potestatem habeo. Secunda est, vt meus dicatur, 'cum diu luctando sese expedire non potest, secus si remotis oculis inspicio, cum multa accidere soleant, vt eum non capiam. Vnde si inspiciamus vel primam opinionem, & non requiritur actualis apprehensio, sed sat est habere potestatem apprehendendi, nunc alius non potest apprehendere. Idem si secundam opinionem. Nam si meus est aper, quamdiu luctando sese expedire non potest, sequitur pari ratione feram mortifero vulnere percussam vulnerantis, & non capientis effici.

14 Hæc † sententia, quam defendendam suscepimus, adeo vera est, vt credeat etiam feram lethali vulnere percussam, fugientem extra propriã ter-

ram

rum vel syluam, persequi recepta sit alio capi. Nam vbi finis habet necessariam dependentiam à principio, spectare ipsius principij *l. 4. §. fin. ff. de minorib. Alciat. tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 22.* maxime quando principium est licitum. *Bart. l. quod est. §. quod non. ff. de adult.* At fine principio, dest per tam finem seu vulnerationem finis, id est capio, seu prehensio fera, effectum sortiri non potest. Hinc in multis partibus Germaniæ inter silvanarios & venatores vsu & consuetudine receptum est, vt liceat feram bombardæ Sphæræ, seu globo ictam, & vulneratam (*welche schüssz eyst*) fugientem extra proprium domini venantis saltum, vel syluam, viginti quatuor horis vno cursu non intermisso persequi, vulgo *nacheilē oder nachsetzen*, & in alieno saltu vel sylua capere.

Ex his tandem consequitur, Trebatij sententiam, non solum esse communiorem, vtpote quæ consuetudine recepta est, sed etiam eam melioribus rationibus & fundamentis probari. Proinde nō obstat decisio Caij in fepe, *d. l. naturalem, §. illud quæsitum, ff. de acquir. rer. dom. & d. §. illud quæsitum, Inst. de rer. diuis.* Quia illa nihil resistit, sed potius assistit, attenta præsertim consuetudine, quæ prævalet. Deinde † cum decisio, *d. §. illud* 15
quæsitum, vsu vtentium non fuerit recepta, † quin imo Trebatij sententia illa est, quæ fuit recepta, non ligari ranam si ea non recepta. Nam enim saltem legem esse tacitam, scilicet vt etiam vsu comprobata sit, aliquin penitus potest tolli *ut Andreas Tiraq. & alij, vbi inter cæteros, Felin. Imol. Socin. l. 6. sibi eum, n. 7. ff. de liber. & post h. Dec. cons. 469. incip. ponderando breuiter, n. 8. lib. 4.* Etenim lex tacitam conditionem continet, si vtentium moribus recipiatur. Ideo † qui non observat legem non receptam, non 16
dicitur eius transgressor. *Bart. in l. fin. §. sed cum antiquas, C. de curat. furios. & consil. 144. incipiente, Iudex Communis. Assisij Ruin. consil. 13. n. 27. lib. 2. Riparessaltor. lib. 1. cap. 5. n. 4. Ad hoc est text. in c. nisi sit, 3. dist. text. in l. de quibus. ff. de legib. & §. pen. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Et † illa ne- 17
gatiua probatur per gloss. ita attestantem, *in d. l. naturalem, §. illud quæsitum*, quæ communiter approbata est, & cui est credendum, cum referat de consuetudine. Denique respōdetur *d. §. illud quæsitum*, loqui in casu ambiguo fera potuisset capi. At cum fera lethali vulnere peruulsa est, ita vt aliter fieri non possit, quam vt capiatur, ea efficitur vulnerantis, & nō primo capientis.

Sed † quæstionis est, quid si lupus, milvus, aut canis rapiat, verbi gratia 18
Titij pecudem, vel auem, & habeat in ore, & Sempronius eripiat eam de faucibus illius, an Sempronius teneatur eam restituere priori Domino, scilicet Titio? Nam gentes quodam venandi eam erat nactus, vide cogitabat, quemadmodum retia, manique capta, cum in quam naturalem laxitatem peruenirent, desinerent eorum esse, qui eapisset, ex

inquit: *et sic l. Pomponius ff. de acquir. rer. dom.* Ad hanc quæstionem breuiter respondetur affirmatiue *per textum d. l. Pomponius in fine acqu. rer. dom.*

Vbi dicitur, quod a lupo capitur nostrum manere, quamdiu recipi possit, id quod ereptum est. *Cuppellatio. tract. de seruit. rusticor. prædior. tit. de occupation. sup. 1. num. 5. Iacob. de S. Georg. de trail. feud. verb. & cum venationibus, num. 8. &c. & num. 1. et quæ ex Bart. trad. de falcone*, istam quæstionem tacet.

19 An † rusticus inueniens falconem cum sonaleis in pedibus vinctum is teneatur restituere priori Domino, & in puncto affirmatiue vtrique concluditur *ex Bart. d. trail. de falcone*. Sed quid iuris si rusticus falconem portarit ad domum suam, & eum teneat sub clauso, dando illi comedere extra sollar, caleum & rapas, quibus omnibus vtebatur rusticus. & falco apud ipsum rusticum moratur: An teneatur domino ad restitutionem falconis. Prima facie videtur ex hac quæstione negatiue respondendum. Quia rusticus eli spoliceratus, *l. 1. §. final. ff. si quis ius dic. non obt.*

Deinde quia rusticus, eo quod nemo persequebatur falconem, probabiliter credere potuit, cum peruenisset in naturalem libertatem. Ita pars quæstionis affirmatiua ratio prima est: Quia culpa est se immiscere artibus, ad se non pertinentibus, *l. culpa, ff. de reg. iur.* Nam vti imperitia imputatur medico, qui male seruat ægrotantem, *l. 1. in fin. § si. ut medici ff. de offic. præf.* & quemadmodum rustici non audent optare pericula, *l. domus prædecessorum glos. C. de agric. & censit. l. 1.* ita non pertinet ad rusticum cura fœdi tam nobili aui immiscere. Præterea ignorantia non potest rusticum excusare, cum falconē reperierit cum sonaleis & geetis, vt loquuntur, per quo signum demōstratur res signata, quemadmodum ad signata cognoscimus fabricenses, *C. de fabricens. lib. 11.* sicut & ad signum cognoscuntur ballæ mercatorum, vt inquit *Bal. in Author. de dotib. C. de donat. ante nupt.* Vnde concludit *Iacob. d. loco.* rusticum teneri non quidem, *l. Aquilia*, quia non interfecit falconem, sed, quia præbuit causam mortis, actione in factum, *l. qua actione, § Celsius, ff. ad l. Aquil.* Nec debuit credere ipsum falconem peruenisse in naturalem libertatem, quia a natura nō recedunt falcones cum sonaleis & geetis. Ex quo signo potuit credere priorem dominum non habuisse falconem pro derelicto, *l. falsus, § si cui suus, ff. de furt.* vt post *Bart. in d. trail. de falcone, Iacob. citato loco.*

21 Insuper † & hæc se offert quæstio: Quid si statuto introductum sit, vt capiens lupum vel vulpem, aut aliud animal nociuū, detur aliquod præmium, & deinde aliquis capiat lupam vel vulpem prægnantem, an capiens debeat habere vnum, vel plures præmia: Respondeo, quod capiens debitus

bitur vnum præmium, non plus. *Bald. l. fi. ff. de liber. caus. sunt. qui vtere. ff. de Iudæis. bom. l. 2. §. qui autem. ff. de excusat. & in leg. la. 2. ff. ad l. Falcid.* Secus si capiat lupam lactantem cum lupatibus, *Imol. d. l. in lege. Fel. n. 11. in cap. fi. de homicid.*

Denique † hic annotare libet, quod omnibus licitum sit occidere be- 22
stias nocuas, vt vrsos, apros, & lupos, *cap. 1. §. nemo retia. de præscript. & vide Iason. d. l. 1. n. 18. in vsib. feud.* capti tamen & occisi apri in quibusdam Germaniæ partibus ex consuetudine Domino territorij, qui ius venandi habet, tradantur seu transmittuntur, vti supra *cap. 2. n. 60.* mentionem feci. Imo † & 23
leones occidi pollunt, etiam si fuerint mansueti, & habiti sint pro derelicto. *Ioann. & ibi gloss. C. de venat. ferar. lib. 11.* Vbi dicitur occidendorum Leonum cunctis facimus potestatem, neque aliquam inimus quemquam calumniam formidare. Bestias † autem, quæ ad Comitatum ab omnibus 24
limitum Ducibus transmittuntur, non plus, quam septem diebus intra singulas Ciuitates detineri præcipimus: Violatoribus eorum quinas libras auri sisciturus illaturus.

SVMMARIA.

1 *Venationes & aucupia, an ad proprietatem, vel vsumfructuarium pertineant.*
2 *An vsufructuarius possit prohibere ne venetur.*
3 *Vsufructuarius potest prohibere venationem.*
4 *Vsufructuarius potest vendere ius venandi.*
5 *Vsufructuarius non est dominus ferarum.*
6 *Vsufructuarius an fundi, an quo vsumfructum habet, seruitutem iuris venandi imponere possit.*
7 *Vasallus, an possit sine consensu domini in re feudali constituere seruitutem vel vsumfructum iuris venandi.*
8 *Fructus venationis, aucupij & piscationis, an sint fructus industriales.*
9 *Fur an amittat, qui venatur in agro pignori dato.*
10 *Feræ venationis, an computentur in sortem.*
11 *Fera pisces & volucres, an bona mobilia, vel immobilia esse dicantur.*
12 *Venditio fundi, an dicantur venditi pisces existentes in eo.*
13 *Venditio stagni, an censeantur etiam venditi pisces in eo existentes.*
14 *Vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio.*

CAPVT NONVM.

Vsufructuarius, an habeat vendendi ius venationis, piscationis & aucupij. Et an seruitutem iuris venandi constituere possit in fundo, cuius vsumfructum habet, & quadrupedum venabilium, item feræ, pisces, & volucres, an sint de bona

mobil. vel immobilia computentur. Et denique vendita fundo, vel stagno, an censeantur etiam venditæ pisces in eo existentes.

1 NOn † inutiliter hic tractatur, & illa quæstio tractari potest: An venationes & aucupia ad vsumfructuarium, an vero ad proprietarium spectent. Respondetur ad hanc quæstionem breuiter, venationum & aucupiorum redditus pertinere ad vsufructuarium, *text. est in l. item si fundi. § aucupiorum. ff. de vsufruct.* Vbi Iurisconsultus inquit: Aucupiorum quoque & venationum reddituum Cassius ait in libro octauo iuris ciuilis ad fructuarium pertinere, ergo & piscationum.

2 Ex † quo textu deducuntur plura. Primo vsufructuarium posse venari in eo fundo, in quo vsumfructum habet, nec posse à proprietario prohiberi, ne venetur ipse vsufructuarius. Quod ité probatur, *in leg. vsufructuarium ff. de vsufruct.*

3 Secundo † infertur ab auctoritate Iurisconsulti, ad ipsum vsufructuarium pertinere, quod is petatur, vel licentiam eò dari venandi in fundo, cuius vsumfructum habet, eò fere quo ratione vsufructuarius prohibere potest, ne quis fundum ad venandum ingrediatur.

4 Tertio † infertur, pecuniam pacto promissam, pro licentia venandi alicui concessa, ad vsufructuarium pertinere. Ratio est: Quia cum ipse possit, & ius habeat prohibendi, ne fundum quis ingrediatur, poterit iuste vendere facultatem, & licentiam ingrediendi, ad venandum, vel alium licitum vsum.

5 Inde † tamé non sequitur, feras intra fundum enutritas esse fundi proprium fructum (huic enim feræ non cohærent, nec illo continentur, nec ex eo nascuntur,) vel eas pertinere ad vsufructuarium iure dominij, cum ipse in ijs, quæ nullius sunt, & iure naturali cõmunia censentur, non plus iuris habeat, quam quiuis alius. *Couar. cap. peccatum, 2. part. §. 8. n. 9. vers. sic primum, & vers. tertio.*

6 Vsufructuarius † tamé non potest fundo, in quo vsumfructum habet seruitutem iuris venandi imponere, *l. aquissimum, §. fin. ff. de vsufr. Capol. tract. de seruit. vrb. pred. tit. Quis possit constituere seruitutes reales, ca. 14. n. 11.* Pari ratione, nec vasallus potest sine consensu Domini constituere seruitutem iuris venandi in fundo, seu vsus feudali, imo neque vsumfructum iuris venandi, nempe in præiudicium Domini, & agnatorum, qui succedere debent in feudo, ex prouidentia primi acquirentis, *gloss. in cap.*

7 *1. in verb. alienationes, de capite Conradi in vsib. feud.* Potest † tamen vasallus in sui præiudicium constituere seruitutem iuris venandi in re feudali sine consensu Domini, *per text. in l. quid ergo, de inuestituris in re aliena facta in vsib. feud. Curt. Iun. de feud. in 4. part. in vlt. cauſ. amittend. feud. quæſt. 105 Iul. Clar. recept. ſent. lib. 4. §. feudum, quæſt. 37. n. 3. Capol. d. c. 14. n. 1.*

Card.

Gard. Parisiensis. q. 9. n. 4. vers. 2. Ac eodem modo casu, quo feudum dominus apetitur, extinguitur omne onus feudo impositum per vasallum. Sic etiam quo ad agnatos, qui succedunt in feudo, finiuntur & extinguuntur servitutes, & onera in præiudicium agnatorum feudo imposita. Communis tamen est Doctorum conclusio, quod vasallus sine consensu Domini, non possit alteri constituere usumfructum in feudali, *Curt. Iun. in d. 4. part. q. 136 quem sequitur Iul. Clar. d. quæst. 37. n. 2.* Ratio est: Quia Vasallus prohibetur alienare vtile dominium: at usufructus est pars vtilis dominij: Igitur Vasallus non potest alienare vsumfructum. Quamquam Vasallus non possit iure feudali concedere vsumfructum, vel vsum sine consensu Domini, attamen bene potest vendere fructum rei feudalis pro tempore, quo feudum retinuit apud eum, vel ad certum tempus: Quia ista non dicitur alienatio feudi, *Iun. ad hos. §. iff. de decur. Curt. Iun. d. q. 106.* Et non dicitur rem alienare ille, qui alienat fructus separatos, *d. l. in ædibus, §. 1.*

Sed quia venationes, piscationes & aucupia sunt in fructu, & ad vsufructuarium pertinent, *d. §. aucupiorum, & d. l. vsufructuarius, ff. de vsufr. & l. venationem ff. de aquir.* Vbi; dicitur, venationem in fructu fundi negant esse, nisi forte fundus esset venationi consecratus, quæritur: An venatio, piscatio, & aucupium fundum fortis locetur? Respondeo aliqui mutuo. Quia ille plus vendetur & operatur factum, & inducit rem bonam, quam natura. *Aug. Ber. in 2. grauis. n. 16 de rest. ff. 6. 11.* 8

Ex his infertur responsio, ad quæstionem, qua quæri solet, An mutuans alicui centum, & pro securitate mutui accipiens agrum in pignus, in quo venatus, piscatus, aut aucupatus est, teneatur computare in sortem, quod accepit? Infertur inquam responsio negativa: Nisi † fructus fundi ea venatione constaret, nam tunc venatio est in fructu, & fructus computandi essent in sortem, *d. l. item si fundo, §. aucupiorum, & l. vsufructus ff. de vsufruct.* 10

Verum † hoc loco non incongrue quæritur: Vtrum feræ pisces, & volucres computentur inter bona mobilia, an immobilia. Ad hæc quæstionem cum distinctione aliquot casuum respondendum est. Nam aut concedutur cum fundo, & iudicatur de illis, sicuti de alijs mobilibus solo cohærentibus: Aut conceditur flumen, vel lacus, & censentur immobilia, *cap. 1. quæ sint regalia, in vsib. feud.* Aut vero sine fundo, & tunc, si cõcedantur ceti pisces, puta qui sunt in lacu, vel piscina, indubitanter censentur res mere mobiles, *§. ceu, Iustit. de rer. diuis.* At vero conceditur ius piscandi, & tunc aut ad certum tempus, aut in perpetuum. Primo casu erit res mobilis, secundo autem immobilis, *arg. l. diuortio, §. si fundum ff. solut. matrim.* Præterea ut pisces sint stagno sunt, aut in piscina. Si in stagno, 11

censentur res immobiles si sunt in piscina, sunt res mobiles. Insuper aut ponuntur in stagno, seu piscina causa custodiæ, an vero vt mulpliccẽtur. Primo casu censentur res mobiles: Secundo autẽ immobiles, *Guid. Pap. decis. 91. nu. 5.* vbi dicit ita intelligendam esse, *l. funes* (alias limes) *ff. de act. empt.* quæ sequentia habet verba, Funes & labra, salientes fistulæ quoque, quæ ex salientibus iunguntur, quamuis longe excurrant, extra ædificium ædium sunt, item canales: Pisces autem qui sunt in piscina, non sunt ædi-
12 um, nec fundi. Vbi † *Bart.* dicit, quod vendito fundo, veniant omnia, quæ sunt intra fundum ad perpetuam vtilitatem fundi, & ex hoc arguit a contrario, quod pisces non veniunt in venditione fundi distracti, in quo est piscina, quia non sunt intra fundum ad perpetuum vtilitatem fundi, & †
13 ideo non censentur pars fundi, sed vendito stagno, videntur & venditi pisces in eo existentes, quia stagna fiunt propter pisces, sicuti arua propter fruges, & sic cum pisces sint causa finalis ipsius stagni, patet, quod sint in stagno propter eiusdem vtilitatem perpetuam, & ex consequenti, pars stagni esse intelliguntur, & hoc est verum, nisi pisces essent in stagno repositi ad modicum tempus, quia tunc non censentur ibi positi ad perpetuam vtilitatem stagni, *l. fundi.*, §. *Ideo. ff. de act. empt. ita Guid. d. decis. 91. n. 5* cui sic fragantur *Barth. Ioma. Chassan. in consuetud. Burgund. verb. tontes Meubles, n. 23. Tyraqu. in tract. de retract. lignagior. §. 1. gloss. 2. verb. an Antres, n. 117.* quos refert & sequitur *Medi. tract. de venat. pisc. & aucu-*
14 *pat. quæst. 17. prim. part.* Et † quod dicitur de piscibus, intellige etiam de alijs animalibus, ex identitate rationis. Vbi enim est eadem ratio, ibi idem ius statui debet, & quæ non differunt ratione, non differunt iuris dispositione, *l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. Titio. ff. de verb. oblig.*

SVMMARIA.

1 *Venationis, piscaturæ & aucupij æstimatio, vel interesse, an dari possit? & nem. 7.*

2 *Responsio ad quæstionem sub distinctione duorum casuum.*

3 *Impeditus venari, vel piscari, agere potest ad damni dati restitutionem, ob retia rupta, & instrumenta venationum iniuriarum.*

4 *Actio iniuriarum, & legis Aquiliæ possunt cumulari.*

5 *Conductor fluminis, vel stagni, aut loci publici, impeditus piscari, venare potest vtile interdictum ob intelligibile fauorem.*

6 *Impeditus in proprio fundo venari, vel piscari in fluuiatile piscari, quod habeat remedium propter allusionem ad iniurias.*

7 *Alia dari possit æstimatio piscationis & venationis.*

8 *Iniuriator an condemnari possit?*

9 *Piscator is, qui venatum percussit, vel eo ipso potest, an æstimari possit?*

CAPVT

CAPVT DECIMVM.

Venationis piscationis, & aucupii lucrum cessans an peti possit? Et an piscatoris vel venatoris percussio operæ præsentes, & futura æstimari possint?

PVlchra quæstio & notabilis est: An impeditus piscari aut venari, vel aucupari ab eo, qui eum iure impedire non potuit, agere valeat non tantum ad retia rupta, eorumq; æstimationem, sed & ad interesse piscaturæ, & venationis. Ad hanc quæstionem dissoluendam est pulcher, *text. in l quemadmodum. §. plane. ff. ad l. Aquil.* qui hæc sequentia habet verba. Plane si culpa naturam id factum sit, *lege Aquilia agendum*, sed vbi damni iniuria agitur ob retia, non piscium, qui ideo capti non sunt, fieri æstimationem, cum incertum fuerit, an caperentur. Idemque & in venatoribus & aucupibus est probandum. Hactenus text. Ex quo etiam aperte colligitur, quod venationis, piscationis & aucupii lucrum cessans, peti non possit, quoniam incertum est, an capi aliquid posset, & multa accidere possent, vt non caperent, probarique certe non potest. Verum † ad propositam quæstionem, clarius sub distinctione duorum 2
casuum, respondeo. Aut enim piscatio vel venatio est certa, copiosa ac optima. Aut rara & incerta. Primo casu concludo affirmatiue, scilicet impedientem piscationem & venationem, aut procurantem amissionem piscium, vel feratum, teneri ad æstimationem piscaturæ, & venationis, quæ iuxta tempus, & locum citra imminebat, ac præterea ad damni dati restitutionem ob retia rupta, *l. aut lex, in fi. ff. ad l. Aquil. cum l. seq.* Posteriori casu respondeo negatiue, scilicet impedientem aliquem piscari vel venari, non teneri ad interesse vel æstimationem piscaturæ vel venationis. Ratio est: Quia incertum piscium, aut ferarum in piscationibus, & venationibus æstimari non potest:

Plura enim contingere possunt, ob quæ nec pisces, nec feræ caperentur, *d. § plane*, quem dicit, *Couar. c. peccatum, 2. part. §. n. 12. de reg. iur. in 6.* ita accipiendum esse, vt habeat locum in littoribus & fluminibus, vbi piscatio certa non est, sed admodum rara & incerta, quod plerumque contingere solet, siquidem piscatores hac ratione sæpius eludantur, quam capiant. Hoc † tamen posteriori casu impeditus venari, vel piscari agere 3
poterit ad damni iniuria dati restitutionem ob retia rupta, *d. §. plane*. Quin & vtroque casu iniuriarum agere poterit, *per text. in l. iniuriarum. §. si quis me, & §. pen. ff. de iniuriis. l. 2. § hoc iure. ff. ne quid in loc. pub.* Et † potest actio iniuriarum cum lege Aquiliæ actione cumulari, *per 4*
text. in l. iurisconsultus ff. de fid. & col. 3. De iniuriarum actione, Carpz. de interpr. Myns. cent. 1. vbi. 2. ad n. 25. Anton. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 9.

Quod † si prohibitus vel impeditus piscari, conduxerit flumen vel 5
stagnum.

stagnum aut lacum publicum, poterit contra prohibentem vel impedientem, inuentare vtile interdictum, ob vectigalis fauorem, *l. vnic. ff. vt in flum. publ. nauig. lic.* Si † vero in fundo venari, & priuato flumine piscari impediatur, ac turbetur, poterit prætor actionem iniuriarum, etiam instituere vtile interdictum vti possidetis, *l. sicuti autem, §. Aristo. vers. dicit igitur, in fin. ff. si seruit. vendic. l. 1. §. si ff. de aqua plu. arc. l. pen. ff. de seruit. gland. l. seruitutes, La. 4. an verb. certam, ff. eod. gl. notab. in l. apud Trebatium, in verb. impedire ff. de aq. plu. arcen. cum similib.* Vel etiam potest actione confessoria experiri, quæ datur contra quemcunque possessorem turbantem vel impedientem aliquem vti iure suo, vel seruitute, *l. 2. & l.*

7 *si quis diuturno, § fin. ff. de seruit. vendic. §. æque, Instit. de action. lib.* Postea † tamen in piscationibus & venationibus præter æstimationem supra primo casu positam, altera constitui æstimatio. Si piscator, aut venator quispiam certum quotidie lucrum habeat ex pacto, quod cum altero pepigerit, vt ei det certam pro cuiuslibet diei piscatura. Nam ex hoc pacto piscator habere debet pro cuiuslibet diei piscatura certum, & ex certissima, siue piscatio vel venatio vberrima sit, siue sterilis, *l. si talem, ff. de aff. empt.*

8 Vbi Iurisconsul. inquit. Si † iactum retis emero, & iactare rete piscator noluerit, in certum huius rei æstimandum est, si quod extraxit piscium, mihi reddere noluerit, id æstimari debet, quod extraxit, hactenus Iurisconsul. Qui illum contractum approbat, quo iactus retis emitur, quicunque is futurus sit. Vnde si piscator promisso pacto inito nolit remittere, emptor aduersus eum agere ad æstimationem, atque æstimabitur incertum illius iactus, id est, alea illa, quæ in venditionem deducta fuit, *Bar. in Leodem. §. qui maximos, 2. co. ff. de publ. facit text. in l. nec emptio, ff. de contr. empt. Couar. d. loco.* Nec obstat *d. §. plane*, quo dicitur, incertum piscium non æstimari. Quia primo respondetur, in actione, *l. Aquilea*, non fieri incerti æstimationem, sed in actione empti, *gl. in d. l. si iactū*. Secundo respondetur, quod non sit incerta huius rei æstimatio, sed sit æstimanda alea illa, & iactus retis, qui ob varium successum, & dubium, incertum quid a Iureconsulto dicitur. Deinde quod dicitur in actione, *l. Aquiliæ*, non fieri æstimationem incerti, ratio est: Quia actio, *l. Aquiliæ* non datur nisi pro damno præterito, & ideo non æstimatur futurum, *gl. in d. §. plane, verb. fieri æstimationem, ff. ad l. Aquil. per l. nunquam, §. Item quæsitum, ff. de priuat. delict.*

9 Ex his † infertur responsio, ad quæstionem, qua quæri solet: An is, qui piscatorem, aut venatorem, qui victum ex piscatione, & venatione quærebat, percusserit, vel occiderit, tenetur ad æstimationem operarum piscatoris, vel venatoris percussi, aut occisi? Et quanquam, *Paul. de Cast. in l. non vtiq., §. vlt. ff. de eo quod cert. loc. Roman. in singulari, 681. Præsul. incap.*

in cap. Inuenis de disponsatib. 3. col. Boer. in addit. ad Dyn. in Rubr. de reg. iur. 2. col. quos recenset, *Couar. d. §. 8. n. 12.* existiment, piscatoris aut venatoris percussi, vel occisi operas, vt omnino incertas, minime esse æstimandas, ad quod facit, *rex. in §. Illud quæsitum, Inst. de rer. diuis.* licet alioqui operæ percussi, aut occisi præsentes & futuræ soleant æstimari, *l. ex hac lege, ff. si quadrup. paup. feciss. dicat.* Ex supradictis tamen probatur, piscatoris & venatoris percussi, aut occisi operas æstimandas fore, & posse iustissime æstimari, quicquid allegati Doctores voluerint ita *Couar. præcitato loco.*

Primæ partis tractatus de Iure Venandi Aucupandi & piscandi.

FINIS.

TRA-

TRACTATVS
DE IVRE VENANDI, AVCVPANDI ET PISCANDI.

Pars Secunda,

AVTHORE GEORGIO MOR, IVRIS VTRIVSque Doctore, &c.

Ex capite primo Summaria.

1 *Error Principum, Comitum, Baronum & Nobilium putantium, cum habeant merum imperium se quoq; habere ius venandi, seu iura foresti & vice versa.*

2 *Separatorum separata ratio, & n. 7.*

3 *Foresta vel forestum quid?*

4 *Forestum, nemus, sylva, Insula, Barchus, in quo differant.*

5 *Foresta non infert necessario merum imperium.*

6 *Saltus quid?*

7 *Venatio & aucupium inter se specie differunt. Possessio vnius actus, an operetur ius vniuersale. ibid.*

8 *Ius venandi in eadem sylva pluribus in Germania competere, diuersis tamen respectibus.*

9 *Turbato in iure venandi, datur actio confessoria, vel vtile interdictum vti possidetis, contra turbantem.*

10 *Seruitutes an inter res mobiles, vel immobiles referantur.*

11 *Seruitutes & iura negatiua, an & quando præscribi possint.*

12 *Seruitutes & iura affirmatiua, an & quando præscribantur.*

13 *Seruitus iuris venandi est discontinua, & non nisi tempore immemoriali præscribitur, secundum communem opinionem.*

14 *Verior opinio est, seruitutem iuris Venandi, & aliam quamlibet seruitutem, siue personalem, siue realem, siue continuam, siue discontinuam præscribi longo tempore, & n. 22.*

15 *Distinctionem seruitutum in continuas & discontinuas legibus non probari.*

16 *Tripliciter aliquid dici continuum, vel discontinuum.*

17 *Actus est duplex.*

18 *Conciliatio, l. seruitutes, 3 ff. de seruitut. & l. seruamus ff. de seruitut. Vrb. in pradis.*

19 *Ante Iustinianum Imper. nulla seruitutes potuerunt vsucapi & præscribi, Vt ini lege Scribonia, & que eius fuerint rationes ibid.*

20 *Incorporalia quasi possidentur, & patientiam, que est instar traditionis, admittunt.*

21 Ar-

21 *Vnicus actus sufficiens est, ad constituendam quasi possessionem iuris incorporalis.*

22 *Omnes seruitutes, siue personales, siue reales, siue continuæ, siue discontinuæ sint, cum titulo præscribi decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes. Sine titulo triginta vel quadraginta annis.*

CAPVT PRIMVM.

De præscriptione iuris Venandi, & tempore ad hoc ius acquirendum requisito.

CÆterum, cum hodie inter Principes, Comites, Barones, & Nobiles nullum fere ius ita controuersum sit, atq; ius venandi, vno afferente ad se illud ex antiquo priuilegio, vel concessione feudali, & longæuo vsu pertinere, altero excipiente sub illud præscriptione, aut alio iusto titulo esse acquisitum, ideo operæpretium me facturum esse existimo, si de huius iuris præscriptione aliqua, ea qua fieri potest, perspicuitate, tradidero, vt Iuris candidati sciant, cum ad administrationes Rerumpublicarum assumpti, vel in Principum auleas asciti ac vocati fuerint, quid certi de hoc controuerso iure respondere. Antequam autem de præscriptione iuris venandi agam, quædam ad faciliorem huius rei cognitionem præmittam.

Primo: Quod † aliqui Principes, Comites, Barones, & Nobiles plurimum hallucinentur, putantes, cum habeant in suis districtibus seu territoriis merum imperium, vulgo, *die Welt che hohe Obrigkeit*, se quoque habere ius venādi, seu ius foresti, vulgo *Geiagār, den Forst, oder Forstliche Oberkeit*, Aut † vice versa, cum habeant ius foresti, se quoq; habere merum imperium, cum tamen merum imperium, ac ius foresti sint diuersa, ac separata, & ex separatis non recte inferatur, *l. si maritus, La. l. C. de donat. inter vir. & vxor. & ibi Salicet. n. 1. l. Pipinianus ff. de minorib. 25. an. & l. si. ff. de calumniat.* Est † enim foresta, vel forestum, locus, in quo feræ habitant, vel includuntur, & in quo quis vsum venandi habet, *gl. in c. cum dilecti, de donat. & dicunt ibi, Ioan. Andr. & Cardin.* quod hæc vocula sit vulgaris Franciæ, & Angliæ. Imo & apud nos Germanos est maxime vulgaris, & communissima, vt notum est. Et † vbi sunt talia loca, dicitur forestum latum nemus sine clausura, & sine aqua: Vbi est flumen dicitur sylua: Vbi circundatur aquis, dicitur insula: Vbi autem includitur muro vel palis, dicitur barchus secundum, *Ioan. Andr. in d. cap. cum dilecti.* Vnde † nec forestum, vel foresta necessario infert merum imperium: licet quandoq; contingat, quod ibi quis etiam merum imperium habeat, vbi forestum habet, *Mynsing. respons. 16. iur. 36. 37. & 46.* Nam videmus quotidie, quod Comites, Barones, & Nobiles in alicuius

1

2

3

4

5

Principis siue Ducis districtu castra, & villas habeant, & circumquaque ius forestæ eidem Principi competat: tamen huiusmodi castra, & villæ, quoad iurisdictionem ei non sint subiecta. Sic etiam nonnunquam Comes in Comitis alterius Comitatu, & Baro in Baronis alterius Baronatu, seu dictione, ius forestæ, seu ius venandi habet non tamen Iurisdictionē,
6 vel merum & mixtum imperium. Saltus † autem dicitur nemus, rarus habens arbores, vbi feræ, & venatores & canes bene siliunt.

Fit saltus nemus & salientis dicitur actus, *notat. gl. in Clem. Ne in agro, §. porro in verb. saltus, de stat. monachor.*

7 Secundo † præmittendum: Quod ius venationis, & aucupii inter se specie differunt. Nam non sequitur, Habeo ius venandi, ergo etiam aucupii, vel vice versa. Habeo ius aucupandi, ergo etiam venandi: Quia hæc etiam separata sunt: At ex separatis nihil infertur, supra allegatis Iuribus. Quemadmodum qui vnius est vna specie Iurisdictionis, non acquirit iurisdictionem in aliis diuersis speciebus: Quia regula est quando potestas tantum præscripta, & non amplius, *l. 1. §. si quis hoc interdicto, ff. de interdict. q. primat. Bart. ibid. per tex. c. auditis, c. cum olim, de præscript. & ibi Felin. n. 18. c. cum in tua, de decim. & c. cum venerabilis, de religios. domib. Iason l. 3. n. 35. de acquir. poss.*

8 Tertio † præmittendum: Quod in Germania pluribus ius venandi in eadem syua, diuersis tamen respectibus competat: videlicet huic ius venandi minores feras, *Hasen oder Rephuner*, alteri maiores, *Hirsch, Hohes, Grob oder Schwatzwildt*. Vnde ius venandi maioribus Germaniæ in duplicem forestam, supra 1.ª *part. c. 2. n. 68* distinxi, Altam nimirum seu summam, Germanice *Hoch oder Oberforstliche Herrligkeit*, & simplicem seu minorem forestam vulgo *Minder oder Niderforstliche Gerechtigkeit*.

9 Et † quilibet intra præscriptos forestæ seu iuris venandi seruitutis fines, se continere debet, *per tex. l. si mater, §. si quis iter, ff. de except. rei iudic.* si secus fecerit recte pignora capiuntur, & turbato actione confessoria directa, vel vtili consulitur, aut etiam vtili interdicto vti possidetis succurritur. *per notata ab Andr. Gail. de pignorat. observat. 24. n. 7. & 8. & allegata iura a nobis supra, 1. parte c. 10. n. 6.*

10 Quarto † præmittendum: Quod licet seruitutes tanquam iura incorporalia proprie neq; res mobiles, neq; immobiles dici possint, sed tertiā quandam & separatā speciem constituant, vt notat, *Panorm. in c. nullus n. 10. de reb. Eccles. non alien. Philip. Franc. in c. 2. n. 4. cum seq. eod. lib. 6.* attamen quia rebus immobilibus adhærent, recte inter immobilia computantur, *per gl. in l. 1. in verb. intelliguntur, C. de vsucap. transform. Alexand. cons. 211. incip. ponderatis verbis statuti, n. 4. vol. 6. Anthon. de Butr. & Fel. in d. c. nullus, Franc. in d. c. 2. nu. 4. Andr. Tyraquel. de retract. §. 1. gl. 5. n. 10.*

Vbi

Vbi pro hac sententia allegat, *text. in l. sed si pecunia, §. similiter, ff. de reb. cor. qui sub tutela vel cura sunt.*

Quinto † sciendum: Quod sunt quædam seruitutes, siue iura quæ negatiua sunt, hoc est, quæ consistunt in prohibendo: Quædam iura sunt, quæ affirmatiua dicuntur. Iurium negatiuorum quasi possessio acquiritur ex prohibitione alteri facta, veluti si te vicinum meum volentē altius tollere domum tuam prohibeam, putans scilicet id mihi licere, & tu prohibitioni meæ non contradicas, tunc in quasi possessione esse incipio seruitutis, ne altius tollere queas domum tuam. *gl. & Dd. l. 1. C. de servit. & aq. l. si. ff. quemad. serv. amit. l. si ff. de itin. actuq; privat, l. etsi forte, §. 1 ff. si servit. vendic. glos. in l. qui lumina bis. ff. de servitut. urban. prad. glos. & Dd. cap. Abbate de ver. sign.* Huic iuri seu seruituti, si habet causam continuam, præscribitur decem annis inter præsentes, si vero causam non habeat continuam, sed discontinuam, præscribitur tanto tempore, cuius initii nulla extet memoria, *l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiu. l. 1. §. fin. ff. de aq. plu. arc. gl. fi. & Bart. l. 2. C. de servit. & aqua.* 11

Iurium † vero affirmatiuorum quasi possessio, puta quod mihi liceat ire, agere per agrum tuum, aut aquam ducere, & similia non acquiritur, nisi triginta dies eo iure fuerit vsus, non vi, non clam, non precario. *d. l. 1. §. 1. ff. de itin. actuq. priv. Bar. d. l. 1. n. 2. C. de serv. & aq.* Vnde † ossi inchoatam in his iuribus affirmatiuis quasi possessionem implebitur, sicut in negatiuis, præscripitio decem aut viginti annis, si causam hæc iura habeant continuam, quod si causam habeant discontinuam, requiritur tantum tempus cuius initii nulla extet memoria, quod in præscriptione seruitutis negatiuæ dictum est. 12

His † ita præmissis, ad propositam initio huius capiris quæstionem respondeamus, quomodo & quanto tempore ius venandi præscriptione acquiratur. Et quia Venationes sine facto hominis exerceri non possunt, consequens est, seruitutem iuris venandi esse discontinuam, quia facta, seu actus hominis sunt discontinui, *l. seruitutes, La. 4. ff. de seruitut.* Quamobrem non præscribi huic seruituti iuris venandi, nisi tanto tempore, cuius initii memoria non extet in contrarium, tradidere, *Dd. communiter, per text. in d. l. 1. §. fin. ff. de aq. plu. arc. glos. ibid. in verb. quamdiu, glos. in d. l. seruitutes, la. 4. verb. certum, Zas. cons. 16. in cap. Illustris, n. 2. dib. 2. And. Gail. ob. pract. lib. 2. ob. cap. 66. n. 7. Mynsing. cent. 4. ob. servat. 53.* Et quamquam Doctores communiter contendant, discontinuas seruitutes præscriptione non acquiri, *per d. l. seruitutes, la. 4 ff. de serv. l. 4. inf. & l. si alueus, §. hoc iure, ff. de aqua.* quibus traditur, seruitutes nō vlucapi, 13

actu omnes sunt continuæ, quia quo ad sui entiam continuo & ingiter exi-
stunt. Secundus † actus est rei ipsius vsus & operatio. Et iuxta hunc actum 18
omnes seruitutes sunt discontinuæ. Ex hac theorica colligunda sunt duæ
leges, quæ e diametro pugnare videntur, *l. seruitutes, 2. ff. de seruitut.* quæ
dicit omnes seruitutes causam habere discontinuam, *& l. fossam, §. de seruit. Vrban. prad.* quæ dicit omnes seruitutes causam habere continuam.
Illa enim loquitur de continuitate & discontinuitate ipsius vsus & operationis; Hæc de continuitate existentiæ naturæ & causarum, *ita Ioan. Longoual. in repetit. l. Imperium, 4. part. ff. de Iurisdict. omn. iud.*

Ad † confutandas leges supra in contrarium adductas, notandum, an- 19
te Iustinianum non potuisse seruitutes vsucapi & præscribi, non modo
discontinuas, *d. l. seruitutes, 14. ff. de seruitut.* sed nec quidem continuas, *d. l. seruitutes, la. 4. §. Item, & in seruitutibus prædiorum Vrbanorum seruetur, d. l. si aliena, §. hoc iure, ff. de vsucap. & l. seruus, 43. §. incorporales. ff. de acquir. rer. dom.* non modo reales, sed ne quidem personales, vt vsumfructum, & similes & iusto errore, *§. non mutat. ff. de vsucap.* ideque propter legem Scriboniam, quæ eiusmodi vsucapionem certis ex causis inhibuit, *l. 4. §. vlt. ff. de vsucap.* Primo fauore libertatis, & odio seruitutis, vt prædia manerent libera. Deinde quod seruitutes per se non possideantur, *d. l. seruitutes, 14. d. l. 4. §. si viam. ff. de vsucap. & l. 1. ff. de vsu. & vsufruct. leg.* Tertio quia incorporalia traditionem nō recipiunt, adeoq; nec possessionem, vel præscriptionem, *d. l. seruus, §. incorporales. ff. de acquir. rer. dom.* Quarto: Quia seruitutes maxime discontinuæ, continuum vsum non habeant, adeoq; iuris subtilitate continuo possideri non videntur, & proinde nec recte vsucapi possent, cum absq; continua possessione nulla vsucapio compleatur, *l. 2. & l. nemo, 10. C. de præscript. long. temp. cap. illud, 8. de præscript. l. 3. in verb. per continuationem possessionis. ff. de vsucap.* Ob has causas iure Digestorum prohibita fuit seruitutum omnium vsucapio. Quæ rationes topicæ sunt, & probabiles, vanam iuris subtilitatem potius, quam veritatem continentes. Nam † etsi corporalia proprie non possideantur, attamen 20
quasi possessio eorum datur, & quamquam traditionem proprie non admittant, attamen patientiam, quæ instar traditionis est ferunt, *l. quoties, in 1. §. vlt. & l. quoties, in 2. ff. de seruit. l. si ego, §. 1. ff. de publican. l. 1. ff. de seruitut. rust. prad. ad fin. l. 3. §. dare. ff. de vsufruct. cum similib.*

Denique licet in continuo vsu seruitutes discontinuæ esse nequeant nihilominus earum quasi possessio continua est, non enim exactus continuitate, sed ex animi possidendi constantia, & perpetuitate de continua earum possessione est iudicandum, & æstimandum.

Etenim ad constituendam quasi possessionem iuris incorporalis sufficit vel omnibus Doctorbus testibus vnicus, vt tradit, *Conar. cap. possessor,*

part.initio, n.6.de reg.iur.in 6. Quare vt seruitutū personalium, ita realiū. Rursus vt continuarum, hoc est, quarum vsus est alternis annis, quasi pos-
22 sessio per actum vnicum cōparatur, & retinetur animo. Quam † ob causam Iustinianus totum vsucapionum & præscribēdarum seruitutum vetus ius mutauit, transformauit, correxit, constituitque, vt omnes in vniuersum seruitutes, siue personales, siue reales, siue continuæ, siue discontinuæ, cum titulo præscriberentur spacio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, *l.fin.C.de præscript.long. temp.* Sine titulo vero triginta, vel quadraginta annis, *tot tit.C.de præscript.30.vel 40.annor. Ioan.Longouall.in d.l.Imperium, 4 part.ff.de Iurisd. Ol. om. tud. Ioan.Coraſ.d. l.seruitutes, 14.nu.21.ff.de seruitut.fuse & erudite Matth.Wesenbec.in cōmentar.ff.de seruitutib.n.6.* Vbi is in eandem sententiam citat Cuiacium, Contium, & alios nonnullos Non videtur dissentire doctissimus *Couar. lib.1.variar.resolut.cap.17.n.11.& clarius, d.c.possessor.2.part.§.2.n.8.vers.ic. Tertia species.*

Ex quibus euidentissime infertur, & probatur, seruitutem iuris venādi longo tempore, nimirum cum titulo spatio decem annorū inter præsentes, & viginti inter absentes, sine titulo autem triginta, vel quadraginta annis præscribi posse, iam allegatis iuribus. Et quod diximus de præscriptione iuris venandi, intellige etiam de præscriptione iuris aucupandi & piscādi, cum in his sit eadem ratio, vnde idem ius statui debet, *l.illud, ff.ad l.Aquil. & l.Titio, ff.de verb.oblig.*

SVMMARIA.

1 *Communis opinio de præscribendis seruitutibus discontinuis, an & quatenus admittenda.*
2 *Error communis quando faciat ius.*
3 *In quæstionis præscribendarum seruitutum decisione, opus esse pragmatica sanctione.*
4 *A communi opinione regulariter non recedendum.*
5 *Quod a pluribus indagatur, melius inuenitur.*
6 *Iudex quando a communi opinione recedere possit.*
7 *Opinio communis non ex numero opinantium, sed ex pondere auctoritatis producitur.*
8 *Nobilis contra Nobilem, Baro contra Baronem, Comes contra Comitem, Dux contra Ducem, ius venandi in plenum dominium vel quasi quāto tempore præscribat.*
9 *Dominium de rebus incorporalibus impropriè tantum dicitur.*
10 *Seruitus large loquendo, in bonis nostris esse dicitur, cum pro ea consequēda nobis detur actio realis, videlicet confessoria.*

11 No-

11 *Nobilis contra Nobilem, Baro contra Baronem, Comes contra Comitem, Dux contra Ducem, si ius venandi non plenum dominium vel quasi, sed vt illud recognoscit in feudum ab Imperatore, vel alio, præscribere velit quantum tempus requiratur.*

12 *Rem Domini liberam pro feudali 30. annis possidens, etiã sine inuestitura ius feudi acquirit.*

13 *Ratio differentiæ, cur in præscribendo iure venandi quo ad plenum dominium vel quasi, minus tempus, in præscribendo vero in feudum, maius tempus requiratur.*

14 *Romanorum Imperator concedit hodie ius venandi, seu ius foresti vel bannum syluestre Ducibus, Comitibus, Baronibus & Nobilibus in feudum, non vt Regale, sed vt ius accessorium Ducatus, Comitatus, & Baroniæ, &c.*

15 *Si vasallus contra vasallum præscribat ius foresti in feudum, an teneatur Imperator, Rex vel alius Princeps, tanquam directus Dominus, vasallum præscribentem agnoscere pro vasallo, illumque feudo iuris foresti inuestire?*

16 *Dominus concedens vasallo ius venandi seu ius foresti alienum in feudũ, an teneatur de euictione?*

17 *Si ius venandi in vno eodemque loco duobus diuersis temporibus, a Principe in feudum concedatur, vter eorum præferatur?*

18 *In Principe debet esse constans voluntas.*

19 *Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam.*

20 *Prima concessio, vel donatio Principis, posteriori præfertur.*

21 *Priuatus, & inferior è Principe, quanto tempore ius venandi cõtra Principem, id est, Imperatorem, vel Regem præscribit?*

CAPVT SECVNDVM.

Inquiritur adhuc, an omnino verum sit, ius venandi præscribi spacio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, cum titulo, sine titulo vero spatio 30. vel 40. annorum.

ET † quamquam hæc sententia, quam superiori capite probauimus, vera sit, & a solida iuris ratione deducatur, nempe in vniuersum omnes seruitutes, siue personales, siue reales, siue continuæ, siue discontinuæ sint, cum titulo præscribi spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, *l. fin. in fin. C. de præscription. long. temp.* sine titulo vero triginta vel quadraginta annis, *tot. ti. de præscript. 30. vel 40. annorum.*

Non † audeo tamen cõtrariam opinionem (quæ habet, quod seruitutes discontinuæ, nõ nisi tempore immemoriali, quod genus præscriptionis non 2

nis non est, sed potius priuilegium, & præsumta concessio, *capit. super quibusdam, §. præterea, de verb. signif. l. hoc iure, ff. de lib. agnosc. quorid. & alium præscribantur*) omnino tenere, non quod vera sit, cui Iustinianus Imperator vetustius vsucapionum & præscribendarum seruitutum mutarit, transformarit ac correxit, vti superiori capite *num. 22.* diximus, sed quod ea communi Doctorum calculo, [seu potius errore communi, qui facit ius, vt tradit *Ioan. Fab. in cap. ante penult. de sent. excom. & reiudic. & Iason in § sed cum aliquis, verb. liberalitate, Inst. de testam. ordinand.* Vbi dicit communem errorem veritati præferri, quando Reipubl. interest, laudatur *Dd. in l. Barbarius ff. de offic. prætor. Angel. d. §. sed cum aliquis*] approbatur, ac ob id in foro frequenter, *Guid. Pap. decis. 573. & Couarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 17. n. 11.*

Nam etsi eorum hoc ius & discrimen præscribendarum seruitutū vetus, [vt alia vsucapionum iura, *l. vnic.* [de vsucap. transform.] a Iustiniano transformatum correctumque ad supradictum modum sit, reliquiæ tamen illius veteris iuris atque discriminis in Pandectas fuere relatæ: seu quia iuris mutatio, compositis iam Digestis, hac parte saltem primatenus facta sit, *d. l. vnic.* quæ data est post consulatum Lampadij, quo tempore Digesta iam componebantur, & tantum non erant absoluta, seu errore aliquo atque incuria, vt alia multa, seu quod absque huius aliqua cognitione reliqua iura seruitutum & vsucapionum, de libris Iurisconsultorum conquisita & collecta, satis commode intelligi non posse viderentur. *Ita Wesenbec. in Commentar. ff. de seruit. n. 6.*

3 Et † quia maior pars Iurisconsultorum veteribus seruitutum & vsucapionum iuribus mordicus inhærent, existimarem ego ad huius quæstionis dissolutionem, & ad plenissimam veterum legum de præscribendis seruitutibus latarum abrogationem, opus esse Cæsarea decisione, & pragmatica sanctione, quæ e bono Reipublicæ esset, ne fierent lites seruitutum præscribēdarum immortales, & ne Iudices, propter dubias Do-
4 ctorū opiniones, in iudicando fluctuarent. Etsi † enim iudices in iudicādo a communi opinione recedere non debeat *per text. in cap. nouimus, de verb. signif. vbi*, opinio a pluribus approbata, *text. in l. 1. ff. de offic. prætor. vbi*, & sane crebrior apud veteres opinio est, *text. in l. Athletas ff. de his qui not. infam.* vbi & generaliter ita omnes opinantur, *Ioan. Andr. & Panorm. in c. 1. n. 15. de constitut. Bart. in l. fin. C. de pœn. Iudic. qui malè iudic. Dec. consil. 414. nu. 10. incip. vso elegantiæ, & consil. 441. nu. 14. incip. præsens consultatio, & consil. 480. n. 17. incip. In casu qui contigit, Alex. consil. 25. n. 2. vol. 6. incip. viso processu.*

5 Ratio † est: Quia communiter maior pars melius veritatem inuestiga-
6 gat, & quod a pluribus indagatur, melius inuenitur, Attamen † Iudex e-

pinio-

pinionem sequi non tenetur, si appareat communē opinionem esse fal-
sam, vel euidentissimis rationibus eam subuerti posse, (prout hæc supra
relata opinio subuertitur) *per text. elegant. in l. 1. ff. de neque ex multi-*
tudine Authorum, sed quod melius est iudicatore eum possis vnius fortitu-
& deterioris sententia, & multos & maiores in aliqua parte superare, re-
fert *Panorm. in d. c. 1. nu. 15. de constitut. & cap. tua nos, n. 9. de vsur. & c. pru-*
dentiam, n. 4. de offic. Iud. c. deleg. text. in ca. Capellanus, versic. sic bibliore ra-
tione, de feriis, Dec. consil. 259. n. 1. incip. visis his, & consil. 456. n. 1. incip. con-
sului alias, & consil. 630. n. 9 incip. in causa qua. Ison. in l. vt vim, n. 34. in fin.
ff. de iustit. & iur.

Non † enim vna opinio appellanda est communis, quo præiudicet al- 7
teri, eo solo, quod crebriori calculo approbata sit, instar ouium, quarum
aliæ alias præcedentes sine iudicio sequuntur, secundū *Dec. in consil. 494.*
incip. Quod super col. fin. Communior enim ad hoc existimanda est ea,
quam sex vel septem Authores Classici ac melioris notæ rem ex professo
tractātes asserunt, q tū probata à quinquaginta sola fere auctoritate prio-
rum nixis. Nam opinio communis non ex numero opinantium, sed ex
pondere auctoritatis producitur, *Alex. consil. 202. lib. 7. n. 6. refert & sequi-*
tur Martin. Nauarr. Enchirid. confessariorum, c. 27. n. 289. vt addidi ego in Tract.
meo de *Diuort. 2. part. a. n. 14. & 15.*

Vnde † ex his contra communem opinionem infertur, Nobilem cō- 8
tra Nobilem, Baronem contra Baronem, Comitem contra Comitem,
Ducem contra Ducem, ius venandi in plenum Dominium vel quasi præ-
scriptione acquirere inter præsentes spacio decem annorum, inter ab-
sentes vero viginti, si adfit titulus, *l. 2. C. de seruit. & aq. d. l. fin. C. de præscr.*
long. temp. Quod si deest titulus, aut aduersarij scientia, requiritur spati-
um 30. annorum, *Bart. & ibi additio, l. si publicanus, ff. de public. & vectig.*
alib. Cœpol. de seruit. Vrban. prad. cap. 20. Balb. de præscript. 2. part. 5. part.
princip. Quia in omni præscriptione, si adest titulus, tempus requiritur
minus. Etenim titulus auget ius præscribentis, *d. l. final. & Cœpol. d. ca-*
pit. 20.

Et † quamquam rerum incorporalium nullum sit proprium domini- 9
um, *l. recte dicimus ff. de verb. sign.* Vt seruitutum, possessionis, obligatio-
nis, attamē improprie accipiendo dominium, res quoque incorporales,
seu iura dominij nomine comprehenduntur, *l. 3. ff. si vsusfruct. pet. l. sem-*
per, §. hoc interdicto ff. quod vi aut clam. Vnde † hac ratione potest quis vo- 10
cari dominus seruitutis, vsusfructus, possessionis. Licet enim a Doctori-
bus post *gloss. in verb. habentur, Instit. de rer. diuis.* in principio, seruitutes
nec sint in, nec extra patrimonium nostrum, cum per se existere nō pos-
sint; sed hæreant in aliqua re, *l. 1. ff. de vsufr.* Large † tamen loquendo, ser-

uitus erit an in bonis nostris esse dicitur, cum eo ea consequenda habeamus ius: eadem enim fuit actionem *l.2. & l. siquis donauerit, 3. fin. ff. si seruit. vend. & agnit. lect. de action.* Rem in bonis nostris intelligimur habere quatenus possidemus ex exceptione, aut amittendi, ad recuperandam eam actionem habemus. *Arg. in bonis ff. de acquir. rer. dom.*

11 Si vero Nobilis contra Nobilem, Baro contra Baronem, Comes contra Comitem, Dux contra Ducem, ius venandi non ut plenum dominium vel quasi, sed vt aliud recognoscit in feudum ab Imperatore, vel alio præscribere velit, tunc requiritur triginta anni, *per text. in cap. vnic. § siquis per triginta annos, vt si de feud. defuncti cum controuersia sit inter dom. & agnat. vasall. in vsib feud.* Et hoc procedit siue agatur de acquirendo formato iure venandi, id est præscribendo & transferendo in se, eo, quod est penes alium: Aut de formando iure venandi nouo, id est, de acquirendo in feudum iure venandi, vt autem nullum fuit, *per text. in d. § si quis per 30. annos,*
12 *quibus sibi & successoribus*, & per traditam *ab Anselmo cent. 4. obs. 29.* Vbi † dicit. Quod vasallus rem non feudalem præscriptione 30. annorum bona fide acquirere possit, contra dominum, puta Nobilis tenuit rem Principis liberam tanquã feudum per 30. an. præstitit seruitia tanquam vasallus, profecto acquiret in feudum talem rem etiam sine inuestitura, *d. § siquis per 30. an.*

Sed † quæret aliquis: Cur in præscribendo iure venandi, quo ad plenũ
13 quasi dominium sufficiat decennium, in præscribendo vero in feudum requiratur tempus triginta annorum. Respondeo: Ideo: Quia cum quis in feudum ius venandi, seu ius foresti præscribit contra præscribentẽ est præsumptio iuris. Nam quælibet res præsumitur libera, & allodialis, non feudalis, *l. si vsufructus, la. 1. in prin. ff. de vsufruct. text. in d. c. vnic. § de fundo si de feud. defuncto controuers. sit inter dom. & agnat. Vasalli l. alitus, C. de seruit. & aq. l. ex meo, l. Imperatores ff. de seruit. vrban. prad § fin. Instit. de seruitut. Alciat. in tract. de præsumpt. 2. regula.*

Hinc † est, quod facilius acquiritur res, quæ est formata, quam de no-
14 uo fiat, & in habentibus symbolum, facilior est transmutatio, secundũ *Arist. 2. de generatione.* Quare facilius & minori tempore præscribitur in feudum ius venandi, seu ius foresti, quod iam alteri in feudum fuit concessum, quam de nouo in feudum præscribatur ius venandi, quod antea nulli in feudum fuit concessum.

Hinc differentiam præscriptionis iuris venandi, quo ad plenum dominium vel quasi, & quo ad vtile quasi dominium, seu feudum, ideo tradidi, cum hodie Romanorum Imperator venationes, seu ius venandi, vel ius foresti aut bannum syluestre vulgo, *Geleyt, den Wildtban oder Forstlehe Herrligkeit* vel *Gerechtigkeit* vel *Oberkeit*, Ducibus, Comitibus, Baronibus & Nobilibus concedat in feudum, non quidem Regale, cui ipsa

1. part. c. 2. n. 66. dixi, sed, vt ius accessorium Ducatus, Comitatus & Baroniæ, &c. Deinde quia aliqui Principes, Comites & Barones illorum habent ius venandi, quare differentia de præscribendo iure venandi, quo ad plenum quasi dominium, & quo ad vsle quasi dominium nempe ius vtile seu feudum, tradenda erat.

Vnde † occasione huius pulchra hic oritur quæstio, An, si vasallus cõtra vasallum, puta Nobilis contra Nobilem, Baro contra Baronem, Comes contra Comitem præscribat ius venandi, seu ius foresti in feudum, teneatur Imperator, Rex, vel alius Princeps, tanquam dominus directus, vasallum præscribentem agnoscere pro vasallo, illumque in feudo iuris foresti inuestire? Dubitandi ratio est: Quia Dominus non tenetur aliquid in vasallum recipere inuitus. *Ceuaet. de antiquitatib tempor. 4 part. §. absolutis, n. 27.* concludit quod Dominus directus, non possit rem in feudum præscriptam, vasallo præscribenti auferre, aut recusare inuestituram, sed quod teneatur vasallum volentem præstare seruitia agnoscere, eique inuestituram concedere. Primo: Quia talis vasallus præscriptione acquisiuit ius vtile, quod dominus ei auferre non potest. Deinde: Quia id fit sine domini præiudicio, cum ipse retineat ius directum, recipit iuramentum fidelitatis, seruitia vrantea.

Sed † hic alia emergit quæstio: An dominus concedens vasallo ius venandi, seu ius foresti alienum in feudum, teneatur de euictione. Ad hanc quæstionem respondeo cum distinctione duorum casuum. Aut enim vasallus scienter ius alienum venandi, in feudum accepit: Aut ignoranter. Primo casu dominus ad euictionem non obligatur, *cap. vnic. si vasallus de feud. ab aliq. interpell. fuer. & ibi Dd. in vsib. feud.* Imo nec ad defendendũ vasallum, vel ad litem in qua iendam est obnoxius: Quia quem non tenet euictio, ipsum non tangit defensio, iuxta vulgatam regulam. Secundo casu dominus ad euictionem obligatur, *d. cap. vnic. & vnic. de inuest. re alien. in vsib. feud.* Quando vero vasallus scienter de re aliena facit se inuestiturã, cautela est, vt tempore infeudationis per pactum sibi prouideat de euictione, tali enim casu dominus ad euictionem obligatur, etsi vasallus scienter se fecerit inuestiri de re aliena, secundum *Alu. rot. & Andr. de Isern. in d. cap. vnic. si vasall. de feud. ab aliq. interpell. fuer. in princ.* Si vero dominus concedat vasallo feudum, quod deinde illi euincitur, eo quod forte dominus non habuit ius concedendi, & hoc ignoret vasallus, profecto hoc casu tenetur vasallo ad aliud feudum, si illud, quod concessum erat, vasallo euincitur, *d. cap. vnic. si de feud. vasall. ab aliq. interpell. fuer. & dominum cũ declarat. Card. Mant. ibi.* Quia concessio feudi quinimmo loco beneficij, beneficij semper habetur, non decipi oportet, vt dicit *reg. in fin. commodato, § finito, in fin. ff. commodati, & c. vnic. x. si fit. extra de rebus eccl. non.*

17 Insuper † hic quæri posset: Quid si ius venandi seu ius foresti, vulgo, *der Wildtban vnd Forstliche Gerechtigkeit* a Principe duobus, diuersis temporibus, in feudum in vno & eodem loco concedatur, vter eorum præferatur: Respondeo breuiter quod prior præferatur. Nam concessio semper in dubio intelligitur facta sine præiuditio, & læsione priorum, *l. 2. §. merito, & § si quis a Principe, ff. ne quid in loco public. facat quod notat, Dyn. in cap. qui prior, de reg. iur. libro 6.* Vnde prima Principis concessio, posteriori præiudicat, *per text. sing. in l. prædia, C. de locat. prad. Ciuil. lib. 11.* Hinc *Iason. in l. quoties, num. 7. C. de rei vendic.* dicit, Si Princeps concedat alicui bene merito castrum, postea vero idem illud alteri concedat, quod secunda concessio erit ipso iure nulla, quia præsumitur circumuentus importunitate impetrantis, vel priorem concessionem obliuioni tradidisse, adeo vt contrarij probatio non admittatur, *per textum, in l. si qua lo-*
18 *ca, C. de feud. lib. 11.* Ratio † est: Quia in Principe tanquam fonte iustitiæ constans voluntas esse debet. Conuenit enim Principibus verbum illud. Semel locutus est Deus, & quod scripsi, scripsi. Et
19 † ideo Princeps vnum debet habere calamum, & vnam linguam, & non plures, quia scriptum est, quæ processerunt de facie mea, non faciam irrita, vnde debet esse immobilis, sicut lapis angularis, & polus in Cœlo verba sunt *Baldi, consilio 327. num. 4.* Vnde limitatur singulariter, *d. l. quoties*, quia illa non procedit in Principe, in quo singulariter receptum est, quod rei concessæ vel donatæ dominium statim absque vlla traditione transeat, *Iason d. l. quoties, num. 5. & 10 Couar. variar. resolut lib. 2. cap. 17. nu. 3. vbi plu. allegat.*

21 Ex † hactenus dictis satis patet, quanto tempore priuatus contra priuatum, Nobilis contra Nobilem, Baro contra Baronem, Comes contra Comitem, ius venandi seu ius foresti præscriptione acquirat, nunc non incommode quæritur, quanto tempore inferior a Principe contra Principem puta Imperotorem, vel Regem præscribat saltus ferarum, & ius venandi: Ad hanc quæstionem cum distinctione duorum casuum respondeo: Primo: Aut enim saltus ferarum Principis sunt, vt Principis, vtpote quæ Regiæ coronæ competunt, & eius proprij sunt, & tamen possent esse iure communi alicuius priuati, hoc casu contra Principem non esse admittendam præscriptionem minorem contendunt tenent, *glos. in Authen. de non alienand. aut permutand. §. ut autem lex, in verb. nec multum, Angel. & Bald. in l. 2. C. commun. de vsucap. Bal. in l. 1. col. 2. C. de annali except. idem Bald. in l sicut, de præscript. 30 vener. col. vlt. Alex. consil. 24. lib. 1. num. 14. Fel. n. in cap. ad audientiam, num. 22. de præscript. Alexan. cons. 34. n. 2. lib. 1. Matth. Afflict. in constitut. Neapolit. lib. 3. Rubr. 31. constitutione, Quod regenale, n. 4. & 5. Isern. in Rubr. de prohibita feud. alien. per Frider. §.*

praterea, n. 7. Conar. in c. possessor. 2. part. §. 2. n. 8 versi. Quæres secundo, nu 9. versic. Secundo illud, de reg. iur. in 6. Vbi pro hac sententia allegat etiam, *Bart. in l. In omnibus ff. de diuers & tempor. præscript. Albert. & Imol. in l. quamuis, ff. de vsucap. Abb. in cap. cum nobis, col. 2 enul. de præscrip. Angel. in §. restituit, Instit. de vsucap. Soc. n. in consil. 86. col. vlt. versic. Quinto hæc conclusio, lib. 1. Aymon. Cranet. in tract. de antiquitat. tempor. 4. part. c. absolutis, n. 40.*

Secundo: Aut saltus ferarum Principis proprii sunt, non tamen hos Princeps habet iure Principatus, sed vt priuatus, quippe qui hos habuerit priusquam Princeps esset, vel hos iure priuato acquisierit. Hoc casu aduersus Principem admittitur præscriptio ea, quæ aduersus priuatum iure admittenda est, secundum, *Bald. in d. l. 2. in prin. C. commu. de vsucap.* Cuius opinionem pluribus comprobat, *Cranet. in d. 4. part. de antiquit. temp. c absolutis, n. 33 & 34.* præsertim, *ex gl. in c. possessiones, 16 q. 4. ita Conar. d. §. 2. n. 9. versic. vltima species.*

SVMMARIA.

1 *Ius venandi, an sit seruitus realis vel personalis, n. 4.*
2 *Seruitus personalis cum persona extinguitur.*
3 *Ius Venandi, an inter pacta personalia connumeretur.*
5 *Seruitus venandi ad hæredes transit.*
6 *Consuetudo est optima legum interpres.*
7 *Ius Venandi dici potest seruitus Iurisdictionis, seu Iurisdictionalis quæ tamen naturam realis seruitutis habet.*
8 *Merum & mixtum imperium, nec non Iurisdict. & ius venandi separata diuersa sunt.*
9 *Ius foresti necessario non importat merum imperium.*
10 *Qui habet ius foresti, habet etiam ius prohibendi venationes & aucupia.*
11 *Possessor vel Dominus syluæ venatoriæ, an arbores excindere possit.*
12 *Seruitutem quis deteriorem facere non potest.*
13 *Mandata sine clausula, quando decerni possint, contra dominum syluæ venatoriæ.*
14 *Quando periculum est in mora, recedit a regulis iuris communis.*
15 *Actio doli, quando competat pro venatione.*
16 *Syluæ dominus, an ligna & arbores vendere possit.*
17 *Consuetudo an possit induci, vt liceat in alieno nemore scindere ligna, vel in alieno fundo pascere animalia.*
18 *Dominus syluæ venatoriæ, an possit agrum noualem ex sylua facere.*
19 *Proprietarius syluæ, vel fundi, in quo alius ius venandi habet, an possit syluam, fundum, vel agrum destinatum ad pascua, vel culturam aperire? & quid sit syluæ pascua ibid.*

20 *Vno concesso, reliqua pertinentia concessa videntur, & n 28.*
21 *Exercitium iuris venandi restrictum est ad syluas, nemora, saltus, & ea loca, in quibus per illud priuatis fundis nullum damnum inferatur.*
22 *Syluam venatoriam an tangere liceat, & quid sit bannum syluestre.*
23 *Ius glandis legendæ, in sylua venatoria, ad quem spectet.*
24 *Pactum valet, vt syluæ sint feudalis, vel emphyteutica, deductis fructibus. Vetustas vicem legis obtinet ibid.*
25 *Longi temporis consuetudo, vicem seruitutis obtinet.*
26 *Ad inducendam consuetudinem, quot anni requirantur.*
27 *Feudus syluestres vtiles, & inutiles, plerumque syluæ seruienti, pro vsu & alimentis ferarum debentur.*
29 *Syluæ diuiduntur in saltus, nemora, syluam cæduam, & materiariam.*
30 *Saltus qui sint.*
31 *Nemora quid, & nemus vnde dictum, & n 33.*
32 *Venatio robustiores iuuenes reddit.*
34 *Syluæ cædua quid.*
35 *Syluæ materiariæ quæ dicuntur.*

CAPVT TERTIVM.

Ius venandi, an sit seruitus personalis, vel realis, & an Dominus syluæ seruitutem venandi deteriorem facere possit. Et denique fructus syluæ venatoriæ cuius sint.

1 IN † hoc venationis tractatu, & illa celebris proponitur quæstio. An ius venandi, piscandi, & aucupandi sit actio, seu seruitus realis, an vero personalis. De qua quæstione contrariæ sunt Doctorum opiniones. Nam quidam dicunt, non esse seruitutem prædialem quia hæc deleuit ad vsum & vtilitatem agrorum vicinorum *glos. & Dd. in l. 1. ff. communi præd.* quod non contingit in venatione, cum quis vtatur hac facultate in syluis alienis, etiam si agros vicinos non habeat. Alii dicunt, non esse seruitutem personalem, quia venandi potestas est, vt puta vsusfructus: Quia † seruitus personalis defecit cum persona, cui debetur, *l. vsus aque, ff. de vsu & habit.* Venandi autem potestas transmittitur ad hæredes, & posteros. Sunt alii, qui dicunt, Iura venandi, aucupandi, in alieno, hauriendi aquam ex vicini puteo, &c. neque reales, neque personalem seruitutem esse, sed inter pacta personalia connumerari, quod etiam non verum apparet, quia (vt dictum est) interiret cum persona. Alii † denique dicunt, esse seruitutem realem, quam opinionem tenet *Vdalric. Zas.* Germaniæ nostræ Papinianus, *singul. vr. intellect. lib. 1. cap. 11. per tot. & in § aque, Instit. de diuisione. nu. 24. cum seq. Idem consil. 6. incip. Illustris, num. 30. lib. 2.* Quia a syluis tanquam prædio seruienti

enti seruitus illa venandi castro, vel villæ, tanquam fundo dominanti debetur. Nam seruitutes non personis, sed prædiis debentur. *per eos. Iunta b. in l. omnes cum sociis. ff. de seruit. rust. prædior.*

Item seruitus venandi ad hæredes transit, & pro ea asserenda, datur contra quemcunq; possessorem, syluæ, actio in rem confessoria, *per tex. in l. 2. ff. de seruit. vendic.* Licet † communis sit opinio, quod iura venandi aucupandi in alieno, hauriendi aquam ex vicini puteo, ligna ex syluis secandi, pasca pecorum pascua sint personalia, & non proprie seruitutes vti refert, *Zach. d. ca. 11. num. 10.* quæ probatur. *per gloss. in l. pecoris. ff. de seruit. rust. c. prad. in verb. n. n eadem. glos. in l. 1. §. finium. ff. de seruit. in verb. non potest glos. in l. Meli. & sic in verb persona. ff. de aliment. & cib leg.* Verum notissima Germaniæ consuetudine opinio Zasii in praxi obseruatur, & secundum eandem in Camera Imperiali iudicatum asserit, *Andr. Gail. practicar. observation. l. b. 1. observat. 66. n. 2. et eo.* quod huiusmodi iura ad hæredes transeunt. Quæ † consuetudo, tanquam optima legum interpres seruanda est, *c. cum dilecti us, de consuetud. & l. si interpretatione. ff. de legib.* 1 6

Sed quia hodie Romanorum Imperator ius venandi, seu ius foresti, vulgo *den Wildbann oder Forstliche Oberkeit* Ducibus, Comitibus, Baronibus, & Nobilibus concedit in feudum, non quidem vt Regale, sed vt accessorium ius Ducatus, Comitatus, Baroniæ, Castri, &c. hinc † potest ius venandi seruitus Iurisdictionis (improprie seu generalissima significatione) seu Iurisdictionalis, quæ tamen naturam realis seruitutis nihilominus habeat, quæ nempe debetur a syluis & nemoribus plebeiorum, castro, vel Villæ Ducis, Comitis, Baronis, Nobilis, &c. sicq; a re rei. Hinc tamen non sequitur, si quis priuetur mero, & mixto imperio, cum Iurisdictione, quam habet in alio territorio amittat quoq; ius venandi. Nisi expresse etiam priuetur iure venandi seu iure foresti, vel additum sit cum omnibus iuribus & pertinentiis. 7

Merum † enim, & mixtum imperium, nec non Iurisdictio, & ius venandi, seu ius foresti, separata & diuersa sunt. At separatorum & diuersorum, separata & diuersa est ratio, *l. si maritus. La. 1. C. de donat. inter vir. & vxor. & ibi scilicet, n. 1 l. Papinianus. ff. de minorib. 25. annor. & l. ff C. de calumniat.* Sic † etiam ius foristi necessario non importat merum imperium &c. Licet quandoq; contingat, quod ibi quis etiam merũ imperium habeat, vbi ius foresti habet. Multis † tamen Germaniæ qui habet ius venandi, tam in alieno fundo, quã proprio, is etiam habet alia iura Juri foresti (*denn Wildbahn*) accessoriã, vt ius edicti & prohibitionis venationis & aucupii, vulgo *Gebott und verbott des Jagen und Vogelfangens* & in glandis legendæ seu fructus syluestris, vulgo *Eychelen, Frucht, und* 8 9 10

eckel-

ander V Wild, obs sy im Forst erwechst auff zu lesen, zu uerkeuffen. Item ius prohibendi, ne fructiferæ arbores excidanter *Gerechtigkeit vber die berende Beum zu gebieten.* Hæc tamen iura non ita generaliter obseruantur, cum ius glandis legendæ in dubio ad dominum syluæ spectet, ficuti in radicemus & arbores fructiferæ, vtiles, & inutiles eius sint, cuius est solum.

11 Verum † hic non inutiliter quæritur. An possessores, vel domini syluarum venatoriarum, vulgo *der Fron vnd Schwartz wylden*, in quibus Principes & Domini terrarum ius venandi habent sublimes & annosas arbores magno numero vna vice excidere, & ad quæstum proprium transferre possint? Et quia ius venandi inter seruitutes reales recte recenseretur, respondendum est ad hanc quæstionem negatiue. Nam hoc fraudi & damno esset Domino seruitutem venandi habenti, quæ seruitus eo ipso longe deterior fieret. Atqui † iuris est expediti, quod nemo propria authoritate seruitutem recte constitutam deteriorem facere possit *per text. notabilem l. seruitutes, § si unica ff. de seruit. Vbi an prædict. & in l. sed si quid, § proinde ait ff. de usufruct. Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 67. n. 7.*

12 *cum multis allegatis, vbi nu. 8.* infert, Dominum † syluæ venatoriæ, tale quid nouare, & attentare volentem, competentibus remediis imploratoludicis officio prohiberi posse, ne faciat. Et tali casu, cum de damno irrecuperabili agatur, quia grandes & annosæ arbores, vna vice, magno numero succisæ, non possunt hominis ætate pristinæ altitudini & vtilitati restitui, mandata etiam sine clausulæ iustificatoria, contra dominum & possessorem syluæ venatoriæ decerni posse, vt ab incepto, vel proposito

13 desistat. Nam † quando periculum est in mora, tunc recedimus a regulis iuris communis, *l. de pupillo, § si quis uiuos, vbi Roman. nu. 1. & Alexandr. num. 1. ff. de noui oper. nunt. l. si quis filio ex hereditate, § his autem ff. de inoffic. rupt. testam. l. Diuus, ff. de petit. hered. glos. in l. si. in verb. fideiussion. C. de feriis.*

15 Quod † si proprietarii syluarum, dolo malo venationis detrimentum verserentur, actionis doli quoq; non iniuria fierent rei, *l. 1. § denique, l. si in meo. ff. de aqua plu. arcen. l. si eo, ff. si seruit. vendic. Zoanet, l. 2. n. 208. C. de*

16 *patt. inter empt. & vendit.* At † cum quilibet rei suæ sit moderator & arbiter, *l. in re mandata, C. mand.* supra dicta resolutio ita accipienda est, vt dominus & possessor syluæ venatoriæ, in qua Princeps, Comes, vel Baro, aut alius temporalis Dominus, ius venandi habet, non prohibeatur ex ea ligna cædere, ac arbores ad vsum ædificiorum, vel ob aliam necessitatem commodi & lucri sui gratia, aliis vendere, dummodo moderate hoc fiat, more maiorum & secundum consuetudinem antiquitus obseruatam, ita videlicet, ne officiat seruitutiuris venandi, *per text. in l. ex syluæ ff. de usufruct.*

vsufruct. cum mult. similib. Alias enim quis rei suæ nullam habere et vtilitatem, nullum vsum, quod esset absurdissimum, *l. Diuus ff. de vsu & habitat.* Sed quia fructus syluæ venatoriæ ex venatione constat. *l. venationem. ff. de vsur. l. item si fundi, § aucupiorum, & l. vsufructuarium, ff. de vsufruct. gl. ibid. in verb. dicitur*, ideo res ex bona fide agenda, vt ciuiliter & humaniter tali facultate proprietarius syluæ vtatur, & non in præiudicium alterius, *per tex. in l. creditor, §. Lucius, in fi. ff. mand. & in l. si cui. ff. de seruit. vbi ciuili tamen modo. Ita Gail, d. obseru. 67. n. 9.*

Sed † an possit induci consuetudo, vt liceat in nemore scindere ligna, 17
vel in alieno fundo pascere animalia, *Abb. in c. dilecti filii*, de arbitris respondet affirmatiue, dummodo consuetudo non sit inducta per violentiam, quod tamen intellige oblato pretio, sed limitationem recipit, quãdo ligna, & pascua domino, & extraneo sufficiunt, alias enim dominus præferendus est.

Nullam † tamen dubitationem habet, dominum syluæ venatoriæ to- 18
tam syluam radicitus, & stipitus euertere, aratrum inducere & inuerso cespite arborum radices necare, adeoq; ex syluis agrum noualem facere non posse, quia hoc pacto tota forta mutaretur, totaq; venandi seruitus inutilis fieret, quod iuri & æquitati consentaneum non est, *per tex. notab. in l. 3. §. reficere, ff. de itin. actu priuat. tex. in l. præses, & in l. manifeste, C. de seruit. & aqua. tex. in l. 2. C. ad l. Aquil. & in d. l. ex sylua, Capoll. tract. de seruit. rusticor. præd. c. 9. nu. 40. cum seqq.* vbi concludit, dominum prædii seruientis, non posse pascua aut syluam reducere in culturam, inuito eo, cui seruitus iuris pascendi debetur, & præterea docet, qua actione agendum sit, pro reductione seruitutis nouatæ ad pristinam & antiquam formam, refert & sequitur, *Gail, de obseruat 67. n. 10.*

Cæterum, † ex his non prohibetur proprietarius syluæ vel fundi syl- 19
uam, fundum, seu agrum proprium, destinatum ad pascua, vel culturam, in quo Princeps, vel Comes, aut Baro, seu quispiam alius ius venandi habet, propter culturam aut pascua, aperire, Vepres, virgulta & fruteta radicitus excidere, & extirpare, ac sic excisa & extirpata, combuere, terram aratro vel ligone inuertere, eamque conseminare. Sicuti in quibusdam Germaniæ partibus, præfertur Almangauiæ fieri solet. In quibus agricolæ non tam proprios, quam communes fundos, & montes propter fruges & pascua aperiunt, & excisa, & extirpata Virgulta & fruteta comburunt, quod licitum est (vulgo dicunt. *Ein Brandmachen*) *Plin. lib. 18.* Eruteta igne optime tolluntur) Syluæ enim pascua est, quæ pascuis pecudum destinata est, *l. syluæ cæduæ, § fi. ff. de verb. signif.*

Nam † naturali & æquitati & iustitiæ congruit, vt qui habet in feudo, 20
vel monte ius pascendi, colligendi fructus, & herbam falce secandi, habeat,

beat etiam ius fundum, vel montem plenum spinis, Vepribus, virgultis
20 & frutetis, purgandi & aperiendi. Nam † vno concesso, reliqua concessa intelliguntur, sine quibus illud commode explicari non potest, *l. 3. §. qui habet. ff. de seruit. rusticor. prædior. l. 1. §. 1. ff. si vsusfruct. pet. l. 2 ff. de Iurisdict. omn. iudic. Nic. l Euchard.* in loco a concessione antecedentis. Hoc enim modo seruituti iuris venandi, cuius exercitium ad syluas & nemo-
21 ra proprie restrictum est, non officitur. Quamquam † enim Principes & Domini terrarum, omne ius venandi ad se transtulerint, ita quidem, vt etiam domino priuati prædii in propriis fundis venari & capere feras non liceat, attamen exercitium iuris venandi restrictum est ad syluas, nemora, saltus, & ea loca, in quibus per illud priuatis fundis nullum inferatur damnum. Nam si quod infertur, illud resarciendum est, vti supra *1 parte, c. 4. n. 7. 19. & 220. diximus.*

Hinc tenentur Domini ne ex eruptionibus ceruorum, & similium ferarum, messibus eorum ac deuastatio inferatur, aut feras includere in
22 sylua venatoria, aut damnum illarum scitum re. Et solent etiam Domini, quibus venandi habent, saeculis lignis cingere syluam venatoriam in capturam ferarum, vulgo, *Jagen, Zasius. consil. 6. n. 1. f. cit tex. in l. ff. locati, vbi l. C. cingere syluam dicit, Virg.* cingere saltus indagine, *Ouid.* ambire syluas nexilibus plagis, *Lucretius*, sepire saltum plagis, dixerunt. *Den Forst oder Waldt mit Garten vmbrichten. Zasius consil. 6. n. 3. 23.* fines & banna syluarum, siue bannum syluestre, vocat quod Germanice *Forst*, vel *Wiltbann* appellatur. Vnde Iura foresti. *Forstliche Gerechtigkeit oder Obrigkeit. Andr Gail. obser. l. b. 2. obseruat 68 n. 7.*

23 Est † tamen hic etiam obiter notandum, quod fructus syluæ venatoriæ, seu ius legendæ glandis in dubio ad dominum syluæ spectet, in eo enim non modica vtilitas domini versatur, & huiusmodi fructus sunt pars syluæ: glans caduca est, quæ ex arbore cecidit, *d. l. sylua cædua, §. glans. ff. de verb. signif.* De aliis fructibus syluestribus (licet glandis nomine omnes fructus contineantur, *l. vnic. ff. de glande legenda*) perpendendum est, an in constituenda seruitute de iis, vel etiam de glande legenda aliquid nominatim conuentum sit, nec ne, sit conuentum, pacta seruentur, *l. 1. & l. iurisgentium, §. prætor ait, ff. de pact. d. l. in lege, & l. ea lege. ff. locati, l. sen per*
24 *stipulationibus, ff. de reg. iur. l. fin. §. 1. C. de Iur. dom. imperii.* Valet enim conuentio & pactum, quod sylua feudalis, vel emphyteutica tamen, vt fructus syluestres domino directo cedant, *l. certo generi ff. de seruit. rustic. præd. vbi gl. in verb. actum erit, §. si quis velit. Inst. de seruit. prædior.* Modus enim seruitutibus adiici potest, *l. seruitutes, l. a. 3 §. si ff. de seruitut. l. si quis duos. & l. seq ff. de seruit. Vrban. prad. l. si quis duas, & l. si in vendit. one ff. commun. prædior.*

Quod

Quod si nihil in specie contentum sit, videndum est, quomodo longo vel longissimo vsu sit obseruatũ. Vetustas enim vicem legis obtinet, si agri lex non inueniatur, *l.1.§.fi.ff.de aqua pla.arcend.l.1 C.de seruit. & aqua.* Vbi † dicitur, longi temporis consuetudinem vicem seruituris obtinere, *vbi gl.verb.longæ*, decem vel viginti annos sufficere ait, quibus suffragatur, *text.in l. venditor §.1.ff.comm.præd. Gail.d.obseruat.68.n.182.* Ad † inducendam consuetudinẽ sufficere decem annos sine distinctione, siue sint præsentes, siue sint absentes, qui consuetudinem introduxerunt, tradit, *gl.a* Doctoribus comm. inter approbata in Rubr. quæ sit longa consuetudo. Plerumq; † tamen vtiles & inutiles fructus syluestres, syluæ seruienti pro vsu & alimentis ferarum debentur. Vno enim 27
concesso & reliqua concessa intelleguntur sine quibus illud commode 28
explicari nequit, *supra allegatis Iurib.n.20.*

Coronidis loco hic annotare libet ex *Franc. Patric. de institut. Reip.* 29
lib.7.tit.5. Quod † syluæ quadrifariam diuiditur, nempe in saltus, nemo- 30
ra, syluam cæduam, & materiariam. Saltus appellarunt veteres, in quibus frutices, virgulta, & minores arbusculæ, ad vsum pecoris, inter herbas passim oriuntur, in illis vtiles sunt myricæ, arbuti, cythisi, dumi, lentisci, salices, & calami syluestres, & præcipue hyberno tempore: Nam minus aliunde pestilunt inire. Myrteta etiam vtilia esse ait, non modo pecori, verum coturnis, serota enim illis solis præcipue mollescunt. Iunipeti baccis suis hybernas volucres nutriunt, quibus etiam capones saginati, elegantiores mensas nostro tempore adiuuant. Ligna etiam igni admota, adoratum fumum mittunt, & saluberrimum, per ætatem ad omnes noxios flatus pellendos. Nemora † syluæ sunt maiores, in quibus arbo- 31
res proueniunt, quæ baccas habent, aut glandes, aut castaneas, suillo pecori vtiles admodum, & syluestribus animalibus, quæ propter venationis vsum, non iniucunda sunt, nec ciuibus respuenda. Venatio † 32
robustiores Iuuenes reddit, desidiam ignauiamque vmbratilem tollit, & populum promptiorem alacrioremque ad rem bellicam præstat.

Nemus † Græcum est nomen, & a pascendo ducit originem, nemo e- 33
nim pasco est, quo circa non possum non admirari, quosdam nostri temporis nemora, syluas manufactas opinari, & voluptatis duntaxat gratia inuentas, & præcipue cum non modo verbi origo, sed Virgiliana proprietas illa in ore pene omnium sit, cum air.

Venatum Æneas, vnaq; miserrima Dido
In nemus ire parant, vbi primos castrinus ortus
Extulerit Titan, radiisq; retexerit orbem.

Non enim ex syluis voluptatis gratia censitis descendunt ferę

illæ, quas paulo post Ascanius mediis in vallibus optare inducitur a Poeta, cum ait:

Spumantem dari pecora inter inertia votis,
Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.

34 Sylua † cædua est, quæ in hoc habetur, vt cæderetur. Seruius tamen Sulpitius ait, eam esse sylvam cæduam, quæ succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascatur, vt scribit Paulus Iurisconsultus, *l. sylua cædua. ff.*
35 *de verb. signif.* Sylua † materiaria ea dicitur, quæ materiam ædificiis nauigiisque præstat. Hanc diligentius alleuandam esse scribit, *Patric. d. loco*, emendandamque singulis annis a sentibus ac Vepribus, ne nouis surculis arbusculisque crescentibus impedimento sint, ita *Patric. citato loco*, cuius verba referre volui, eo quod pulchre species syluæ describat.

SVMMARIA.

1 *Seruitus iuris Venandi quomodo probetur.*
2 *Patientia in corporalibus pro traditione habetur.*
3 *Practica articulandi seruitutem.*
4 *Ad præscriptionem iuris venandi sufficit longum tempus, &c.*
5 *Actus vnicus sufficit, ad constituendam quasi possessionem iuris incorporalis.*
6 *In præscriptione sufficit extrema probare.*
7 *In præscribendis iuribus incorporalibus, an sit necessaria scientia, & patientia, & n. 12.*
8 *In præscriptione immemoriali, non requiritur scientia aduersarii.*
9 *Testes de tempore immemoriali, quomodo recte deponant.*
10 *In antiquis testes senes requiruntur.*
11 *Tempus centum annorum, an idem sit, quod tempus immemoriale.*
13 *Quando tempus immemoriale, non sufficiat ad præscriptionem.*
14 *In præscriptione contra summum Principem, an sufficiat scientia ipsius officialium.*
15 *Ignorantia officialium, & procuratorum nocet Domino.*

CAPVT QVARTVM.

Quomodo probetur ius venandi, & an patientia & scientia aduersarii sit necessaria in præscriptione seruitutis iuris venandi.

1 PRobari autem seruitutem iuris venandi in sylua aliena, per actus possessorios, si quis aduersario sciente & patiente, longissimo
2 tempore in sylua venatus sit, communiter tradidere, D d. Quæ † per patientiam & scientiã aduersarii inducitur quasi possessio seruitutis,

uitutis, adeoque patientia in incorporalibus pro traditione habetur, *per textum l. quoties, l. 1. & l penult. ff. de seruitutib. vbi Bart. n. 3. dicit.* Ad probandam † præscriptionem seruituris, scientiam & patientiam aduersarij 3
in libello dissertis verbis articulandam, quod videlicet ea seruitute tanto tempore patiente & sciente aduersario vsus sit, idem annotauit, *Bart. in l. seruitutes, 14. n. 6. ff. de seruitutib.* Verum supra, *cap. 1. n. 14. & 22. hac. 2. par-* 4
te, ostendimus, contra communem opinionem, ad præscriptionem seruitutis iuris venandi sufficere longum tempus decem annorum cum titulo inter præsentes, viginti vero inter absentes, *l. fin. in fin. C. de præscript. long. temp.* Sine titulo vero, longissimum tempus, scilicet 30. vel 40. annorum, *tot. tit. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.* Et † ad constituendam 5
quasi possessionem iuris incorporalis, sufficit vnicus actus, vt communiter tradunt *Dd. Couar. c. possessor. 2. part. initio, n. 6. de reg. iur. in 6.* vbi multos allegat.

Sed † & in præscriptione sufficit extrema probare, nempe principi- 6
um præscriptionis, & finem, *gloss. in cap. volumus, 16. quæst. 4.* Et hæc est communis opinio secundum *Panormitan. in cap. accedentibus num. 6. de priuileg. Imo & Bart.* dicit, *in l. Celsius, ff. de vsucap.* sufficere, quod probetur initium possessionis, & allegetur nunc possessio de præsenti. Et quia seruitutes & omnia iura incorporalia, vt Iurisdictio, consuetudo, ius venandi, & similia iura territorijs cohærentia sine patientia & scientia aduersarij non acquiruntur, infertur hoc contra ignorantem nullo modo præscribi posse. Etenim † iurium incorporalium quasi possessio non aliter acquiritur, nec retinetur, quam per patientiam eius, contra quem acquiritur, vel retinetur, *d. l. quoties, §. fin. & l. fin. ff. de seruit. & l. si ate emero, ff. si seruit. vendic.*

Quibus accedit, quod seruitutes adeoque iura incorporalia non aliter constituantur quam per traditionem, & patientiam, *l. si ego, §. 1. ff. de publican. in rem act. l. 1. ff. de seruit. rusticor. prad.* sed patientia & traditio sine patientia non contingunt, *l. qui patitur, vbi gloss. ff. mandat.* Non enim pati dicitur, qui omnino ignorat, *l. 1. §. scientiam, ff. de tribut. act. l. 2. §. fin. ff. solut matrim.* Nam patientia est actus voluntatis concedentis, aut tollerantis aliquid, secundum Philosophos. Atqui nemo dicitur id pati, quod ignorat. Nam voluntas non fertur in incognitum, & quod latet ignotum est: Ignoti nulla cupido.

Denique probatur hæc ratio *per l. 2. C. de seruit. & aqua.* Vbi Imperator, si aquam, inquit, per possessionem Martialis, eo sciente duxisti, seruitutem exemplo rerum immobilium tempore quæsisti. Ex quo textu aperte colligitur, quod scientia, adeoque patiétia requiratur ad quasi possessionem seruitutem iuris venandi, hanc rationem reddit. *Cravett. de*

antiquit.tempor.4.part.§.absolutus, num.15.& 16.Bart.in l.si publicanus,§. in omnibus ff.de publican.& vectigalib.Idem l.1 §. denique,ff. de aqua plu. arc. & plures alij.

Verum contra hanc communem sententiam insurgit,*Ioan. Longoual. in repetit.l.imperium,ff.de iurisdict.om.iudic 4.art.2.* Vbi dicit falsum esse, Iurium incorporalium, quasi possessionem non aliter acquiri, quam per scientiam,hocque pluribus probat.Primo,*l.quoties, 2.ff.de seruitut.* Vbi dicitur, ad quasi possessionem seruitutis sufficere vsum, eumque esse instar traditionis.Igitur superflue requiritur scientia aduersarij. Deinde *per l.vsum ff.quemad seruit.amitt.* Vbi dicitur solo vsu retineri seruitu.é. Tertio per *d.l.1.§ 1.ff de itiner. actuque priuat.* qua probatur, vsum seruitutis sufficere,vt quis experiri possit de itinere actuque priuato,& secundum *Bart.*ibi scientia non est necessaria, cum tamen secundum eundem *Bart.*id interdictum ei competat,qui ius seruitutis possidet.Consequitur ergo iurium incorporalium quasi possessionem acquiri absque scientia illius,in cuius præiudicium quasi possidetur. Denique probatur Longouallij opinio auctoritate,*textus in d.l.fin.C.de præscript.long.temp.* Vbi Imperator primum sancieus in rerum corporalium vsucapione, scientiam non requiri,subijcit,idem iuris esse in vsufructu & cæteris seruitutibus. Vnde probatur in eo responso ad iurium incorporalium quasi possessionem,scientiam eius,contra quem præscribitur,non esse necessariam.Ad communis opinionis argumentum respondet Longouallius, negando minorem, quod patientia sine scientia consistere non possit, vult enim, quod etiam is dicatur pati,qui non impedit, & si non sciat, sicuti is dicitur consentire,qui non dissentit, etiam si sit ignorans, *d.leg. 2 §.voluntatem ,ff.solut. matrimon.* contenditque patientiam, quæ loco traditionis habetur, nullam inferre aut exprimere scientiam, quod is, qui non impedit, dicatur pati, & per illam patientiam coniunctam cum vsu acquiratur quasi possessio iuris incorporalis, *leg. eiſi forte ,ff. si seruitut. vendicat.*

Sed hæc Longouallij responsio falsa est: Nam proprie ignorans, quatenus ignorat,vt non consentit, ita non patitur, proprie loquendo,cum patientia sit actus voluntatis, & voluntas præsupponat cognitionem intellectus,per supradicta. Et confunditur Longouallij solutio, per *d.l 2 §. voluntatem,ff.solut.matrim.* Vbi habetur,filiam,quę tapit,non aliter consentire repetitioni dotis per patrem factæ, quam si expresse vel tacite sciens non contradixerit: Et probatur, *l non videtur, vbi Dyn.& Dec.ff.de reg.iur.* vbi non videtur consentire, qui errat, pulcher *text.si per errorem ff.de iurisdict.om.iud. c.l.non idcirco,C.de iur.& facti ignor.* Nam erantis vel ignorantis nulla est voluntas,*l.sed hoc ita,ff.de aqu.plu.arc.* Si nulla volun-

luntas: Ergo nulla patientia Nam patientia præsupponit voluntatem, voluntas requirit scientiam. Aliter respondet. *Couar. in c. possessor. 2. part. initio. n. 8. versic.* Ego vero, constituens ac distinguens duos casus. Aut enim agitur de constituenda seruitute, aut alio iure incorporali, vel ea tradenda ex contractu & consensu constituentis, & tunc necessaria est scientia, & patientia illius ad hanc expressam constitutionem, & traditionem. Etenim in hisce iuribus incorporalibus patientia illius, qui tradere & constituere potest, pro traditione habetur. Et hoc casu tenetur constituens, vel ex contractu concedens, seruitutem, patientiam præstare. Et hoc casu intelligendæ sunt, *d. l. quoties, l. 1. §. vlt ff. de seruit. d. l. 1. de seruit. rust. prædior. d. l. si ego, §. 1 ff. de publican. in rem act. & d. l. si a te emero. ff. si seruit. vendic.* Aut vero secundo tractatur de acquirenda seruitute, aut alio iure incorporali, per præscriptionem, tunc quasi possessio acquitur ac retinetur per vsum seruitutis, ac iuris, absque vlla scientia illius, contra quem præscribitur, modo is non impediret eiusdem seruitutis aut iuris vsum. Ita accipiendo sunt Leges pro Longouallij opinione addu&æ, scilicet *d. l. quoties, 2. ff. de seruit. d. l. 1. §. 1. ff. de itiner. actuque priuat. d. l fin. C. de præscr. long. temp.*

Deinde † communis opinio, quæ habet, quod in rerum incorporaliũ præscriptione requiratur scientia & patientia, non habet locum in præscriptione immemoriali: Etenim vbi hæc præscriptio fuerit probata, nõ est necessaria scientia aduersarij, *glos. in l. hoc iure, §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiu. Conar. d. loco versic.* Tertio, vbi plures allegat, *Anthon. Gabriel. commun. conclus. lib. 5. tit. de præscrip. conclus. 1 n. 61. vbi vl. ra 50. citat. Mynsing. Cent. 1. obser. 30.* Ratio huius est: Quia præscriptio immemorialis est priuilegiata, ita quod nec titulum, nec bonam fidem, nec scientiã, nec quicquam aliud in ea necessum sit probare, cum hæc omnia vel fingãtur, vel præsumantur a iure, ita *Gabriel. d. conclus. 1. n. 61. & Couar. d. vers. Tertio, vbi versic.* Deniq; in fine dicit, quod hi, qui hanc communem sententiam veram esse censent, facile admittant hanc assertionem, licet contrariæ opinionis auctores præmittant, non tantum fore necessariam scientiæ allegationem, sed etiam eius probationem, vtilem tamen semper esse scientiæ allegationem his præscriptionibus, quarum tempus memoriam hominum excedit, quod si ea probari potuerit, cõtrouersia cesset, sin autem non probetur, obseruandum esse, quæ opinio ex his iustiorem habet causam. 8

Testes † autem de tempore immemoriali recte deponunt, si dicant, se vidisse semper ita fieri, & nunquam viderint contrarium actum esse, & a senioribus & maioribus audiuisse, id ita factum fuisse, nec vnquam audiuisse contrarium actum esse, atque huius rei publicam esse famam, & opi- 9

& opinionem, *gloss. in ca. 1. in verb. memoria, de præscript. in 6 & ibi Philip. Franc. Couar. in d.c. possessor. 2. part. §. 3. n. 7. de reg. iur. in 6. Mynsing. d. obseruat. 30.*

10 Nam † quoties de antiqua probanda, vel facto antiquo agitur, recurrendum est ad seniores, *l. si chorus*, ibi & sæpe audiuisse rusticos senex ita dicentes, *ff. de lega. 3.* licet alias sit arbitrarium, cui nempe sit credendum, Iuueni aut seni, *gloss. in l. cum quid, in verb. nouum, ff. si cert. pet. Panor. in c.*
11 *quoties, n. 2. de testib. Spec. in tit. de testib. § nunc tractandum, in fin.* Hic † tamen & illud obiter est notandum, cum de tempore immemoriali se offerat sermo, quod *gloss. in prin. d.c. 1. de præscript. in 6.* quam plerique ibi sequuntur, errent, dum putat tempus centum annorum idem esse, quod tempus immemoriale minus centum annis, vt si ante 90. annos possessio initium cœperit, eius tamen nemo recordetur. Rursus potest esse, quod ante centum & viginti annos possessio cœperit initium, & de initio constet. Ex quo colligitur, non idem esse tempus centum annorum, quod immemoriale, vt docet *Couarru. in d. cap. possessor. 2. part. §. 3. num. 7. de reg. iur. in 6.*

Ad Argumentum Longouallij supra *ex l. 2. C. de seruitut. & aqua* desumptum, respondendum est, quod illud procedat eo casu, quo quis si-
12 ne titulo præscribit seruitutem, vel aliud ius incorporale. Nam † in præscriptione iurium incorporalium, quoties titulus non concurrit, cum quasi possessione, est necessaria scientia & patientia aduersarij. Verum si præscribens habeat titulum, nempe constitutionem seruitutis ab eo factam, qui rei dominus non est, tunc non est necessaria scientia nec patientia domini. Ita est concordanda, *d. l. vlt. C. de præscription. long. tempor. cum d. l. 2 C. de seruitut. & aqua*, quarum illa in seruitutum præscriptione nullam, hæc scientiam requirit. Nam, *l. vlt.* loquitur in casu, quo quis præscribit sine titulo, *sta Couar. d.c. possessor. 2. part. initio, num. 8. versic. Secundo.*

Ex his manifeste apparet quasi possessionem iurium incorporalium ab vsu illorum, & sufficienti exercitio, etiam absque vlla scientia & patientia illius, in cuius præiudicium possidentur. Quod vero *in d. l. 2. Cod. de seruitut. & aqua*, requiritur aduersarij scientia, id non fit, quod sine ea seruitutis quasi possessio nequeat haberi. Verum potius quod Iura incorporalia proprie non possideantur, & seruitutes plerunque absque titulo præscribantur.

13 Est † igitur huius sententiæ, quam hactenus probauimus, vera ratio: Quia, quando agitur de acquirendis Iuribus incorporalibus, quorum vsui & exercitio ius ac præsumptio iuris resistit, vel quorum acquisitio in magnum vergit Summi Principis præiudicium, tunc enim exigitur scientia

entia Summi Principis. Etenim quando præscriptio contingit in illis, in quibus contra præscribentem est vehemens, & constituta iuris præsumptio, non sufficit quasi possessio ad præscriptionem, nec tempus immemoriale, sed vberius requiritur sententia Principis, contra quem præscribitur, ita obscure, *Cravet. de antiquit. temp. 4. part. c. absolutus, n. 15.* clarius & apertius, *Covar. d. 2. part. initio, versic. Denique mihi, prope finem. Idem 2. part. §. 2. n. 8. versic. tertia species. per text. in d. c. 1 de præscript. in 6.* tradidi ego supra *c. 2. n. 21. 2. hac parte.*

Sufficit † tamen scientia officialium, vel Magistratus, qui Summi Prin- 14
cipis nomine, eo loci exercent venationes. *Cravet. d. loco, n. 23. Gabriel citato loco, n. 64. Bart. in d. l. si publicanus, §. fin. ff. de publican. & vectigalibus, Franc. Balb. de præscrip. 2. part. 6. part. princ. quæst. 3, dubio 2. Covar. d. 2 par. initio, n. 8 versic. Tertio.* (qui etsi loquantur de iurisdictione, idem tamen locum habet in iure venandi, ex identitate rationis, vbi enim militat eadē ratio, ibi idem ius statui debet, *l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. Titio, ff. de verb. oblig.*) Nam ignorantia officialium & procuratorum nocet Domino, *l. procuratoris, ff. de trib. act.*

SVMMARIA.

1 *Vnicus actus sufficiens est, ad quasi possessionem iuris incorporalis constituendam.*
2 *Ad complendam præscriptionem iuris incorporalis, requiritur continua, & nunquam interrupta quasi possessio.*
3 *Sine possessione vel quasi, nulla procedit præscriptio.*
4 *Possessio vel quasi non probatur, nisi per actus possessorios.*
Actus possessorij ad iustificandam possessionem vel quasi alicuius rei, vel iuris, probandi sunt testibus ibid.
5 *Testes singulares, regulariter non probant.*
6 *Fallit in nobile, & in probanda Iurisdictione, aut seruitute.*
7 *Ad probandum vnum integrale, sufficit probare eius partes per testes singulares.*
8 *In incorporalibus, satis est probare possessionem vel quasi, certi temporis, & proximi ante litem motam.*
9 *Turbatus in iure venandi, aucupandi & piscandi, & duo habet remedia contra turbatorem.*
10 *Forma pronunciandi contra turbatorem seruitutis iuris venandi, &c.*
11 *Quando non solum actor, sed etiā reus, se contendit in iuris venandi quasi possessione esse, & testes actoris & rei contraria & repugnantia testimonia, de actibus possessorijs dixerint, quid faciet Iudex, &c. & nu. 15. & sequentibus.*

12 *Interdictum vti possidetis, duplex est iudicium.*
13 *Duplex est interdictum vti possidetis directum & vtile.*
14 *Pro defensione iurium incorporalium vim vi repellere licet.*
15 *In conflictu testium, tres gradus sunt considerandi.*
16 *Auctoritas & honestas testium diligenter perpendenda.*
17 *Qui testes ratione dignitatis aliis præferantur.*
18 *Dicta testium dignitate æqualium diligentius ponderanda.*
19 *Rationes, quibus testium dicta confirmantur, considerandæ.*
20 *Numerus testium quando potissimum inspiciatur?*
21 *In iudicandis testibus amplum iudicis arbitrium.*
22 *Dominium est iuris, non facti, testes autem tenentur deponere de facto. Dominium est difficilis probationis, ibid.*
23 *Subditi in causis dominorum, an testificari possint.*
24 *Testes qui pro aliquo produci nequeunt, contra illum produci possunt.*

CAPVT QVINTVM.

In probanda seruitute iuris venandi ex actibus possessoriis, an testes singulares sufficiant, & quid faciendum iudici, quando non solum actor, sed etiam reus contendit, se in iuris venandi quasi possessione esse, & testes actoris, & rei contraria de actibus possessoriis testimonia dixerint.

1 ET † quamquam ad constituendam quasi possessionem iuris incorporalis, vnicus actus sufficiens, sit, vt est communis Doctorum sententia, quam tradit, *Ripa in c. cum Ecclesia, de caus. possess. & proprietat. num. 52. & sequentib. text. optimus, in cap. consultationibus, de iure patronat. gloss. Panorm. & alij in cap. si vero eod. tit. Couar. cap. possessor. 2. part. initio, n.* 2 *6. de reg. iur. in 6.* Vbi † plures allegat. Attamen ad complendam præscriptionem iuris incorporalis, vt iuris venandi, aucupandi & piscandi, requiritur longum tempus, si adsit titulus; si desit titulus, longissimum scilicet 30. vel 40. annorum, vt supra hæc *2. part. c. 1. n. 14. & 22.* diximus, & continuata & nunquam interrupta quasi possessio nempe quę medio tempore non fuerit interrupta, & *si quis diuturno, ff. si seruitut. vendic. & l. 2. C. de* 3 *seruit. & aqua.* Etenim † sine possessione vel quasi, nulla procedit præscriptio, *l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itiner. actuq. priuat. ca. cum olim, de præscript. cap. sine possessione, de reg. iur. in 6. l. qui in seruitute ff. eod. tit. l. sine possessione, ff. de vsucap.*

4 Possessio † autem vel quasi non probatur, nisi per actus possessorios, actus autem possessorij, ad iustificandam possessionem vel quasi, alicuius 5 rei, vel iuris probandi sunt testibus. Vnde † hoc venationis tractatu diligenter obseruandum est, quod licet regulariter testes singulares de actu vel facto aliquo deponentes, nō probent, *l. ob carmen, in fin. ff. de testibus, cap. li-*

cap. licet causam, versic. quamquam de probat. c. bonæ memoriæ, elect. 1. versic. porro, de elect. & elect. potest. Felin. 4. licet ex quadã, n. 2. cum seq. de testib. Specul. tit. de teste, §. 1. versic. autem quod testes varij, Bald. in l. iurisiurando, n. 4. C. de testib. Hippolyt. de Marsil. in repetit. l. vli. C. de probat. de singul. 114.

Vbi † hoc limitat in Nobile, cuius tanta sit apud omnes spectatę fidei, integritatis, & probitatis opinio, vt iudicem ad indubitatam fidem adducere queat. *Paul. de Castr. in l. admonendi, ff. de iureiur. & in l. Lucius, ff. de his, qui not. infam.* quod fuse prosequitur *Andr. Tyraquell. de nobilitate, c. 20. n. 33. facit text. in §. sancimus, Auth. de testib. vb. gloss. in verb. per dignitatis, & in verb. militis, text. in l. 3. ff. eod. gloss. ibid. in verb. plebeius.* 6

Licet inquam testes singulares, de facto vel actu aliquo deponentes, non probẽt, attamen hoc non obtinet in probanda Iurisdictione, vel seruitute, vt plene & eleganter notat, *Felin. ad d. cap. licet ex quadam.* Vnde † in seruitute venãdi, vnus testis deponat de vno actu, alius de alio, licet singulares sint, tamen probant. Ratio est: Quia ad probandum vnum integrale, sufficit probare eius partes per testes singulares, quia respectu eiusdem finis cõcordant, etsi in tempore & actibus discordent, & sic non dicuntur singulares. *per text. notab. in l. qui sententiam, C. de pœnis*, ibi, in vnum conspirantes concordantes quo ad eundem finem, *Andr. Gail practicar. observation. libro 2. 68. num. 10. & 11.* Ad eundem scopum tendunt, quæ scribit *Ioachim. Mynsing. cent. 2. observat. 20.* 7

Vbi dicit, testes per varia media ad eundem finem tendentes, non dici singulares. Et per diuersa genera probationum, vnam perfectam fieri probationem, si ibi ad inuicem consonent, & per consonantiam sint coniuncta, quia ex multis consonantijs formalis intellectus augeatur, *cap. fin. de succes. ab intest. Bald. in l. per hanc, 3. quæst. Cod. de tempor. appellat.* Quin † & in corporalibus satis est probare possessionem certi temporis, & proximi ante litem motam, *Ioann. Fab. §. retinendæ, num. 23. Institut. de Interdict. Couarr. practicar. quæstion. cap. 17. in fin.* 8

Notandum † est autem, quod is, qui turbatur in Iure venandi, aucupandi & piscandi duo habeat remedia, quibus se cõtra turbationem tueri potest. Nam potest, vel interdicto vti possidetis experiri, *l. sicuti autem, §. Aristot. versic. dicit igitur, in fin. ff. si seruit. vendic. l. 1. §. fin. in fin. ff. de aqu. plu. arcen. l. penult. ff. de seruit. gloss. in l. seruitutis, 14. an verb. certam. ff. eod. tit. gloss. notab. in l. apud Trebatium, in verb impediri. ff. de aqu. plu. arc.* Vel actione confessoria, quæ datur contra quemcunque possessorem turbãtem, vel impedientem aliquem vti seruitute, vel iure, *l. 2. & d. l. si quis diuturno, § fin. ff. si seruit. vendic. & d. l. 1. § fin. vb. gloss. in verb. quasi. ff. de aqua plu. arcen. §. aquæ, Instit. de act.* 9

Et † probata seruitute iuris venandi, & piscandi, &c. ex tempori- 10

præscriptione, & actibus possessorijs, sententia feratur definitiua, quod nempe reo turbatori non licuerit, actorem in iure venandi, piscandi, &c. taliter turbare, & quod in posterum non turbet, & eo nomine sufficienter caueat *per text. in l. harum actionum, ff. si seruit. vend. et text. in l. egnatius, ff. eodem, gloss. in d. l. 2 in verb. qui negat, gloss. in d. l. quod Trebatium, in verb. non prosse exerit, Bart. in l. 1. §. interdictum, ff. vti possidetis, Andr. Gail. d. obseruat. 66. num. 13. & Ferrariens. in form. libell. pro turbata possessione, verb. addecessendum.*

11 Porro † quando non solum actor, verum etiam reus in iuris venandi aucupandi & piscandi quasi possessione, se esse contendit, vt plerumque accidit, & testes actoris & rei, contraria ac plane repugnantia testimonia de actibus possessorijs dixerint, quid faciet iudex, cuius actoris, an vero rei testibus fidem adhibebit, & vti actori ne, an reo quasi possessionem
12 iuris venandi, aucupandi, & piscandi adiudicabit? Ad hanc quæstionem antequam respondeamus, sciendum primo, quod interdicto vti possidetis tanquam iudicio duplici, vbi quilibet contendit se possidere, vterque litigantium dicitur actor & reus, *l. 1. §. hoc interdictum, l. duo, §. 1. ff. vti possidetis, § penult. Instit. de interdict. c. ex literis, de probat.* Hinc etiã est, quod actor possit vti defensionibus rei, & e contra reus defensionibus actoris ad obtinendam victoriam, secundum *Bart. in d. l. 1. §. quod ait prater, in fin. ff. vti possidetis.*

13 Deinde † sciendum est. Duplex esse interdictum vti possideris, directum & vtile, Directum pro possessione rerum corporalium competit. Hæ enim proprie possideri dicuntur, *l. possideri in princ. ff. de acquir. poss.* Vnde & verba, & mens legis, directam hanc actionem producunt. Vtile vero pro tuenda quasi possessione rerum, & iurium incorporalium datur, secundum *gloss. 1. in l. 1. ff. vti possidetis, & in l. 1. super verb. fundum, C. eod. text. in d. l. sicuti, §. Aristot. in fin. ff. si seruit. vendic. cum similib. iurib. supra allegatis.*

14 Et † pro defensione iurium incorporalium vim vi repellere licet, vt tradit *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuq. priuat. Angel. in d. §. aquæ,*
15 *in fin. Instit. de actionib.* Ad † propositam ergo quæstionem respondendum est, Quod vbi actoris, & rei testes, contraria & repugnantia testimonia de actibus possessorijs dixerint, tres gradus obseruandi sint, ne in huiusmodi perplexa causa, iudicantis animus, ob varios mentis confundatur, cæcutiatque in dijudicanda veritate. Hi sunt, Auctoritas perso-
16 narum, qualitas testimoniorum, & numerus testium. Primo † itaque personarum auctoritas, & honestas respicienda est, quæ in dignitate mori-
17 bus, ac grauitate consistit, *per l. 2. & 3. ff. de testibus.* Nam † seniori iuniori, nobilis ignobili, decurio plebeio, vir fœminæ, ingenuus libertino,

incul-

inculpatæ vitæ homo irreprehensibilis, diues pauperi præferendus est, *d. l. 3. & c. testium fides, 4. q. 2. l. vlt. ff. de instrum. l. semper. de iure immun. l. non debet, de dolo, & l. in multis, ff. de statu hom.* Secundo, † Si qualites per- 18
sonarum par sit inter testes, tunc respicienda sunt testimonia, ac considerandum qualia sint, id est, quam verisimilia, quam naturæ negotii, quo de agitur conuenientia, *d. l. ob carnem, § si testes ff. de testib. vbi tex. est pulcherrimus, qui hos duos gradus probat.*

Ex † quo discimus, in testibus ponderanda quoq; argumenta dicto- 19
rum testium, hoc est rationes, quibus dicta testium firmentur. Hinc *Bal. in l. testium, C. de testib.* inquit, testes, qui dicta sua melioribus rationibus confulciunt, melius etiam probare; & eos qui factum, siue negotium probandum melius cognitum habent, melius etiam probanda astruere. Vnde etiam recte dicitur, testibus non testimoniis credi oportere, *d. l. 3. §. Idem.*

Tertius † gradus, vt si testes, & personarum & testimoniorum fide 20
sint pares, tum demum, ad numerum testium recurratur, *per tex. in c. nostra, vers. mandamus. de testib & d. l. 3. § eiusdem quoq;, de testib.* Hos tres gradus recenset, *Mynsing. cent. 4 obseruat. 38 per tot. idem cent. 1. obser. 93.* tradit etiam, *Sylues. in summa, verb. testis. quæst. 7.*

Verum † tamen in his non potest certa & inuariabilis regula præscri- 21
bi, sed in vniuersum hæc tota res pendet ex arbitrio boni, & circumspecti iudicis, cuius est perspecta varietate & qualitate actuum, & factorum æstimare quantum fidei testibus adhibere debeat, *d. l. 3. §. 1. & d. l. ob carnem, § si. ff. de testib.* dum modo supra relatos gradus: in discutienda fide testium, non prætersiliat. *Mynsing. d. obseruat. 38. in fi.* Quibus addendum 22
est, Quod dominium est iuris, non facti, testis autem tenetur dicere de facto, vnde ad probationem dominii testes debent deponere de facto, non de iure, *vt not. Cyn. in l. cum res, C. de probat.* Dominium enim est difficilis probationis, vt notant, *Dd. in d. l. cum res.*

Deniq; † hic quæri potest; An subditi in causa in iuris venandi, pro & 23
contra Dominum testificari possint. Ad hanc quæstionem breuiter respondeo, quod subditi etiam in causis Dominorum (relaxato iuramento) testificari possint, si non sentiant priuatum commodum ex testificatione, *Felin. in c. ex literis, de testib. Dd. in l. idonei, C. eod. tit. idem Felin. in c. insuper, d. tit. de testib.* Et maxime probant huiusmodi testes, quando sumus in mero possessorio, in quo non tam exactum requiritur testimonium, sicut in petitorio. Testes † autem, qui pro aliquo produci nequeunt, 24
contra illum produci possunt, secundum *Bar. post gl. in l. vltim ff. de testib. & l. omnibus, C. eodem.*

SVMMARIA.

1 *Qualiter & quomodo a Iudice iudicandum sit, quando actor & reus seruitutem iuris venandi actibus possessoriis probant, & testes sunt vtriusque numero & dignitate pares, & n. 3 9.10. & 11.*

2 *Incorporalia proprie non possidentur, sed quasi possidentur, & pro illorum quasi possessione, vtile interdictum vti possidetis competit.*

4 *Quando actor de antiquiori quasi possessione probat, praesumitur rei quasi possessio iunior, clandestina, violenta, &c.*

5 *An cogatur, quis ad victoriam probare, se litis contestatae tempore possedisse.*

6 *Probata possessione temporum extremorum initii & finis, praesumitur ipsa possessio medio tempore continua.*

7 *Habenti possessionem vel quasi iuniorem, & etiam probanti de titulo, praefertur habens antiquiorem sine titulo.*

8 *Dominus stultitia arguitur, si petitoris locum suscipiat, quando est in possessione seruitutis.*

12 *Quatuor opiniones glossatorum, & n. 13. 14 & 15.*

16 *Ius venandi ad duos vel plures in solidum spectans, non debet ab vno sine alijs exerceri.*

17 *Seruitutes sunt indiuiduae.*

18 *Vsus, modus, & exercitium seruitutis iuris venãdi, diuidi potest, & n. 25.*

19 *Vsusfructus diuidi potest.*

20 *Feras intra fundum enutrire, non sunt proprius fundi fructus.*

21 *Ius venandi in eadem sylua pluribus competere potest, diuersis tamen respectibus.*

22 *Quid iuris, & quomodo Iudex iudicare debeat, quando non apparet, vter possideat vel quasi seruitutem iuris venandi.*

23 *Possessio litigiosa sequestrari poterit, ne partes ad arma veniant.*

24 *Quando constant de Iure venandi, & eius quasi possessore, quod Iudicis sit officium.*

CAPVT SEXTVM.

Inquiritur, quod sit Iudicis officium, quando actor, & reus iuris venandi actus possessorios pariter testibus probat.

1 MAIOR † tamen difficultas est, quid iuris, si testes sint numero & dignitate pares, & actor & reus seruitutem Iuris venandi actibus possessoriis probet, vtri Iudex, actori ne an reo seruitutẽ iuris venandi adiudicabit? Ad hanc quæstionem antequam respondea-

2 mus, hic rursus monere opus est, Quod † etsi iura incorporalia, vt seruitutes, ius venandi, piscandi, & similia iura proprie non possideantur, attamen

men quasi possidentur, *l. sequitur, si viam. ff. de vsucap. l. si adea, § libertas. ff. d. servit. vrban. prædior. cum si. nil. lib.* Vnde pro illorum quasi possessione vtile interdictum vti possidetis retinendæ possessionis competit, secundum, *Baran. l. 1. in princ. ff. vti possidetis, & Bart. in l. fin. ff. quor. bonor. Specul. tit. de causa possess. & proprietat. §. 1. vers. exterū, & vers. si quaritur, & per Dd. in c. quæ velam. de elect. Bald. in consil. 425. in 3. vol. & Philip. Dec. consil. 136. col. 1. Rober. Maran. in spec. suo 4. part. dist. 7. n. 27.* Nam iura Canonica & eorum commentatores non dubitant, quin possessio iurium animo etiam retineatur, & fit repetitio vsus vltima vice facti, & sufficit si actor probet se vsum illa vltima vice, *Ioan. Fab. §. retinendo, n. 22. & 23. Inst. de interdict.*

Ad † propositam quæstionem cum distinctione quatuor casuum re- 3
spondeo. Primo, aut enim actor probat actus possessorios antiquiores iuris venandi, piscandi, &c. & reus actus possessorios recentiores, seu iuniorem iuris venandi, vel piscandi quasi possessionem, hoc casu ius venandi vel piscandi, in loco controuerso actori adiudicandum est: Ratio est: Quia † eo ipso quod actor de antiquiori quasi possessione probat, 4
præsumitur rei quasi possessio iunior, clandestina, violenta, vitiosa, *cap. licet causam, de probat. ca. vl. de restit. spoliat. Bal. in l. penult. nu. 15. C. si a non compet.* Quamquam † enim olim cogebatur, quis ad victoriam probare, 5
se litis contestatæ tempore possedisse, *§ sed interdicta, Inst. de interdict.* Attamen cum hodie locupletiora sint hæc remedia, non ita arctatur litigator, sed sufficit ei antiquiorem atq; iustiorem possessionem probasse, *d. c. licet causam, Bar. in d. l. 1. § quod aut prætor, n. 13. & 18. ff. vti possidetis, Ias. in l. non hoc. C. vnde legit. Couar. c. possessor, 2. part. §. 1. n. 4. vers. sed expressim, de reg. iur. in 6. Ferrar. in form. libell. pro turb. possess. verb. hodie tenet, n. 3. & 4. Matthæ. Wesenbec. in addit. margin. ad Schneidewin. §. pen. Instit. de interdict.* Quin † probata possessione temporum extremorum, initii qui- 6
dem & finis, præsumitur ipsa possessio medio tempore continua, *gl. in c. volumus, 16. q. 4. & in c. cum Ecclesia de possess. & proprietat.* nam probatis extremis, media præsumūtur, *c. inter delictos, & ibi Abb. & Felt. de fid. instru. c. accedens, vbi gl. de controu. coniungat. l. talis script. vbi Bal. ff. de leg. 1. Cou. d. loco, n. 1.* Et licet is, qui habet possessionem vel quasi iuniorē, probaret 7
de titulo, tamen præfertur habens antiquiorem sine titulo: nam ille titulus præsumitur habitus ab iniusto actore, stante possessione vel quasi, antiquiore, *Paul. de castr. consil. 445. col. 2. in 2. vol.* Vbi plus dicit, quod id, quod dicitur in possessorio obtinere eum, qui probat de titulo, intelligitur stante probatione æquali in tempore hinc indē, secus quando vnus probat de antiquiori possessione, quia tunc non curamus de titulo, refert & sequitur, *Rober. Maran. d. dist. 7. n. 19.* Vbi subiicit, quod isto casu, quādo antiquior possessor vult obtinere, debeat allegare in suis articulis,

quod

quod eius aduersarius possideat clam respectu suæ possessionis, secundum, *Bart. in l. si de eo, §. ff. de acquir poss.* Quem D. communiter sequuntur, alias enim si hoc non articularet, succumberet: Quia præferuntur, qui probat de titulo. Si tamen is qui probat de antiquiore possessione vel quasi, cecidisset ab ea facto suo, puta per propriam alienationem, quia tunc non prodest ei antiquior possessio, *Philip. Dec. consil. 56. vol. ii. Mi-*
8 *rant. d. loco, nu. 25.* Dominus † autem stultitiæ agitur, si petitoris locum suscipiat, quando est in possessione seruituris, cum sufficiat illi sola possessio, siue illa iusta, iniusta sit, *l. si de possessione, C. de probat. l. iust. ff. vti possidet, Luc. de pen. in l. si coloni, vers. 3. quæritur, C. de agric. & cens. lib. 11.* dummodo non sit violenta, clandestina aut precaria, *l. 1. ff. vti possidet.*

9 Secundo † aut de possessione vel quasi antiquiore iuris venandi constare nequit, tunc is obtinere debet, qui meliorem & iustiorem ac magis colorata possessionem vel quasi probauit, *Iason. in l. naturalem, §. nihil commune, n. 39. ff. de acquir poss. Bart. in d. l. si de eo, § si seruus, n. 3. ff. eod. tit. Cyn. in l. 1. num. 16. C. vti possid. Montan. tract. fl. regund. c. 47. n. 4. & 8. per institutionem tituli idem c. 49. n. 3. & 4.* contra quem non valent probationes coniecturales ac præsumptiuæ. *Socin. cons. 194. n. 9. cum seq. vol. 2. Crauet. de antiquit. temp. part. 1. §. viso de fama, n. 32. Montan. præcitato loco, c. 60. n. 12. aut per testes firmiores, digniores, honestiores, c. 3. l. cet de probat. Wesenbec. supra allegato loco.*

10 Tertio, † aut actor tantum prouocauit ad iudicium, & vterq;, hoc est, actor & reus pariter de possessione vel quasi, æquali titulo, pari numero & dignitate testium probat ius venandi, nempe per actus possessorios, ita vt per omnia sint æquales probationes, & sciri non possit, quis illorum meliorem & iustiorem possessionem, vel quasi probauerit, hoc casu pro reo erit pronunciandum, vt is absoluatur ab actione eius, qui prouocauit, *Bald.* & communiter, *Dd. in l. in tribus, ff. de Iudic. Iaf. post Alexan. & Imol. in l. duo Iudices, n. 14. ff. de re iudic. Canonist. in d. c. licet de probat. late Montan. d. tract. fl. regund. c. 48. n. 1. 6. & 7. c. 59. n. 18. pro quo facit tex. in c. ex literis, verb. possessoris testes præferantur*; quem ad hoc notat ibi, *Panor. n. 19. de probat.* sequitur, *Wesenb. citato loco.*

11 Quarto, † Aut vterq; simul prouocauit ad iudicium, ac vterq; æqualiter probauit, de possessione vel quasi seruitutis Iuris venandi, eiusdem temporis, de æquali titulo, ac pari numero & dignitate testium, ita vt per omnia probationes omnino sint pares, hoc casu reperiuntur quatuor
12 opiniones. Prima † est quorundam antiquorum glossatorum tenentium, quod Iudex debeat pronunciare simpliciter, vti possidetis, ita possideatis refert, *gloss. in d. l. 1. & ibi Iacob. Butrus, C. vti possidet, & in d. c. licet causam, in verb. vti possidetis, de probat.* Verum hæc opinio, *per d. gloss. in d.*

l. 1. &

l.1.& d.c.licet causam, & ibi per omnes, Dd. reprobatur. Quia sententia hoc casu non est certa, neq; per se, neq; per relationem ad aliud, contra *§.curare, Instituta de actionib. & l.ex sententia, C.de sent.quæ sine certa quant. profer.* neq; per talem sententiam imponeretur finis controuersiæ, sed eam in primæuis terminis iudex relinqueret & partes de facili ad rixas & arma venirent contra, *l.æquissimum.ff.de usufruct.* Nec obstant verba, *l.1. ff.uti possidetis*: Quia sunt verba edicti, non sententiæ.

Secunda † est opinio, quod iudex debeat supersedere, & possessionē, 13
vel quasi, suspendere & reponere in sequestrum, vt partes tædio ductæ per amicos & arbitros componant controuersiam, *arg.l.si usufructus, §. si.cum d.l.æquissimum, in prin.ff.de usufruct.* Videlicet ob timorem tumorum, quod non iniquum est, quando non apparet vter possideat, *Panor. c.2.n.14.de sequest. poss. Ioan.Andr.c.locupletari, col 3.de reg.iur.in 6. Bal. consil.224.num.1.part.1.Corn.consil.292.incip. visci,n.6.vol 3.* Et quanquam iura incorporalia propriè non possideantur, attamen quasi possidentur, vnde iuris venandi quasi possessio vtriq; parti adimi & prohiberi, & alteri committi potest, qui neutrum ad actus possessorios venandi in loco controuerso admittat, donec causa finiatur in iudicio, *d.l.si usus-fructus §.1.cum l.fi.ff.de uslu. per cur. Cæsar.* Sed quia partes & tali dilatione etiam de facile ad rixas veniunt, & hæc opinio a plerisque reprobatur.

Tertia † est opinio: Quod forte lis sit dirimenda, *arg.l.sed cum ambo,* 14
ff.de iudic. & l.si duobus, in princ.C.Commun.de legat. At quia hæc quæstio, quis sit possessor vel quasi est facti, & iudicium sortis non habet locum in facto incerto, *l.duo sunt Titii.ff.de testam.tutel.* sed tantum in dubio iuris *d.l.sed cum ambo.* Et hæc opinio a Bart. & communiter, *Dd.in l.si duo.ff.uti possid.* reiicitur, nisi partes super hoc conuenirent, vt talis sententia pronunciaretur, hoc enim facere possunt, *l.cōuenerit.ff. de re iud.* Quarta † est opinio, *Bart.in d.l.si duo, num.4.* quod iudex debeat adiudi- 15
care possessionem vtrique parti pro dimidia parte, pro indiuiso. Et mouetur hac ratione, quia inquit, idem videmus esse in legato, quando pluribus insolidum vna res legatur, & vterq; eam rem in totum habere non potest, faciunt sibi legatarii partes per concursum, ita, vt quilibet habeat dimidiam partē rei legatæ, vt notatur post *Rex. in l. communiter.ff.de leg 3.* Ita & hic dicendum est, quando vtraque pars plene probauit de quasi possessione seruitutis iuris venandi in solidum, cum non sit possibile duos in solidum eiusdem rei, seruitutis vel iuris esse dominos, possessores vel quasi, *l.3.§ ex contrario.ff.de acquir.poss.ff.* Iudex pronunciabit vtrumque istorum possidere communiter & pro indiuiso. Nec obstat, quod tunc iudex videtur pronunciare super non petitis, cum de iure sententia

debeat esse conformis libello, *l. si. C. de fideicom. libert.* Nam satis vtraque pars hoc petiit, dum quilibet petiit alium a turbatione compesci. Vnde & Iudex vtriq; præcipere debet ne alterum turbet, quo minus medietatem pro indiuiso possidere liceat, vt inquit, *Abb. d. c. licet causam, num. 37. circ. med.* refert & sequitur, *Ioan. Schneidewin. § restituenda, n. 92. Inst. de interdict.* eandem tenet sententiam, *V Vesenb. additio. marginal. b.* ad eundem *Schneid.* præallegato loco.

16 Et † hoc etiã, quo ius venandi ad duos, vel plures insolidum spectat, non debet illud ius, quantumuis indiuiduum ab vno sine aliis exerceri, *per tex. in l. si fundum, § Iutius verbis, ff. de legat. 1 text. not ab. in l. itinere, ff. de seruit. rusticor. prædior tex. in l. vnus ex socijs, ff. eod. tit. tex in l. 2. ff. de seruit. tit. generali, tex. in l. per fundum ff. seruit. rustic. & in l. heredes mei § fi. ff. ad S. C. Trebel. Natta cons. 294. vol. 2. Felic. cum omnes, de constitut. Andr. Gail. de pignor. obseruat. 20. n. 4.*

17 Et † quamuis seruitutes sint indiuiduæ eo quod sint incorporales, *l. 1. § post finitum ff. ad l. Aquil. l. 2. ex his, vbi Iason, n. 2. & l. stipulationes non diuiduntur, & ibi gl. & Bar. ff. de verb. oblig. at. l. via ff. de seruitut. § incorporales autem, Instit. de reb. corporalib. & incorporalib.* Ius venandi autem sit seruitus, & quidem realis, vti supra, *hac secunda part. c. 3. n. 1. 4. & seq.* probauimus, & ideo indiuiduum, licet inquam seruitutes diuidi non pos-
18 sint, attamen vsus & modus illarum diuidi potest. Hinc † seruitutis iuris venandi vsus, modus, & exercitium diuidi potest, ita vt vnus habeat vsum & exercitium venandi in tali loco, & alius in alio; Vel vt vsus seu exercitium venandi alternis annis, & alternis vicibus recurrat, *per tex. in l. cum constet, § fin. ff. de aqua quotid. & æstiu. Bart. in l. inter tutores, n. 6. ff. de administrat. tut. per illum, tex. Gail. d. obseruat. 20. n. 6. tex. etiam in l. vni, § vsus, vt Iurisconsul.* inquit, vsus seruitutum temporibus secerni potest, forte vt quis post horam tertiam vsq; ad horam decimam eo iure vtatur, vel vt alternis diebus vtatur, hactenus Iurisconsul. Sic fieri potest, vt alternis temporibus quis seruitute iuris venãdi vtatur, *tex. in l. Lucio, & ibi glos. elegans in verb. vtile iudicium, ff. de aqu. quotid. & æstiu. Angel. in d. l. 2. § ex his, ff. de verb. oblig.* Vbi allegat. *Innocent. in c. prudentiam, in glos.* quæ incipit nobis, *ext. de offic. de legat. panor in c. fi in 1. col. ext. de re iudic.* qui allegat, *glos. peregrinam, in c. licet, 16. q. 3. Iacob. de S. Geor. feud. de feud verb. Marchio, §. dubitatur etiam nu. 5.* qui omnes licet de Iurisdictione loquantur, idem tamen est in iure venandi, & alio quolibet iure incorporali seu seruitute ex identitate rationis. Et probatur ante allegatus legibus. Nam seruitutum vnum & perpetuum ius esse, & vsum quidem intermissione temporis diuisum esse, ius non esse. Sic enim Iurisconsultus comparat ius seruituti, & eius vsum, *l. 1. § duorum, sunt genera ff.*

ra. ff. de aqua quotid. & æstiu. Ioan. superior in repetit. l. 4. seruitutes. 4. 5. modum, n. 2. ff. de seruitut.

Deinde † vsus fructus diuidi potest, *d. § vsusfructus gl. in d. l. si pluribus*, 19
nec non diuiduntur. At captæ feræ venationis sunt fructus, & ad fructuarium syluæ vel fundi pertinent, *Item si fundi, § a recuperit. ff. de vsufruct. l. vsusfructuarium venari. ff. ad tit. l. venationem. ff. de vsur.* Vbi dicitur venationē in fundi fructu esse, si fructus fundi ex venatione consistet. Non † 20
tamen sequitur feras intra fundum enutritas esse fundi proprium fructū vel eas pertinere ad vsufructuariū iure dominii, cum Ipse in iis quæ melius sunt, & iure naturali communia censentur, non plus iuris habeat, quā quiuis alius, nisi eas cæperat, vti supra, *1. par. c. 9. n. 5.* diximus.

In † multis Germaniæ partibus vsu & consuetudine introductum 21
est, vt pluribus ius venandi in eadem sylua, diuersis tamen respectibus competat, vni nempe ius venandi minores feras, *Fuchs, Hasen, Rephuner*, alteri maiores, *Hirsch, Groß. Grob oder Schwartzwildt*, & quilibet se intra præscriptos seruitutis iuris venandi fines se continere debet, *l. si mater, §. si quis iter. ff. de excep. rei iudic. Andr. Gail. de pignorationib. obseruat. 24. num. 7.*

Sed † quæret hic aliquis quid iuris, & quid facit Iudex, aut quomodo 22
iudicabit, quando neuter probauit de possessione vel quasi iuris venandi, & non apparet vter possideat vel quasi seruitutem iuris venandi. Respondeo, Iudicis officio incumbere inter loquendo vtrique parti præcipere, ne veneantur in syluis & locis controuersis, & ne ad arma & contentionem priuatam accedant, donec casu fuerit discussa, in ordinario iudicio scilicet petitorio. Hæc interloquendi praxis ex Iurisconsulti responso, *in d. l. æquissimum, in prin. & ibi gl. ß. ff. de vsufruct.* deducitur, & *apud practicos Hispanos interim appell. tur. Conar. practicar. quæstion. c. 17. n. 1.*

Quin † & hoc casu Iudex, si sibi videbitur ob metum annorum, pote- 23
rit Iuris venandi quasi possessionem alicui tertio committere, qui neutrum ad actus possessorios venandi in syluis & locis controuersis admittat, nisi prius de Iure venandi & eius quasi possessione in ordinario iudicio liqueat, *d. l. si vsusfructus, §. si. cum, l. seq. æquissimum. ff. de vsufruct. & d. l. si. ff. de procurat. Cæsar.* Quod non iniquum est, quando non apparet vter possideat, *Panor. in d. c. 2. nu. 14. de seq. poss. Ioan. Andr. in d. c. locupletari, col. 3. de reg. iur. in 6. Bald. d. consil. 224. num. 1. part. 1. Cor. d. consil. 292. incip. visis, n. 6. vol. 3.*

Hinc in S. R. I. Imperio salubertime prodita est constitutio super liti- gioſa possessione, de qua in ordinat. Cameræ Imperialis *part. 2. tit. 21.* disponitur & pro omni lata & reuisa & ampliata fuit in Comitiis Wormac.

& Augustanis Anno 1521. Anno 1548 & Anno 1555 Ne igitur paries ad arma veniant, placemq; publicam violent. potest Imperator, vel vice sua Cæsareæ Maiestatis C. mera Imperialis vtriq; parti ex officio, vel alteri utra parte postulante inhibere, vt possessione abstineant, vel loco inhibitionis possessionem sequestrare poterit, tantisper, donec immoante cognoscatur, vtri momentanea possessio adiudicanda sit. *Andr. Gail. lib. 2. practic. observ. observat. 5. n. 2. Iouch. Mynsing. Cent. 2 observat. 96.*

Hinc inter loquendi praxim seu practicam Hispani interim, Galli Recredentiam, Belgæ Provisionale remedium, sine fiduciariam possessionem, alii processum informatiuum appellare solent, *Gail. d. l. 2. co. 3. n. 3. & Conar. pract. quæstion. c. 17. n. 1.*

24 Quod † si constat de iure venandi & eius quasi possessore, non debet Iudex vsum & exercitium euocare & interdicere, sed mandare alteri parti, ne quasi possessorem Iuris venandi impediat, nec eum in sua possessione vel quasi, vsu & exercitio venandi turbet, donec causa in ordinario cognoscatur, *Bald. in l. vnic. num. 1. C. de prohibit. seq. Cæsar. vbi n. 12. C. de edict. Diui Adriani toll. Tabarel. Clem. 1. n. 9. de prohibit. sequest. facit, l. prætor. ff. de aq. quotid. & æstiu. & d. l. æquissimum, & d. l. fi. ff. de offic. procurat. Cæsar.*

25 Ex † quibus tandem consequitur, vsum vt & fructum Iuris venandi commode diuidi posse iuxta partem ac portionem, quam quis vel maiorem vel minorem in saltibus & syluis venatorijs habet.

SVMMARIA.

1 *Pignorationes omni iure sunt prohibitæ.*
2 *Nemo alterius odio debet pragrauari.*
3 *Constitutio pignorationis in sacro Romano Imperio prodita est.*
4 *Pignorationis processus.*
5 *Mandatum super pignoratione sine clausula decernitur.*
In causa mandati fit præceptum de restituendis pignoribus, vel relaxatione personarum ibid.
6 *Constitutio pignorationis vt locum habeat quæ inter venire debeant.*
7 *Primo requiritur, quod vterq; pignorator & pignoratus sit immediate sub imperio.*
8 *Secundo requiritur possessio ex parte pignorati.*
9 *Tertio noui iuris vsurpatio.*
10 *Quarto requiritur, quod res alia capiatur propter rem aliam.*
11 *Quinto vt sit causa ciuilis, non autem criminalis, & n. 9.*
12 *Capiens & auferens feras vel pisces inclusos viuarijs, leporarijs, piscinis & stagnis alterius furtum committit.*
12 *Exceptio maleficii admittitur ante partitionem.*

14 Fo-

14 *Forum quis sortitur retinens delicti, in loco delicti.*

15 *Captus in loco domicilij ab alio ob commissum malefitium est relaxandus, & quæ actio ei competat territorij.*

16 *Fraus legum fieri non debet.*

17 *Iurisdictiones confundi non debent.*

CAPVT SEPTIMVM.

Quomodo consulendum sit Principi, Comiti, Baroni vel Nobili, cuius saltuarij, venatores, canes venatici, plagæ, retia & alia instrumenta ob contentiosam quasi possessionem iuris venandi, aucupandi & piscandi capiuntur pignorique accipiuntur?

FIt non raro maximo cum subditorum innocentium malo & dispendio, vt Princeps, Comes, Baro, aut Nobilis, alterius Principis, Comitis, Baronis vel Nobilis saltuarios venatores, pisatores, canes venaticos, plagas, retia, & alia instrumenta ob contentiosam quasi possessionem iuris venandi, aucupandi & piscandi, capiat, & pignori accipiat, quæ poterit, quomodo consulendum sit Principi, Comiti, Baroni vel Nobili, cuius saltuarij, venatores, canes venatici, &c. capti & pignori accepti sunt.

Et † quoniam pignorationes omni iure prohibitæ sunt, *cap. 1. de minor. 1 lib. 6. Auth.* vt non fiant pignorationes pro alijs personis. *Auth.* vt nulli iudicium. *§. quoniam vero contingit. & tot. tit. C. ne nullus ex vicar. præfect. vicar. v. debit. teneat. l. nullam, C. de executorib. & exactoribus. lib. 12. l. hac definitione, C. de omni agro deserto, lib. 11.*

Nemo † enim alterius odio prægrauari debet, *tot. tit. C. ne vxor pro ma- 2 rit. & l. non debet, ff. de regul. iur. cap. non debet, eodem tit. lib. 6. cum similib.* Non enim habet rationem alium quidem esse debitorem, alium vero exigi, sed nec alteri molestum esse pro altero quodam, tanquam inuasionem, aut iniuriam committentem, aut alium quasi vicarium existentem cædi, aut iniuriam sustinere, & aliquid pati, quod non competit pro alio, & absque legitima occasione quamlibet perferre calumniam, & supplicia sustinere in corpore; ita Iustinianus Imperator, *in d. Authen. vt non fiant pignorationes, §. 1.* vbi dicit, pignorationes esse inhonestas, & odio dignas.

Hinc † in sacro Romano Imperio salubertime positum est remedi- 3 um Constitutionis pignorationis, vt patet ex *ordinat. Camera Imperialis, part. 2. tit. 22.*

Ideo Princeps, Comes, Baro, seu Nobilis pignoratus, vel cuius subdi- 4 ti, seruti seu famuli capti vel pignorati sunt, supplicabit in Camera Imperiali super dicta Constitutione pignorationis pro mandato de relaxandis captiuis, vel restituendis rebus ablatis, cui dato (quod sine clausula iustificato-

ficatoria decernitur) pignorator sub certa pœna pecuniaria parere debet, nimirum captiuos ilico & sine suis sumptibus *ohne Entgeltnuß* relaxare & pignora capta, seu res ablatas è vestigio, integre plenèque restituere, adiecta citatione, non ad contradicendum, vel allegandum causas, quare non teneatur mandato parere, sed docendum de vera positione, & demum ad deducendum & allegandum causas pignorationis in certo termino præfixo sub pœna perpetui silentij, iuxta *text. in l. Titia ff. de accusation.* Et
5 hæc citatio ad possessorium retinendæ, seu interdictum retinendæ possessionis pertinet, quod datur solum pro possessione rerum immobilium, *l. 1. §. hoc interdictum, ff. vti possidetis, l. possideri ff. de acquir. possess.* & appellatur directum interdictum, vtile vero datur etiam pro quasi possessione rerum & iurium incorporalium, *gloss. 1. in d. l. 1. & in l. 1. sub verb. fundum, C. eod.*

6 Verum †vt prædicta constitutio locum habeat, & citato super iure pignorationis in Camera impetretur quinque requiruntur. Primo requiritur, quod vterque pignorator, & pignoratus immediate subsint imperio. Nam †si vterque immediate Imperio subiectus non sit, processus ex illa constitutione scilicet, mandatum sine clausula iustificatoria de captiuo relaxãdo vel restituenda re ablata, & citatio super iure pignorationis in Camera obtineri nequit, sed pignorator coram competente iudice
8 conueniendus est. Secundo, †quod pignoratus sit possessione vel quasi eius loci vel iuris, cuius respectu facta est pignoratio. Et notandũ est quod sufficiat aliquem esse in possessione vel quasi iuris venandi, etiam si dominus, dominus scilicet sit in possessione loci & dominiũ rei habeat: Hæc enim separata sunt, *l. vtraque alter, § nihil commune. ff. de acquir. vel amit. poss.* Et enim fieri potest, vt alter possessor sit vel quasi, dominus non sit: alter dominus quidem sit, possessor vero non sit, vt inquit Vlpian. *in l. 1. §. huiusmodi autem interdicti, ff. vti possid. §. retinendæ, Instit. de interdict. l. inter litigantes, ff. de Iudic.* Item potest quis habere ius venandi in aliena sylua iure seruitutis, *l. 1. & l. Item hic, & tot. tit. ff. de seruit. rust. prad.* & vsus talis iuris pro possessione habetur, *l. penult. ff. de seruitut. l. seruitutes ff. de seruit. vrb. prad.* Qui ergo in iure venandi, aucupandi vel piscandi turbatur, aut eo vti prohibetur captis pignoribus, vtili interdicto vti possidetur ex constitutione Imperij de pignorationibus recte aget, *d. l. penult. & l. seruitutes. §. Arist. versic. dicit igitur, in fin. ff. si seruit. vendic. l. 1. §. fin. in fin. ff. de aq. plu. arc. glos. in l. seruitus, 14. verb. certam ff. de seruit. d. l. 1. §. hoc interdictum sufficit, ff. vti possidetis, gloss. notabil. in l. quod Trebatium, in verb. impediri. ff. de aqua plu. arc.*

9 Tertio †requiritur, quod pignorator ibi loci, vbi fit pignoratio aliquid, noui iuris sibi pro huiusmodi pignoratione vsurpare & acquirere velit, talis

talis enim pignoratio ad interdictum vti possidetis pertinet, ne vis fiat, qui possidet, *d. l. 1. § fed si inter eum, §. seq. ff. vti possidetis.* Quarto † requiri- 10
tur, quod res tertia, & quidem innocens, quod alius pro alio grauetur: illa enim turbatio pignoratio dicitur, *d. cap. vnic. de iniur. lib. 6. & iurib. supra allegat.* Quinto † requiritur, quod pignoratio facta sit ex causa ciuili non 11
ob delictum, & commissum maleficium, quia constitutio pignorationis maleficia expresse & nuncupatim excipit, ne crimina maneant impunita, ibi *allein Malefitz sachen ausgenommen*, hoc est, criminalibus causis tantum exceptis. Interest † enim Reipubl. ne maleficia impunita maneant, 12
vulgo, *l. ita vulneratus, in fin. ff. ad l. Aquil. l. si operis, C. de pœnis, l. St. chum, ff. de solutionib. d. congruit, ff. de offic. præsid. c. vt famæ, de sent. excom. Andr. Gail. lib. de pignorat. abstinat. 3. per tot.* Ex quo infertur, si alicuius Principis, Comitis, Baronis, vel Nobilis tanquam Status Imperij, subditus, alterius Principis, Comitis, Baronis vel Nobilis etiam Status Imperij, feras vel pisces inclusos viuarijs, leporarijs, piscinis & stagnis capiat & tollat, quod talis furtum committat. Ratio est: Quia huiusmodi feræ & pisces a nobis possidentur & custodiæ nostri subiecti sunt, & proinde qui eos capit, contrectat rem alienam inuito domino, & per consequēs furtum cōmittit, *l. 3. §. Item feras. ff. de acquir. poss. & l. vsufructuarium venari, § si in viuarium, ff. de vsufruct. Natta consil. 375. vol. 2. nu. 9. Cæsar. cap. peccatum, 2. part. §. 8. nu. 14. de reg. iur. in 6.* Carolus V. Romanor. Imperator in S. R. I. cōstitutionibus pœnalibus cōstitutione 169. ibi, *welcher aus s Weyern, Rouffern, oder Behaltnussen Fischstilt, ist auch ein Diebstal gleich zu straffen.* Id est: Qui ex stagnis, lacubus, seu viuarijs alienis clam pisces aufert, furti pœna quoque tenetur.

Vnde † si captiui Princeps vel Dominus ex constitutione pignoratio- 13
nis agat pro relaxatione captiui, & pignorator in termino citationis, vel partitionis opponat contra iniunctam partitionem, causam esse criminalem, captiuum detineri ob maleficium, vt furti, homicidij, &c. profecto ante partitionem audiendus est, quia hunc casum constitutio pignorationis disertis verbis excipit, hocque optima ratione, ne crimina maneant impunita supra allegatis iuribus. Et nim malefici comprehendi & carceri mancipari possunt & debent, *l. 1. ff. de custod. & exhib. reor.* maxime si in territorio eius, qui cœpit, delictum commissum sit. *Auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi oportet.* Forum † enim quis sortitur non solum 14
ratione originis & contractus, *cap. 1. §. contrahentes, de foro compet. & l. origine, Cod. de incol. libro 10. & l. hæres absens, §. fin. ff. de iudiciis*, sed etiam ratione maleficij, si ibi loci reperiatur, & in vinculo conjiciatur, *cap. fin. de foro compet. & si cui, §. idem Imperator, & l. fin. ff. de accusat. l. fin. Cod. vbi de crim. agi oport. Canonistæ, in cap. 1. cui ratione, de foro comp. Andr. Gail. lib. de pigno-*

de pignorat. observat. 14. n. 4. vbi & num. 5. caput in loco domicilij ab alio ob commissum maleficium non esse relaxandum, eo quod sepedicta † Constitutio pignorationis generaliter cauta animales exuviat absque illo discrimine, sed turbatum in sua iurisdictione ob expressum suum subditum in loco domicilij ordinaria iuris via coram competente Iudice contra turbatorem actione iniuriarum, aut rationum vindicatarum actione, *l. Iulia, de vi publica, & expert. ibi bene, l. fin. ff. de offic. praefect. vrb. gl. ff. ibid. in verb. habere, & l. 4. ff. de offic. praesid.*

15 Quapropter † supra relata quinque requisita diligenter obseruanda sunt, ne fiat *d.* constitutioni fraus, & beneficio primaeuorum infantiarum, 17 quod Statibus † & Nobilibus ex Imperij Ordinationis praescripto, concessum est, deroretur, & ne Iurisdictiones confundantur, *l. 1. num. 1. l. nemo, C. de Iurisdict. om. Iud. gl. ff. bid. in verb. auxilium, §. nulla, Anib. de defensor. lib. quinq. Guid. Pape decis. 436. n. 3.*

SVMMARIA.

1 *An una pignoratio alteri fieri liceat nec ne & num. 3.*
2 *Bellum propter depignorationem rerum an sit licitum.*
4 *In iure venandi ab alio pignoratus recte & sapienter facit, si non repignoret, sed supplicet pro mandato de relaxandis captivis, vel restituendis rebus ablatis.*
5 *In iure venandi quasi possessione ab alio turbatus instituere potest vtile interdictum vti possidetis.*
6 *In vtili interdicto super iure venandi tria probare oportet.*
7 *Turbatio quibusque sufficit in interdicto vti possidetis.*
8 *Quasi possessio iuris venandi an probari debeat, duobus temporibus adfuisse, nempe tempore litis contestationis, & tempore illatae turbationis.*
9 *Olim possessor, hodie possessor praesumitur.*

CAPVT OCTAVVM.

Pignorato in iure venandi an liceat rursus repignorare nec ne. Etsi non licet quomodo ei sit consulendum.

SCopius tamen accidit, vt non vnus tantum possideat vel quasi iura venandi, aucupandi & piscandi, & alter rubet, sed vt alteruter se magis possidere contendat. quo casu solent mutuae & reciprocae pignorationes fieri, vulgo *Gegenpfendung* magno profecto subditorum seruo-
1 rum & famulorum, malo & detrimento. Quaeritur ergo: Vtrum † liceat huiusmodi pignorationes, praesertim prius pignorato & offenso. Et prima facie videtur affirmatiue esse respondendum; Eo quod vim vi re-

pellere

pellere omni iure sit licitum, *l. vt vim ff. de iust. & iur l. 1. §. vt vim ff. de vi, & vi arm. l. itaq.*, & *l scientiam*, §. *qui cum aliter*, *ff. ad l. Aquil. c. si vero el. 1. de sent. excom. & c. significasti, el 2. in fin de homicid.* Adeoque † bellum iu- c
stum existimatur, quod pro defensione rerum suarum suscipitur, vt tradunt *Dd. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. Bart. in l. hostes, nu. 9. ff. de capt. & postlim. reuers. Innocent. in ca. olim causare, nu. 2. de restit. spoliat. Iacob. de S. Georg. tract. feud. in verb. & promiserunt, n. 10.*

Verum † ad hanc quæstionem negatiue est respondendũ, nempe mu- 3
tuas pignorationes esse illicitas, quia illæ non ad necessariam defensionẽ, quæ in continenti cum moderamine inculpatæ tutelæ permittitur, *d. l. vt vim*, & ibi communiter Dd. Pignoratus enim via iuris, id est repignorationis ius suum & possessionem vel quasi defendere & tueri debet, *l. extat ff. quod met. caus. l. quod meminerint, C. vnde vi, §. si quis vero, de pace iuend. & iuram. firm. author. Sed omnino, C. ne vxor. pro marit.* Hinc in Camera Imperiali, si fiat repignoratio, siue mutua pignoratio, vtrique parti in causa mandati paritio iniungitur, vt scilicet ablata pignora restituant, non obstantibus quibuscunque exceptionibus, vt tradit *Andr. Gail. de pignorat. obser. 12. n 2.*

Recte † ergo prudenterque faciet Princeps, Comes aut Baro in iure 4
venandi vel piscandi ab alio statu pignoratus, si non repignoret, sed supplicet pro mandato de relaxandis captiuis vel restituendis rebus ablatis, vti superiori capite diximus. Quod † si aliquis status ab alio statu in iure 5
venandi vel piscandi non pignoretur, sed solum in eius quasi possessione turbetur, instituere poterit turbatus vtile interdictum vti possidetis, quod pro tuenda quasi possessione iurium incorporalium, in qua quis turbatur, competit, *l. quoties ff. de seruitut. l. sicuti*, §. *Arist. ff. de seruit. vend.* cum alijs iuribus, superiori capite sub num. 8. allegatis, & probant *Dd. in l. 1. C. vti possidetis, & in cap. licet, de probat. teste Bart. in l. 1. in princip ff. vti possidetis.*

In † hoc autem vtili interdicto super iure venandi potissimum hæc 6
tria ponere & probare oportet: Primum, quod actor sit in quasi possessione iuris venandi, vel piscandi, in quo turbatur & molestatur: Deinde quod hactenus vsus sit iure venandi, vel piscandi: Denique, quod aduersarius conuentus actorem in iuris venãdi quasi possessione turbet & molestet, iuxta Dd. in locis supra allegatis, facit, §. *sed interdicto quidem, Instit. interdict.*

Sed † & turbatio qualiscunque sufficit in interdicto vti possidetis, & 7
per quemcunque modum sit facta, vt probant *Gloss. & Dd.* & præsertim, *Bart. in d. l. 1. §. restituendæ. ff. vti possid. & l. vna facit. ff. de vi & vi arm. & l. vim facit, ff. quod vi aut clam.* adeoque vt etiam contra diffamatorem de-

tur hoc interdictum secundum *Bart. d.l.1.§.hoc autem interdictum,n.2.& in l.si priusquam,n.3.ff de nou.oper.nunciat.*

8 Et † quamquam regulariter quasi possessio iuris venandi probari debeat,quod duobus temporibus adfuerit, videlicet tempore litis cõtestationis & tempore illatæ turbationis,§.*retinendæ*, & § *commodum, Inst.de interdict. Bar.in d.l.1.§.ait prætor,Ferrar.in libel.pro turb poss.verbo hodie tenet & possidet.* Attamen † si quis probet se fuisse in possessione vel quasi iuris venandi ante cæptum iudicium,&ante factam turbationem per aliquod tempus,allegãdo se adhuc possidere vel quasi, tunc præsumitur suã possessionem fuisse continuatam. Ratio est:Quia si probet se possedisse ante redditum iudiciũ,cum possessio retineatur animo,iuxta *l.3.in princ.* 9 & §.*in retinenda.ff de acquir.poss.* Ergo nunc etiam de præsenti præsumitur possidere per *l.sine possidentis, C de probat. Cuar.c.possessor,2.part.relection.§.1 n.1.de reg.iur.in 6.*tradidi ego supra hac *2.par.c.6.n.6.* Nisi ex aduerso probetur de medio tempore,quod alius ingressus sit possessionem, & quod actor desierit habere animum possidendi, & se suspicetur posse repelli,*l.quod meo.§.vlt.& l.peregre,§.fin. & l.Pomponius,§.quæsitum,& §. præterea,ibi gloss.& Dd.ff.de acquir.poss.*

Hinc probatio præsumptiua tolleratur circa tempus possessionis, vt tradunt *Canonist.in d.cap licet causam,& probat. & Bart.in l.si duo,ff. vti possidetis.*

SVMMARIA.

1 *Forma priuilegij primæ instantiæ ad amussim ratione actionis super iure venandi seruanda est.*
2 *Vnica requisitio,an sufficiat in den Austregen.*
3 *Nobiles,Barones & Comites, mediate Imperio subiecti, Comites,Barones, & Nobiles immediate Imperio subiectos in Camera in prima instantia conuenire possint.*
4 *Princeps conuentus a Comite,Barone,ves Nobile mediate Imperio subiecto super iure venandi,&c.habet priuilegium primæ instantiæ.*
5 *Actor agens vtili interdicto vti possidetis ratione turbati iuris venandi,vt obtineat,aliquando necesse habet probare de dominio vel quasi.*
6 *Aduocati in interdicto vti possidetis, facere debent positiones & articulos probatorios,non tantum super possessione sed etiam dominio & titulo.*
7 *Præsumptum dominium in iudicio proponi & allegari debet.*
8 *Actor in vtili interdicto vti possidetis, debet petere reum condemnari ad quatuor.*
9 *Forma libelli in vtili interdicto vti possidetis ratione iuris venandi.*
10 *Forma libelli in actione confessoria ratione iuris venandi.*

CAP.

CAPVT NONVM.

Conuentus super iure venandi, an & quatenus priuilegium primæ instantiæ habeat, vel non. Item traduntur duæ breues formulæ belli, una super viis interdicto vti possidetis: altera super actione confessoria.

CÆterum † meminisse oportet, quando Princeps Imperij contra 1
alium Principem Imperij, vel quando Princeps contra Prælatum, Comitem, Baronem, aut Nobilem immediate Imperio subiectũ, ratione iuris venandi seu iuris foresti, &c. agere velit. Quod forma priuilegij primæ instantiæ, *vermög der Austrag* in Ordinatione Cameræ Imperialis *part. 2. tit. 2. ite tit. 3. & tit. 4.* præscripta ad amussim obseruari debeat, modo non interceſſerint pignorationes, de quibus duobus præcedentibus capitibus egimus. Item vice versa, quãdo Comes, Baro vel, Nobilis conuenire vult Principem, tuenda est eadem forma. Pari ratione, quando Prælati, Comites, Barones aut Nobiles Imperij se inuicem ratione iuris venandi, &c. conuenire volunt, seruanda est ordinatio, *par. 2. tit. 5.* Reus † enim in prima instantia in Camera conueniri non potest, nisi ad 2
requisitionem actoris, non tres, sed vnum vel duos tantum Principes nominauerit, quo casu, quia non est satis factum legi, absq; vlteriore requisitionis necessitate, decursus actis ipso facto ad Cameram deuoluitur, quo casu etiam vnica tantum requisitio sufficit, vt tradit *Gail. lib. 1. obser. 1. n. 35. & Mynsing. cent. 1. obser. 91.* Vel nisi pignorationes interceſſerint, quo casu causa etiam in prima instantia ad Cameram pertinet, dummodo quinque illa requisita intercedant, de quibus supra hac *2. part. ca. 7. n. 7. 8. 9. 10. & 11. agimus.*

Nobilis † tamen, Baro, vel Comes, qui non subest immediate Impe- 3
rio, sed alicui Principi, & ratione iuris venandi, &c. alium Nobilem, Baronem aut Comitem immediate subditum Imperio, conuenire potest in Camera: Nam hoc casu conueniendus non habet priuilegium primæ instantiæ, scilicet *der austrag*. Quia *secundum præfatum titulum, 5 seu Rubricam, 5. d. 2. part Ordinationis*, vterque & actor & reus immediate subiecti esse debent Imperio adhoc, vt priuilegium primæ instantiæ locum habeat, *d est die austrag stat haben, Mynsing. cent. 1. obs. 89. & Gail. d. obser. 1. num 17.*

Secus † tamen esset, quãdo Nobilis, Baro vel Comes Imperio mediate 4
subiectus conuenire, seu in ius vocare vellet, aliquem Principem ratione iuris venandi, &c. quia tali casu habet locum priuilegium primæ instãtiæ. Rationem differentiæ esse existimat. *Gail. cit. n. 17.* quod statibus & ordinibus Imperij ita visum fuerit, forte propter præeminentiam & excellẽtiam principalis dignitatis.

5 Illud † tamen vel maxime obseruandum est, quod actor agens ratione turbati iuris venandi, vtili interdicto vti possidetis, vt obtineat, aliquando necesse habet, probare de dominio vel quasi, quando nempe vterque tam actor, quam reus de possessione vel quasi probat, tunc enim ille obtinet, qui etiam de dominio vel quasi & titulo probauit. Ipsius enim possessio tunc iustior præsumitur, *d.c.licet causam, de probat. Feder. in form. libel. pro turb poss. super verb. tenuit & possedit.*

6 Hinc † aduocati debent esse cauti, vt pro agente & conuento Interdicto vti possidetis faciant positiones & articulos probatorios, non tãtum super possessione, sed etiam dominio & titulo. Neq; poterit pars aduersa contra tales articulos tãquam impertinentes excipere, quasi agatur possessorio non petitorio iudicio Quia respondetur hoc casu esse pertinentes articulos, cum vtraque pariter probante de possessione obtineat ea, quæ probauit titulum, & multo magis, quæ dominium, *Lanfranc. Oriun. in repetit. Rubr. de caus. poss. ff. & proprie § autem est transeundum, num. 27.*

7 Et † quamuis ex possessione dominiu præsumatur, *l. 2. & ibi glossa in verb. dominium. C. ad. de probat. gloss in l. cum res, in verb. vacuam, in fin. & ibid. Dd. C eod tit.* tamen ad victoriam necesse est tale præsumptum dominiũ in iudicio proponere & allegare, *Bart. in l. rem alienam, n. 6 ff. de pign. act. Bald. in l. etiam, n. 10 C. de except. rei iudic. Lason, in l. cum quid, prima Lect. n. 23. ff. si cert. pet.*

8 Et † quoniam turbatus in iure venandi duo habet remedia, vti sæpe diximus, potest enim vel vtili interdicto vti possidetis, vel actione confessoria contra turbatorem experiri. Et petere debet in vtili interdicto vti possidetis reum ad illa quatuor cõdemnari. Primo, vt cesset a turbatione. Secundo, vt in futurum non turbet. Tertio, vt caueat de non turbando in futurum. Quarto, vt restituat ablata, damna & interesse. Et poterit libellus in vtili interdicto super iure venandi in hunc vel similem modum formari.

9 Coram † vobis Domine Iudice, comparet N. actor, & actionem instituit contra N. breuiter dicendo. Quod quamuis actor in possessione vel quasi venandi & aucupandi in sylua N fuerit, & adhuc sit, ita vt a nemine in sua possessione vel quasi molestandus, turbandus, vel inquietandus sit. His tamen minime perpensis, maxime etiam, quod omnes probationes & molestationes in iure prohibitæ sint, reus actorem in vsu & exercitio venandi in dicta sylua turbauit, inquietauit, & plagas actoris deiecit atque abduxit. Per hoc actorem in sua quieta possessione vel quasi iniuste turbando. Quare super hoc actor a reo exigit solidam ac Cathegoricam responsionem, eaque facta, petit iure decerni ac pronunciari, actorem a reo iniuste turbatum esse, & hunc a tali turbatione ac molestatione

lestatione desistere, actori ablatas plagas, cum restitutione interesse & damnorum reddere & restituere. Insuper actorem in sua possessione vel quasi venandi de facto turbare vel inquietare minime debere, sed ad sufficientem cautionem de amplius non turbando præstandam, cum refusione expensarum teneri, eumq; legitimis iuris remediis compelli. Petens super his & singulis sibi ius & iustitiam administrari, &c.

Libellus in actione confessoria breuiter ita formari poterit.

Coram † vobis Domino Iudice comparet N. Actor & proponit contra & aduersus N. Reum actionem. Quod quamuis longissimo tempore retro acto in vsu & quieta possessione vel quasi venandi in N. loco & circumcirca fuerit. Eo tamen non attento & quod omnes illicitæ turbationes & molestationes iure communi vetitæ sint Reus actorem in exercitio venandi in loco præfato turbauit & inequitauit, eiusq; plagas abduxit, venantes ibidem pignorans, eaq; pignora apud se de facto, contra iura & æquitatem, cum damno & iactura Actoris detinens. Quamobrem Actor iudiciali vestra sententia pronunciari & declarari petit, quod Reus Actorem in iure venandi impediens & turbans, iniuste fecerit, & post hac Actorem in vsu & exercitio venandi citra molestationem & turbationem relinquat, & sufficientem cautionem de non vlterius molestando vel turbando præstet, pignora vna cum refusione expensarum interesse & damnorum restituat. Super omnibus & singulis vestrum nobile officium implorando. 10

SVMMARIA.

1 *Diebus festis an licitum sit piscari & venari.*
2 *Venantes diebus festis non audita missa peccant mortaliter.*
3 *Venatio non est seruile opus.*
4 *Tempore festo etiam non audita missa, & nulla vrgente causa venans, an teneatur ad restitutionem captorum.*
5 *Tempore quadragesimæ & tetum illicita est venatio.*
6 *Venatio inferens damnum proximo, est illicita.*
7 *Venatio illicita redditur ex qualitate personæ, vt quia Clericus vel Monachus.*
8 *Affectus immoderatus reddit venationem illicitam.*
9 *Venatio redditur illicita, si contra voluntatem Domini in loco alterius exerceatur.*
10 *Prohibens venationem, quando obligetur ad restitutionem emolumenti, quod verisimiliter impediuit.*
11 *Serui, famuli, & subditi tempore prohibito iussu domini venantes an peccent.*
12 *Metus nunquam excusat nec a mortali, nec a venali crimine.*

13 *Omnes Christi fideles diebus dominicis & reliquis festis sacrum seu missam sub reatu mortalis culpæ audire tenetur.*

14 *Serui famuli & subditi, si a dominis suis iubeantur die prohibito non prius audita missa venari, parere non debent.*

15 *Affirmatio & negatio, ad idem referuntur genus.*
Omissio pura, cur dicatur factum negatiue ibid.

16 *Nolle audire sacrum, non est tam actus omissionis, quam commissionis ratione acediæ vel contemptus.*

17 *Actus coactione vel metu factus licet non sit secundum quid voluntarius, est tamen simpliciter talis.*

18 *Die festo vel tempore ieiunii quando venari liceat.*

CAPVT DECIMVM.

Venatio quando & quibus ex causis reddatur illicita.

1 ILlud † tamen omittendum non est. Quod etsi Venatio, piscatio & aucupium exercitia sint licita, attamen ratione temporis illicita redduntur. Diebus enim festis nec piscari nec venari licitum est, ne homines impediantur & retrahantur studio venandi ab officiis diuinis, *gloss. & Dd. in c. Esau, & c. qui venatoribus, 86. dist.* Non tamen peccant, qui piscantur die festo, certum piscium genus, quod tantum certis diebus aduenit, vel conspicitur, & ilico recedit, nisi tunc capiatur. Quod genus sunt Thuni, Haleca, & Sardæ. Est tamen aliqua Eleemosyna in Ecclesias viciniores, aut pauperes eroganda secundum, *tex. in cap. licet, de fer. cum ibi notat, per gloss. & Panorm. Angel. in summa, verb. feria, § 34. & 35. Caiet. 2.2. q. 122. art. 4. Sylvest. verb. piscari, & verb. dominica, quæst. 5. nu. 7. vbi ex d. cap. licet*, dicit in maioribus solennitatibus (nempe natiuitatis Domini, diei Epiphaniæ, paschæ, Ascensionis Domini & Pentecostes, (vt tradit, *gloss. in d. c. licet,*) illicitam esse piscationem, in dominicis vero, vel inferioribus licitam solum ex causa vrgente, & cum licentia, quam intelligo proprii Episcopi, vel Parochi, Causa autem vrgens est lucrum fortuitum, statim perituram, & quia apparet halecia, & huiusmodi, & a fortiori fames, *dict. cap. licet.* Et quamuis *d. c. licet*, non loquatur, nisi de Halecibus, siue Aringuis, eadem tamen ratio idem suadet in reliquis nominatis piscibus *Martin. ab Azpliceat. in Enchirid. confessar. c. 13 n. 9 vbi & nu. 11. inquit.*

2 Venantem † festis diebus non audita Missa peccare mortaliter secundum omnes, non tamen si eam audit, etiamsi venaretur quæstus seu lucri
3 causa, *Caiet. in summa, verb. festos diet, & verb. feria, §. 11.* Ratio est: Quia venatio non est seruile opus, neq; de numero quinq; non seruilium prohibitorum, neque lucelli finis efficit, vt tale sit, quicquid dicant Rosella,

verb.

verb.dominica,q.5.& Sylues.eod.verb.d.q.5.n.7. Sed & qui tempore festo etiam non audito missa, & nulla iusta vrgente causa venatur, non tam en tenetur ad restitutionem eorum, quæ ex venatione habuit, quamquam male agit, quod tempore festo venationem exerceat. Ratio est: Quia Canones festis diebus prohibentes venationem, non prohibent nec vetant acquisitionem ipsarum ferarum, sed vsum tantum causa honestatis, pietatis, seu cultus diuini. Ideo nulla oritur a venatione prohibita obligatio restituendi, sicuti supra, 1.ª part.c.5. fuse tradidimus. 4

Pari † ratione tempore Quadragesimæ & ieiunii illicita est venatio, 5
nisi necessitas vrgeret. gl.in d.c.qui venatoribus, 85.dist. & c.quid prodest ead.dist. Vbi dicitur, Quid prodest ieiunare viscer ibus, & luxuriari venatibus, abstinere a cibis, & errare peccatis, & c. an putatis, ead.dist. Vbi dicitur. An putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad Ecclesiam vigilat, non beatorum Martyrum sancta loca perquirit, sed surgens congregat seruulos, disponit retia, canes producit, saltus syluasq; perlustrat, seruulos inquam secum pertrahit, fortasse magis ad Ecclesiam festinantes, & voluptatibus suis peccata accumulat aliena, nesciens reum se futurum tam de suo delicto, quam de perditione seruorum.

Secundo † illicita redditur venatio, si fiat cũ periculo aut damno pro- 6
ximi, non considerando, quod homo lædi aut percuti possit, aut si damnũ inferatur agris, & fiat venatio cum agrorum aliorum populatione, nec damnum restituitur, Hostien.in sum.de pœnit.& remiss.Syluest.verb.venatio, in fi. Martin.ab Azplic.in Enchir.confess.c.17.n.125.

Tertio † illicita efficitur venatio ex consideratione personæ, vt quia 7.
Clericus vel Monachus, c.quorundam, 34.dist. Clem. Ne in agro, §. porro, de statu Monach.c.1.& tot.tit.de cler.venat.vbi Dd.

Quarto, † ex immoderato affectu, ex qua causa facile omnia humana 8
opera redduntur illicita, Dd.d.c.1.de Cler.ven.

Quinto † si contra voluntatem Domini, quis in eius loco venatus fu- 9
erit, §. fera, Instit.de rer.diuis.

Sexto † si quis prohibuerit venationem, cum iuste prohibere nõ pos- 10
set, hoc enim casu obligatur ad restitutionem emolumenti, quod verisimiliter impediuit, Gabriel,in 4.sent.dist.15.q.5.art.2.conclus.5.corol.1.arg. l.in laqueum ff.de acquir.rer.dom. Martin.ab Azplic.d.c.17.n.120. D.dunc. non est, de Decimis.

Verum † hic quæritur. An serui famuli, & subditi tempore prohibi- 11
bito iussu Domini venantes peccent nec ne? Ad hanc quæstionẽ respondeo cum distinctione duorũ casuum. Aut enim serui famuli vel subditi sunt iussi & compulsi a suis heris & dominis ad venandum festis diebus non ob contemptum festorum, sed ob incidentem vrgentem ne-

cessi-

ceſſitatem, vt famis, vel ſi agri & vineæ a beſtiis vaſtarentur, & hoc caſu non peccant, maxime ſi ob id miſſa non fuerit prętermiſſa, Imo ſi ob imminens huiuſmodi periculum vel damnum perſonale, aut reale audiri miſſa non potuerit, ſimiliter non peccant, non ſolum ſerui & famuli, ſed etiam ipſorum heri & domini, neceſſitas enim non habet legem, per allegata iura a nobis ſupra, *1. cap. num. 51. part. 1.* Aut iuſſi ſunt venari in contemptum feſtorum & Eccleſiæ, quæ ea ſanxit, & obedire dominis non tenentur, quando nimirum illis prius miſſa audire non permittitur. Licet enim venari opus ſeruile non ſit, neq; de numero quinq; non ſeruilium prohibitorum, attamen diebus feſtis venantes non audita miſſa peccant mortaliter, vt paulo ante notauimus. Eſt enim contra illud præceptum: Primum quærite regnum Dei. Hoc tamen poſteriori caſu videntur excuſari, ſi coguntur per iuſtum metum, vt inquit, *Ioan. Tabiena ſumma, verb. venatio, n. 2. Piſan. & Angel. eod. verb. Turrecrem. d. c. an putatis, 86. d. ſt.* Quod ego verum eſſe exiſtimo, vt excuſentur, non a toto peccato, ſed a tanto, id eſt eos ſaltem venaliter peccare.

12 Aut† metus etiam mortis nemini eum excuſat nec a mortali, nec veniali crimine, *text. in c. ſacris, & ibi Abb. de his quæ vi metuue cauſa.* Nam mihi nihil male venaliter factum, poteſt dici iuſto metu factum, cum omnis culpa etiam venalis, ſit maius malum, quos alio malo, quod non eſt peccatum, ſecundum *Abb. in d. c. ſacris, & omnes Theologos ac Canoniſtas, & gloſſ. in c. ſi aliquid, 22. q. 4. Couarr. in Epitom. lib. 4. de ſponſal. lib. 2. part. cap. 3. §. 4. n. 3.*

13 Cum† ergo omnes Chriſti fideles diebus dominicis & reliquis feſtis ſacrum ſeu miſſam ſub reatu mortalis culpæ audire teneantur, *c. omnes fideles, c. Miſſas, &c. qui de ſolenni, de conſecrat. diſt. 1.* Conſequitur ſeruos, famulos & ſubditos dominis tempore prohibito, & maxime non audito ſacro venari volentibus, mortem gerere non debere, *d. c. ſacris.* Et huiuſmodi famuli ſeu ſerui ſtipendiarii, finito tempore, in quod operas ſuas locarunt, diſcedant a ſuis dominis, nec intra id tempus debent parere ſuis dominis, ſi iubeantur non audita prius miſſa, die prohibito venari.

15 Nec† obſtat, ſi quis obiiciat, ac dicat: Peccatum eſt dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei, vt hoc definit *S. Auguſtin. lib. 2. contra Fauſtum, c. 27. & ſequitur gl. in c. Ille Rex, de pœnit. diſt. 3.* At peccati definitio non videtur cõuenire puræ omiſſioni, quæ nec dictum eſt, factum aut concupitum. Nam non audire die feſto ſacrũ eſt pura omiſſio, quæ non conſiſtit in dicto, facto, aut concupito. Etenim reſpondeo: Licet illa omiſſio (audiendi ſacri) non ſit dictum, factum aut concupitum affirmatiuum, eſt tamen negatiuum, cum ſit non dictum, quod debeat

fieri,

dici, non factum, quod debebat fieri, vel non concupitum, quod erat concupiscendum, quoniam affirmatio & negatio reducitur ad idem genus, vt docet, *S. Thom. 1. 2. q. 17. art. 6.* & probatur *per l. si mora, ff. solut. matrim.* quæ non factum, quod fieri debebat, vocat factum, vt ibi adnotauit, *gl.* Ibi enim Iurisconsultus appellat factum omissionem traditionis dotis faciendæ mulieri, *& gl. receptas ibi per Bart. Alex. & alios, in l. 2. ff. de verb. oblig.* 3. sit diuisionem illam Iurisconsulti, qui diuidit stipulationem, in stipulationem de faciendo & dando, comprehendere etiam stipulationem de non faciendo & non dando. *Martin. ab Azplic. in Enchirid. confes. pralud. 7. n. 6.*

Deinde† dici potest, Si quis nollet audire sacrum, vel non haberet vo- 16
luntatem audiendi sacrum, non esset tam actus omissionis, quam commissionis, nempe ratione acediæ, vel contemptus.

Deniq; actus coactione vel metu factus (vt hic venatio & omissio sa- 17
cri facta a seruis die prohibito contra illorum voluntatem, adeoque per metum dominorum) licet non sit secundum quid voluntarius, est tamen simpliciter talis, vt docet *S. Thō. 1. 2. q. 6. art. 6 c. mer. 10, 15. q. 1. l. 2 ff. quod met caus.* Nam coacta voluntas est voluntas, *l. si mulier, § si metu ff. quod met caus.* Vnde Versus:

Sum g, volens nullus, quod nollem velle coactus.

gl. in d § si metu, v. e. b. volui. Irrenim qui metu mali alienius quippiam facit, vult illud, quamuis non propter se, sed propter aliud, vt tradit, *Martin. ab Azplic in Enchirid. confess. pralud. 6. n. 4.*

Postremo dari potest casus, quo etiam tempore festi, vel die ieiunii li- 18
cita est venatio non solum laicis, sed etiam clericis vel Monachis, nempe si apri, lupi, vel vrsi, aut similes bestiæ nociuæ venirent vastare segetes & vineas, nam tunc huiusmodi bestias venari & capere etiam clericis vel Monachis licitum est. *Marian. Socin. sen. d. c. 1. n. 12. de cler. venat.* Similiter licitum est Clericis & Monachis venari ob vrgentem necessitatem famis, vti tradidimus, *supra 1. part. c. 1. n. 50. 53. & 54.*

SVMMARIA.

1 *Venatio militiæ comparatur.*
2 *Occidens hominem in venatione, an teneatur de homicidio, & n. 5.*
3 *Homicidium casuale quid sit? & casus quid, ibid.*
4 *Operam dans rei illicitæ, & omnem tamen adhibens diligentiam, quam potest ac debet, & si inde n. hilominus sequatur homicidium, an puniendus sit pœna ordinaria, & n. 6.*
6 *Homicidium casuale an & quando sit peccatum mortale, vel non.*
8 *Actus illicitus quis dicatur.*

9 *Dans operam venationi prohibitæ & illicitæ, etiam si omnem adhibeat diligentiam ad præcauendum homicidium, an contrahat irregularitatem.*
10 *Episcopus venator, qua pœna puniatur.*
11 *Presbyter venator quomodo puniatur.*
12 *Diaconus & Subdiaconus venantes, an puniendi sint.*
13 *Pœna maior imponitur maiori.*
14 *Ex persona pensatur qualitas delicti & pœna.*
15 *Clericus in minoribus Ordinibus constitutus, si venetur, qua pœna puniatur.*
16 *Venatio causa necessitatis & vtilitatis clerico licita est.*

CAPVT VNDECIMVM.

Homicidium si in venatione committatur, an, & qua pœna sit puniendum, & de opera licita & illicita ad casuale homicidium quædam traduntur.

1 CÆterum, † quia venatio ferarum est spectaculum cruentum, *l. cruenta spectacula, C. de gladiat. lib. 11.* Xenophon in Cynegetic. cum sit rei bellicæ comes, verum bellicarum meditatio, in qua omnia bellica intercedunt, fit, vt nonnunquam non sine vitæ periculo venatio exerceatur, & in ea homicidia committentur. Quæri potest:
2 Quid † si quis venando interficiat hominem, puta sagitta, sclopo, arcu-
3 buso seu bombardæ globulo an teneatur de homicidio. Ad † quam quæstionem antequam respondeam, præmittendum primo, quod homicidium casuale est, quod casu fortuito præter intentionem & voluntatem committentis, vel causam illi dantis accidit. Casus enim est, vt inquit *Aristot. 2 Physicor.* causa agens præter intentionem. Secundo præmittendum est, Quod magna sit Doctorum concertatio, Vtrum is, qui dedit operam rei illicitæ, omnem tamen quam potuit, ac debuit, diligentiam adhibuit, & inde secutum est nihilominus homicidium, vetitæ puniendus pœna ordinaria. Ratio dubitandi est: Quia huiusmodi homicidium præter intentionem euenire videtur, *D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 8.* quæ postea secutus est, *Dom. de Soto, lib. 5. de Iustit. & iure, q. 1. art. 8.* dicunt talem posse puniri vt homicidam voluntarium. Cuius hanc assignant rationem. Nam qui non remouet ea, quæ remouere debuisset, & præcauere, si inde sequatur homicidium, incidit in eius pœnam. Sed is qui dedit operam rei illicitæ, non remouet ea, quæ deberet remouere. Igitur, &c. Verum iuris consulti vtuntur hac distinctione, quod licet veniat quidem puniendus talis, sed tamen non pœna ordinaria, sed extraordinaria, vti tradit, *Bar. Rom. tract. de homicid. par. 3. n. 36.*
5 Ad † supra propositam quæstionem respondeo cum distinctione alicuius casuum. Nam qui interficiens hominem venatur in loco prohibi-

to, aut

to, aut non prohibito. Primo casu, aut interfecit prohibentem, aut alterum: Si interfecit prohibentem, tunc quia dabat operam rei illicitæ, tenebitur de homicidio. Quando nimirum non adhibuit diligentiam, quam debuit & potuit, ne prohibens occidatur. Quod si dolo & data opera venans in loco prohibito prohibentem occidat, tenetur ordinaria pœna Legis Corneliæ de Sicariis nempe homicidii, pœna autem ordinaria homicidii est pœna mortis, & quidem gladii, seu amputatio capitis, *l. 3. ff. d. l. pen. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. pen. C. eod. §. Item lex Cornelia, Inst. de public. Iudic.* Secundo autem casu, vt venabatur cum armis prohibitis, aut non. Primo casu tenebitur de homicidio. Etenim non est licitum venari cum armis, nisi ad animalia periculosa, vt in venatione Leonum, Vrsorum, Luporum & similium, ne publica pax violetur, *Dd. in §. nemo vetitus, de pace tenend. in vsib. feud. Capoll. tract. de seruit. rusticor. prad. c. 21. tit. de aucupat. n. 10.* Secundo casu, aut vsus est ea diligentia, præcauendo ne interficiat, seu percutiat hominem, aut non. Primo casu non tenebitur, sed reputabitur fortuitus casus, de quo nemo tenetur. Casus enim fortuitus extra dolum & culpam est, qui humana diligentia prouideri non potest, *l. quæ fortuitis, C. de pignor. act. Abb. in c. 1. commodati*, vbi dicit casum fortuitum esse inopinatum rei euentum, quem nulla hominum prouidentia vel cura cauere aut præuidere possit. Secundo autem casu de homicidio tenebitur. Nam imputatur illi homicidium, quod non adhibuit diligentiam, quam adhibere, & tenebatur & poterat ad præcauendum ne homicidium sequeretur. Sed † & is, qui dat operam rei illicitæ, si adhibuit diligentiam, quam debuit & potuit, ne homicidium casuale sequeretur & nihilominus casu id contigerit, erit reus illius actus illiciti, cui dabat operam, non tamen homicidii, sicut nec quo ad peccatum erit homicidii reus, qui dedit operam rei illicitæ, & aliam ablq; dolo culpam habuit, tenetur tamen pœnitere, *gl. & Dd. in c. presbyterum, de homicid. tex. in c. 1. t. 15. q. 1. Couar. in Clem. si furiosus, 2. part. §. 4. num. 1. de homicid. Martin. ab Azpilcuet, in manuale confessor, de quinto præcepto decalogi, c. 15. n. 6.* vbi dicit. Ad † hoc, vt homicidium casuale sit peccatum mortale, vel non, parum ad rem facere, an opus, quo mors consequitur licitum sit, vel illicitum. Nam vtroq; casu crimen erit lethale, si præcesserit culpa, in non adhibendo, debitam diligentiam, ad periculum mortis vitandum, neutro vero, si ea fuerit adhibita.

6

7

8

Hic † tamen aduertendum est eum actum dici illicitum, qui prohibitus fuerit ratione huius periculi ad homicidium, vel mortem, aut membri abscissionem. Nam si actus non prohiberetur ratione huius periculi, sed ex alia causa, profecto huius prohibitionis transgressio nullam aec minimam haberet homicidii culpam, vt docte tradit. *Caietan. et*

9 §.4.n.10.ve sic. Secundo deducitur, vbi & vt sic. Quarto † infertur, inquit, dantem operam venationi prohibitæ, & illicitæ, etiamsi omnem venator adhibuerit diligentiam ad præcauendum homicidium contrahere irregularitatẽ, vbi nimirum venatio esset prohibita ob periculum homicidii, mortis, aut vulnerum, quæ solent contingere ex timidi venandi modo. At vbi venatio esset interdicta propter honestatem, vt clericis interdicitur, aut propter custodiam animalium, tunc nullam contrahi, vel irregularitatem, si nulla alia culpa in ipso actu contingeret, quam quod operam venator debeat interdictæ venationi. Excepta illa culpa illicitæ venationis non ad homicidium pertinet, sed tantum ad transgressionem præcepti de non venando constituti, quæ non sufficit ad irregularitatem ex homicidio priuato constituendam. Nam si non esset interdicta venatio, nulla contraheretur ex hac specie irregularitas. Igitur irregularitas non est dicenda ex illa culpa, quæ nulla ex parte ad homicidium fertur, sed ad transgressionem præcepti, cuius violatio iuris canonicas sanctiones non producit irregularitatem *vid. Caiet. practicate loco.*

Loco earumdem huius capitis libri breuiter pœnas, quas personæ Ecclesiasticæ, quibus venationes prohibentur, incurrunt, annectere. Hæc recensentur, *in c.1. de Cler. venat.* his verbis. Episcopum presbyterum, aut Diaconum, canes aut accipitres, aut huiusmodi ad venandum habere non licet, quod si quis talium personarum in hac voluptate sæpius detentus fuerit, Si Episcopus est, tribus mensibus a communione, Si † presbyter, duobus, Si Diaconus ab omni officio suo suspendatur. Eadem † pœna, qua punitur Diaconus, punitur etiam Subdiaconus, vt tradunt, *Ded. communiter in d. cap.1.* Et † quanquam videatur imposita maior pœna minori, quam maiori, quod est contra illud, *cap. homo, 40. distin. cap. nulli, 19. dist.* plus † tamen punitur hic Episcopus & Presbyter, quam Diaconus, maior enim reputatur ista pœna in Episcopo, vel Presbytero, quam suspensio a beneficio in Diacono vel Subdiacono, propter maius scandalum ex persona enim consideratur iniuria, *§. atrox, Instit. de Iniur.* Sic † & pœna ex persona iudicatur parua vel magna, *gl. ß fi. d.c.1. de cler. ven.* Cæterum clerici in minoribus ordinibus constituti puniuntur a bimo Iudicis, *Ioan. Andr. & Host. d.c.1 Iacob. Menoch. de arbit. Iudic lib.2. cent.1. casu 413. nn.18.* Hæc tamen intelligenda iuxta venationem, quæ fit cum clamore, & casu voluptatis vel vagationis. Nam † venatio causa necessitatis & vtilitatis clericis licita est, vt si fiat forsan ad excitandum clamorem naturalem, vel etiam appetitum *d. cap.1. de cler. venat.* argumento in contrario sensu, dum dicunt, in hac voluptate sæpius detenti, secus ergo si rarissime & non causa voluptatis, sed necessitatis, nempe exercitii & valetudinis gratia, excitando appetitum prepotente verbi præce-

dentem

dentem venatio fiat, *cap. dilectus, de homicid.* dummodo clerici non alant canes de redditibus Ecclesiæ, nec eos retineant in propriis domibus. Et maxime Prælatis & Ecclesiasticis personis causa necessitatis, & recreationis cum retibus, laqueis & canibus venari licet, si habeat in venationibus redditus, *Sylvest. verb. venatio*, tradidi ergo supra, *1. part. c. 1. n. 46.*

SVMMARIA.

1 *Venatio conducit sanitati.*
2 *Venationibus Principes delectantur.*
3 *Venatio militiæ comparatur.*
4 *Venatio homines duriores, robustiores & animo promptiores reddit.*
5 *De laudibus venationis qui auctores scripserint.*
6 *Qui Imperatores, Reges & Principes venationibus delectati fuerint, & n. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.*
9 *Viriatus Lusitanus ex pastore venator, ex venatore Imperator belli factus est.*
17 *Venatio peculiare exercitium Regum, Principum & hominum Nobilium.*
18 *Venator venationem somniat, piscator Maria, lacus flumina, retia, pisces. &c.*
19 *Aucupium finitimum est venationi.*
20 *Aucupij, quod cum accipitribus exercetur, initium a Thracibus manauit.*
21 *Aucupio, quod cum accipitribus exercetur, recreantur Reges, Principes & Nobiles quique homines.*
22 *Aucupium cum accipitribus etiam militiæ comparatur.*
23 *Piscatio est honestum & vile exercitium, & non solum laicis, sed etiam clericis & religiosis licitum.*
24 *Piscatio militibus nocet.*
25 *Venatio est minus decora, quam piscatio, & cur venatio clericis sit prohibita. ibid.*
26 *Venatio caret exemplis Sanctorum.*
27 *Apostoli fuere piscatores.*
28 *Venatio fit cum maiori sumptu, quam piscatio.*
29 *Caro ferina luxuriam fouet.*
30 *Venari est magis luxuria, quam rationis.*
31 *Venatio inferi damnum agris alienis.*
32 *Venatio rixam parit.*
33 *Piscatio Ecclesiasticis personis indistincte permissa est, non sic venatio.*

34 *Piscatio significationem quandam habet ad prædicationem Euangelicam.*

35 *Piscandi genus duplex.*

36 *Piscatio, ex qua, victus quæritur, est licita.*

37 *Piscatio, quæ fit propter solatium, adhibitis debitis circumstantiis, est licita.*

38 *Piscatio quando reddatur illicita.*

39 *Piscationis, venationis, & aucupij nimius vsus Scholaribus obest.*

40 *De piscinis & vivariis quædam traduntur.*

CAPVT DVODECIMVM.

Quæ sit vtilitas venationis, aucupij & piscationis.

1 ET † quoniam quælibet res ab vtilitate, quam hominibus & Reipub. affert, commendari, vel incommodo, quod ijsdem infert, vituperari solet, libet hoc capite venationis, aucupij & piscationis vsus tanquam licitum & humanæ necessitati & valetudini seruientem laudare & commendare. Nam venationis exercitium non solum vtile est Reipublic. sed etiam valde conducit sanitati conseruandæ. Cyrus Rex Persarum, vt auctor est Xenophon, suos non prius ad prandium siue cœnam ire sinebat, quam sudassent: Itaque in venationem educebat, qua sudor maxime euocatur, damnabat autem otium & desidiam perinde ac rem pestiferam & corporibus valde nociuam. Vnde Plato in *libro 6. de legibus.* monet adolescentes alendis canibus, & reliquæ venationi operam dare, & *libro 7. in fin.* inquit, optimam esse quadrupedum venationem, quæ equis, canibus, corporis viribus agitur. Nam quibuscunque diuinæ curæ est fortitudo, ij quadrupedes omnes cursu, vulneribus, telisque manu propria venando vincere debent: Et paulo post: sacros hos venatores, vbicumque venari velint, nemo prohibeat. Et Cicero *libr. 1. offic.* Suppeditant, inquit, & campus martius, & studia venandi honesta exercitia. *Diogenes, Sygnopæus, teste Laertio,* in eius vita, pueros, quos instruendos habebat, ad venationem educabat. *Heraclytus in Politia Cretensium* scribit: docebat eũ, qui pueris præerat, ex lege eos ad venandum educare debere. Lacedæmonij ex legibus Lycurgi, studia circa venationes per omne tempus agebant, nisi forte militiæ vocarent, *teste Plutarcho,* in vita ipsius *Lycurgi.*

2 Hinc † venatio claris Principibus semper gratissima fuit, & quasi pecu-
3 liaris quædam exercitatio: nec quidem immerito: Speciem † enim non paruam fortitudinis præ se fert, & similitudinem quandam cum re bellica tenet. In ea enim omnia bellica exercentur. Ducem præficit sibi venatio, cuius dicto omnes auscultant, hostem excursoribus prouocat, explo-
ratores in speculis disponit, insidias abdit, apertum Martem simulat, de-
cortis

uortia, quæ ad fugam patent, obseruat, per latus & aruas pedites præmittit, loca plana & aperta equitum alis præcingit, cornuum strepitu progressui receptuique canit, dat signa prædæ ac victoriæ, prædam aduentantem, aut euadentem significat, moueri castra indicat, adeo vt concludendum sit venationem bello ac pugnæ simillimam esse. Nam † in ea diluculo surgere, & equitare, currere, prosilire, atroces feras obseruare, excipere, aciculo petere, æstum frigusque perferre, sæpe etiam famem pati necesse est, ita vt venatores feris congrediendo fiant durriores, robustiores, nec non animo promptiores. De † laudibus venationis præclare scripserũt Xenephon Socraticus, ille Philosophus, qui ob suauitatẽ dicẽdi Musica Attica cognominatus est, quem refert & sequitur *Francisc. Patric. Senens. de regno & Regis institutione, lib. 3. tit. 6. Aristot. lib. 1. Polit. c. 5.* & plures alij, quos recenset *Andr. Tyraquell. in tract. de Nobilit. ca. 6. num. 139.* *Alexander Macedo*, qui ob res, præclare gestas, dictus est *Magnus*, vbi ab acie & armis quies aliqua dabatur, assidua venatione oblectabatur. Nam † Leonem mitræ magnitudinis quasi laborũ Herculis æmulus peremit, & præcipuam venatorum curam semper habuit, & maxime post prandium diem venatu consumpsit, vt scribit Plutarchus in vita ipsius. Mithridates † Rex Ponti, qui cum Romanis sex & quadraginta annis varia fortuna bellum gessit, quam puer admodum patrem imitaretur, vitam non solum noto antidoto tutatus est sed venationis quoque studio. Altero enim venenum, quod sibi quotidie tutores diluebant, euasit. Altero autem insidias. Similabat quidem seminia venationis voluptate teneri, adeo vt reliqua omnia studia contemptui neglectuique haberet. Annos enim circa septem neque vrbis, neque ruris recto vsus est, sed inter syluas quasi errabundus vagabatur, & vt sors ei præbebat occasionem diuersis regionis montibus pernoctabat, ignaris omnibus vbi locorum esset, sic quotidie feras cursu fugare atque insequi consueuit, & cum ferocioribus belua etiam viribus congredi, quibus quidem studijs & prodigionis insidias euasit, & corpus ad omnium laborum tolerantiam obduruit, effecitque, vt animi etiam virtutibus omnes ætatis suæ Reges anteiuerit, & dignitate maiestatique Imperij Priscos quoque omnes adæquauerit, refert *Patric. d. loco.* Vnde venatio maximarum rerum meditationi valde idonea est, testis est Plinius Secundus Iunior *lib. ad Cornel. Tacit.* Pelopedas † Thebanus vir animi & corporis robore præcellens, primam militiæ suæ institutionem a venationis meditatione accepit, vt tradit *Plutarchus in vita illius*, & Viriatus Lusitanus primus ille in Hispania magnus Dux, qui eundi peritia omnibus Imperatoribus ac Ducibus sui temporis, præfatus est, qui Romanos quoque annos circiter decem vario Marte fatigauit, quum pastor esset, militarem disciplinam ex-

sola-

sola venatione didicit, cui quidem diuturnam operam dedit: & a venatoribus Dux factus, quum nulla generis aut maiorum commendatione clarus esset, vniuersum Hispaniæ exercitum magna cum laude diutius diu-
10 xit. Philopœmenes † Achæorum Dux præclarissimus, quoties a bellis otium nactus esset, venationi operam dabat, vt qui opinaretur eam rei militaris Comitem esse, & Regum, Imperatorum, Ducumque palæstrã.
11 Persarum † Reges, quorum maiestas augustior, sanctiorque habebatur, venatione etiam gloriabantur, hoc cernimus ex inscriptione sepulchri Darij, quam eiusmodi fuisse Onesicritus scripsit, vt refert Strabo: Amicus amicis fui, eques & sagittator optimus, venatores omnes superaui: & quæcumque volui, facere potui. Quæ & alia refert *Patric. Senensis de re-*
12 *gno & Regis institutione libro 3. tit. 6.* Pompeius † Magnus, cum Numidiam victor peregraret, venationibus Leonum & Elephantum aliquot
13 diebus operam dedit. Traianus † Imperator venationes frequentes cum amicis & familiaribus exercebat, vt tradit D. Cassius & Hadrianus illius in Imperio successor, venandi studio vsque ad periculum tenebatur, te-
14 ste Spartiano. Antonius † Pius venando se multum oblectauit, vt scri-
15 bit Iulius Capitolinus. Marcus † quoque Antonius Philosophus venationi operam dedit, teste eodem Capitolino. Alexander Seuerus ve-
16 nationi se exercebat, teste Ælio Lampridio, in vita eius. Pulchre † Statius de venatione scribit *libro 2. Achilleidos*, apud quem Achilles venator dicitur.

—— —— —— —— —— Quid nunc tibi prælia dicam.
Syluarum, & vacuos sæuo iam murmure saltus,
Nunquam illæ imbelles ossa per auia Lynces
Sectati, aut timido passune cuspide damas
Sternere, sed tristes turbare cubilibus vrsas,
Fulmineosque sues, & si cubi maxima trigis,
Aut subducta iugis fata spelunca leæna
Ipse sedens vasto facta expectabat ab antro.

Horatius vero lib. 1. Epist. 18. de venatione sic scribit.

Pulmenta laboribus empta
Romanus solenne viris opus vtile famæ,
Vitaque & membris

Et Homerus lib. 5. Iliad. Scamandrium † laudat tanquam bonum venatorem a Diana edoctum. Ex quibus exemplis patet venationem esse peculiare exercitium Regum, Principũ & hominum nobilium. Nam † Principes nulla re magis delectantur & creantur, quam venatione, & nonnunquam ad reprehensionem vsque, & cum periculo venatu inuigilant, syluasque fatigant, adeoque nihil somniant, quam venationem, quod il-

lustre

fulcire illud & sanctissimo exercitationis complexu, & Homeri Martis elegans pulchrum; ex pectis dilecto.

Venator defessa thoro cum membra reponit,
Mens canum ad silvas, & sua tela refert.

Tanta enim vis est vocis consuetudinis & vitæ exercitationis, quam agimus, vt eam sæpissime sumamus. Hinc est, quod pistator fere somniet maria, lacus, flumina, retia, pisces, venator, montes, feras, quæ sequi, miles tubarum sonitus, tragœdus armorum, vulnera, sanguinem, cædes. Lepide quidam apud Theocritum pistator, o mihi, inquit, cano panes somniat, & ego pisces, vt dicit Homerus. *Et ver. 66. de ulysse ait: somnus ejus fuit.*

Hinc etiam † venationi est accipium, quæ cum accipitribus exercetur, quod Prisci fœdus aut præsidium ignotum, aut parum agnitum fuit. Etenim Græci scriptores, qui in mentem cum rebus fuerunt vel diligentissimi, vel curiosissimi, hoc egregium exercitium non exercuissent. Quinquam † illorum reperiantur scripta, quibus docent, quo fibilo quove illecta aves alliciantur, quibusq; decipiantur dolis & quibus retibus irretiantur, quo etiam modo arcu conciniantur, quæ lenimina spargantur, quo gilla, plagæ, & reticula oblaqueentur. Accipitres † cum accipitribus exercetur, *vt etiam a Thracibus majorib. exercitium, & ab Indis.* Hæc † exercendi genera omnia in modum exercentur Regum, Principes, Nobiles & ingenui quique. Habet † enim hoc a diffusile species à disciplina militari, disponit nempe, inuenem Comitatum, aquicum quasi dat adjicit, fodalatores cum fagacissimis canibus, quasi milites leuis armaturæ præmittit, qui aues terrore excitens, & ad volandum compellant, speculatores in montium verticibus statuit, qui volatum observent. Adsunt suo ordine, qui clara sinistra manu accipitres ferant, adversusq; volantes illos attollant, & eos dimittant. Alij super eorum è terra volitarem, quam primum reperiunt. Alij per aperta volantem innadant. Alij in sublime se offerentes, deinde singuli vocati, fibuloq; allecti ad notam propriam hinc illinc tenant, redeant. *Pierius l. 11. c. 7. & Nat. com.* Accipitrum describit. Cæterum † pilcatio, cum & honestum & utile exercitium, & non solum laicis, sed etiam clericis nec non religiosis licitum, vt docui supr. *1. part. c. 22. 23. & 46.* & pluribus in locis plurimum adiuuat tenuem atque inopem turbam. Hæc † vis mirabilis efficit, eo *quod pisces vi electricitatis, & corporis tactilis vnius aegroti præcipue* (quod Homeri quoq; testimonio probari potest, qui bellatores tres, qui tarta hominum talia habebant, nauigare pisci gustare dicit, & bellis pontinos pisces lethales, cyphagos per virtutem appellat, quasi no-

belles & effœminatos? tum quod piscator algens nudus atque inops semper videatur, vt inquit *Patric. d. lib. 7. tit. 12.*

25 Et † licet venatio sit exercitium & oblectatio & virile, est tamen venatio minus decora, minusq; grauis ipsa piscatione. Quamnam, quod hæc indistincte clericis sit licita, cum illa quid enim turpius, quam clericum huc illucq; pedibus cursitantem, aut equo vel curru sidere, vnde venatio tantum hominibus sæcularibus, & præsertim nobilibus conuenit, cum in ea bellicæ meditatio, & quasi bellica quædam exercitatio? Hinc fiunt clericis prohibentur pugnare in bello & præliis, *cap. clerici. & capitulum seq. 23. q. 8. & per totum qui, & ibi Abbas & glos. vlt. Panormitan. in cap. multa. de voto.* ita eis prohibita est venatio non solum propter pericula homicidij, mortis, aut vulnerum, quæ solent ex simili venandi modo contingere, vt docet experientia, sed etiam propter honestatem, *l. quoniam longa. dist. item vt in agris. & ibi Corn. de stat. Monachor. lib. 1. & per tot. tit. de vit. & hon. cler.* vbi Dd. Vnde venatio magis sit periculum vitæ hominis,
26 quam piscatio. Deinde † venator caret exemplo Sanctorum, *cap. quæ-*
27 *rendum. dist.* Etiam † venatorem, quo piscatorem sancta patrum antiquitas? Nunquam inuenimus in scripturis sanctis, sanctum aliquem venatorem, piscatores inuenimus sanctos, cum piscatio ipsos habeat Apostolos ante & post resurrectionem, imo Christum ipsum approbantem & iubentem retia laxari, ac de piscatione comedentem, *Luca & Ioan. cap. vlt.* Tertio † venatio sit cum magno sumptu, quo edunt bestiæ, quod Christi pauperes alere deberes, contra illud Euangelij, non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. Quarto † carnes ferinæ luxuriam fouent, &
29 magis excitant, quod non faciunt pisces, ideo tempore iuniij illi
30 prohibentur, hi permittuntur. Quinto † persæpe ferus est magis appetitus & luxuriæ, quam rationis vel necessitatis, vnde venator propter delectationem, qua detentus est, non potest interim de diuinis cogitare. *glos. d. c. Esau.* Sexto † plerunq; à venatoribus infertur damnum prædijs, agris, aut saltis alienis, quod non fit in piscatione, aut saltem raro.
32 Septimo, † venatio rixam parit inter venatores & dominos agrorum prohibentes ingressum eorum. Denique † piscatio Ecclesiasticis personis indistincte permissa est tanquam iucundior & spectaculum minus cruentum, quam sit venatio. *cap. 1. & 2. de cler. venat. & ca. 2. ne cler. vel mona. h. c. 1. & 2. 34. dist.* Quia enim ferocitas est in venationis, eo videtur magis ab humanitate esse alienum. *l. diuersa spectacula. C. de spectac. lib. 11. Xenophon in Cyripæd.* minusq; Ecclesiasticis conuenire per-
34 sonis, *d. c. Esau.* Et † præterea piscatio abundat exemplis Sanctorum, & quandam significationem habet ad prædicationem Euangelicam, ideo

libea

libet aliquanto plenius hoc loco in piscationis materiam discurrere. Sciendum igitur, duplex esse genus piscandi. Quoddam † cuius genus 35
piscandi fit retibus, quoddam hamo, *gl. Archid. Turrecrem. & Ioannes, c. est aliud, 24. q. 1. de retibus dicitur, c. non turbatur, 24. q. 3. vbi dicitur.* Non turbatur nauis, quæ Petrum habet, turbatur illa, quæ Iudam, etsi multa illic discipulorū merita nauigabant, tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. In vtraq; Petrus, sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis, cauendus igitur perfidum, cauendus proditorem, ne per vnū fluctuemus plurimi. Ergo nō turbatur hæc nauis, in qua prouidentia nauigat, absit perfidia, fides superat, quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is, in quo firmamentum Ecclesiæ est? Illic ergo turbatio, vbi modica fides, ibi securitas, vbi perfecta dilectio. Denig; & si alijs imperatur, vt laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur: duc in altum *(Lucæ 5.)* hoc est in profundum disputationum, quid enim tam altum, quam altitudinem diuitiarū videre, id est, scire Dei filium, & ipsam professionē diuinæ generationis assumere, quam licet mens nequeat humana plenæ rationis inuestigatione cōprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur, *ita c. non turbatur.* De altero vero genere piscandi dicitur. *c. est aliud, cad. caus. & q. hu verbo.* Et alio Apostolorum piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari Dominus iubet, dicens, mitte hamum, & cum piscem, qui primus ascenderit, tolle hactenus, *c. est aliud.* Et hoc genere piscandi solus Petrus iussus est à Domino vti, ad finem soluendi tributum. Vnde dixit *Matth. 17. cap.* vade ad mare, & mitte hamum, & cum piscem, quem primo apprehenderis, tolle, & aperto ore eius, inuenies staterem, illum sumens, da eis pro me & te, qui iam Petrum fecerat Capitaneum super alios Apostolos, soli enim Capitanei soluebant tributum. Vnde *Augustinus lib. q. N.T. ait.* Saluator noster cum pro se & Petro dari iubet, pro omnibus soluisse videtur, quia sicut in Saluatore erant omnes causæ magisterij, ita etiam post Saluatorem, omnes in Petro continentur, ipsum n. constituit caput eorum, vt pastor esset gregis Dominici, *Turrecr. d. c. est aliud,* dicens, *gloss. ibid.* intelligere per hamum iurisdictionē, quam ipse præ alijs habuit in vniuersum orbem. Vnde vocatus est in plenitudinem potestatis. Vtroq; igitur genere piscatus est Petrus, primo genere piscādi piscati sunt & alij discipuli. Primum genus piscandi, quod fit in rete, inquisitionem denotat diuinæ sapientiæ & scientiæ: Sapientiæ, quantū ad diuinitatem Christi, & scientiæ, quantum ad humanitatem eiusdem. Secundum piscandi, qui fit in hamo, ligandi, atq; soluendi potestatem insinuat. Petrus autem omniū Sacerdotum figuram tenebat: rete ergo Petrus & alij piscantur,

quia non solum Sacerdotes, sed & alij prudentes viri, de ministerio sapientiæ & scientiæ Dei scrutantur. Soli Petro concedimur piscari in hamo, quoniam solummodo Sacerdotes habent potestatem ligandi atq; soluendi; ratio namque cum perplexis filis intexta, verborum diuinorum perplexitatem insinuant, quibus de interioribus Christi Sacramentis disputatur. In hamo vero linea, vbi velut ferrum coniungitur: ferrea id est, inconuincibilia Ecclesiæ vincula, designantur, vel secundum aliam mysterij cõsiderationem, putari etiam potest soli Petro, vtrumque genus piscandi esse concessum, quippe, & si cæteri discipuli piscentur, iperfaliter tamen de Petro fit mentio, cum ei soli dicitur, duc in altum rete, in primo genere piscandi signatur ventilatio rationis fidei: In secundo causa depositionis Episcopi. Episcopus enim præeminens in sua Diœcesi, est quasi piscis, primo ascendens de mari, quia solo hamo Petri capitur, quando soli Apostolo Episcoporũ causa criminalis terminanda committitur, *cap. quoniam 3. quæst. 6.* Similiter quando ratio fidei ventilatur, ad Sedem Romanam defertur. Hæc *Archid. Ioan. Andr. Host. Panor. in cap. 1.*

36 hinc † piscatio fit hac propter necessitatem, sicuti faciunt illi, qui ex illa victum quærunt, est licita *S. Greg. super Ioan. 21.* vbi legitur Apostoli post Christi resurrectionem redijsse ad opus piscationis, cum Matthæus post conuersionem ad opus telonei non resederit. Denique † etiam licita est piscatio, si fiat propter solarium adhibitis debitis circumstantijs. Si † tamen fiat deficiente aliqua

37 38 debitarum circumstantiarum, est illicita, & peccatum veniale, vel mortale, secundum distinctionem, quam de venatione posuimus. *Turrecrem. disq. per interrogationes, nu. 6. distinct. 86. Chassan. in catalogo de gloria mundi, part. 12. consid. 21.* Et † quanquam piscationis, venationis & aucupij vsus humanæ necessitati perutilis sit, studiosis tamen adolescentibus, qui literarum studijs incumbunt, nimius vsus obest iuxta illud tritum.

Per pisces & aues multi periere scholares.

40 Fuerunt † etiam qui habuerunt piscinas celebres. Sergius Ostrearum viuaria primus omnium habuit. Licinius Murena reliquorũ piscium viuaria primus instituit. Lucullus ad piscium receptacula montem excidit iuxta Neapolim. Varro scribit Marcum Catonem Vticensem, cum hæres testamento Luculli, seu Luculli esset, pisces de piscina eius quadraginta millibus vendidisse. Murenarum viuaria C. Hirtius excogitauit, qui cœnis triumphalibus Dictatoris Cæsaris sex millia murenarum mutua appendit & dedit in pondus. Vedius Pollio immanissimus, cum piscinas magno studio coleret, volebat seruos occidere, eosq; piscibus vorandos præbere, vt hominũ cruore pasti, delicatiores

essent,

essent, curauit & piscinas. Hortensius Orator murenam adeo dilexit, vt mortuam multos dies abstractus fleuerit. Antonia Drusi murenæ, quam diligebat in aures, hoc est ornamentum ex aure dependens, addidit. *Chassan. in catalog. gl. glor. mundi, part. 12. consid. 17.*

Hæc sunt candide Lector, quæ in materiam iuris venandi, aucupandi & piscandi commentari volui, quæ pro tua in me beneuolentia & humanitate boni consules, etenim tui commodi gratia hæc typis mandaui, quod si te benignum lucubrationum mearum æstimatorem intellexero, aspirante Deo, hunc tractatum auctiorem castigatioremque aliquando in lucem edam. Et si quid interim vel mea festinatione, (cum enim in colligendo hoc tractatu operam meam ponerem, ab Illustribus, Generosis, Nobilibus Strenuis & Clarissimis Dominis, D. Præsidente & Consiliarijs Regiminis & Cameræ superiorum, Austriæ, Prouinciarum, Oeniponti commorantibus, Dominis meis clementibus, benignis, perpetua fide & obseruantia colendissimis nomine sacræ Cæsareæ Maiestatis ad administrationem Præfecturæ vtriusq; Domini Brigantini & Hocheneconsis vocatus fui) vel operarum incuria emendandum exciderit, tu id temporis brenitati, qua intercluſus fui, adscribes, non etiam ignauiæ communi Typographicæ sortis, pro tua humanitate condonabis, cum & hos prudentissimos & vigilantissimos non raro euenire soleat. Vnum tamen volo tibi plane persuadeas, me hoc in tractatu in nullius vel fauorem, vel odium quicquam scripsisse, atq; ita me nulli adulatum fuisse, nec quenquam acerbe perstrinxisse, sed me tractasse materiam iuris venandi, aucupandi & piscandi pro vtroque foro, tam interiori (quod conscientiæ appellant) quam exteriori (quod contentiosum vocant.) His igitur pro tuo libitu libere vtere, fruere, donec Deo adiutore meliora aliquando in tuum vsum proferam, & mei apud Deum subinde in tuis precibus recordare.

HVIVS TRACTATVS FINIS.

IVRIDICA

ELEGANS DISPVTATIO DE IVRE VENANDI, AVCVPANDI, ET PISCANDI,

INSCRIPTA SERENISSIMO PRINCIPI ac Domino, Domino Maximiliano, Comiti Palatino Rheni, vtriusque Bauariæ Duci, &c. & publice proposita, in celeberrima Ingolstadiana Academia,

PRÆSIDE,

NOBILI, CLARISSIMO, ET Consultiss. viro Dn. Hieronymo Arnoldo Rathio, J.V. Doctore, & ibidem Professore ordinario.

RESPONDENTE,

IOANNE GEORGIO HAYDENPVECHER à KAVFFRINGEN, Nobili Bauaro.

Anno M. DC. V.

DISPVTATIO IVRIDICA.

DE IVRE VENANDI, AVCVPANDI, ET PISCANDI.

Quamuis prima fronte videatur hæc de iure venandi disputatio minoris momenti ex ipso iure petita esse. Quum ex communi fere locorum consuetudine & hominum vsurpatione: atque ideo de eo multum inquirere non nimis operæ ad iurisconsultos pertinere: summa tamen rationis non passim omnes, sed certos tantum, & habiles res sibi satis Venationem sumere, satis ex sequentibus intelligetur. Et hanc quidem rem quanti referat bene discutere, satis etiam nic cuiuis, ex infinitis controuersijs, quæ inter Principes, ut alias, vtrasque quotidie enascuntur est videre.

THESIS PRIMA.

QVAMVIS vtroq; iure cum Gentium, tum Ciuili multi ac varij modi sint inuenti, quibus rerum dominia acquirantur, inter illos tamen facile antiquissimus ac latissime patens habetur, occupatio earum rerum, quæ nullius sunt, §. *singulorum instit. de rerum diuis. & ibidem Doctores.*

II. Complectitur vero occupatio hæc præter aliam etiam Venationem, Aucupium & Piscationem: de quibus nos hic agemus. Et hoc quidem ordine, vt primo de Venationibus eo genere, deinde de singulis earum speciebus tractemus. *Videatur, §. summa seqq. instit. de re. diuis. & ibidem Doctores.*

III. Licet vero Venationum tres species soleant recenseri: Oppressiua, Arenaria, & Saltuosa siue Syluatica, nos tamen de hac tantum posteriore, quæ propriæ venationis vocabulo continetur, hic agere consueuimus. *Videantur glos. Ord. & Canonistæ ad c. vidua, c. quid prodest, dist. 86. Sebastianus Medices in tract. de Venatione, part. 1. q. 3. num. 1. & seqq. Hieronymus Schurpius, consil. 1. initio centur. 3.*

IV. Est ergo hæc venatio libera facultas occupandarum ferarum animantium, in nullius dominio existentium, iure naturali, gentium & ciuili hominibus concessa, *c. 1. Genes. d. 1. §. 1. quia in litteris, ff. de acquir. rerum dom. Lyncus. C. de Venat. ferar. lib. XI. Iun pecudum. ff. de vsur. Conarruuias part. 2. relect. ad c. peccatum, de Regulis Iuris, §. 8. num. 1. Item, Franciscus Zoannet. de duplici Venat. nu. 21.*

V. Et hinc omnia animalia quæ mari, cœlo & terra nascuntur, simul atq; ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt, *l. ult. d. Iur. nat. Ibid.*

VI. Quod tamen non obtinet in animalibus manfuetis natura, vel feris quidem, sed arte cicuratis, vel alias dominio alicuius per occupationem,

nem, aut inclusum in cubiculis: hæc enim si quis alius inveniendi animo accyperit, neq; domino restituere voluerit, furti, quod exhibendum actione huic tenebitur. *Iul. Clarus in §. furti. d. l. 3. §. 1. d. l. 8. vers similibus, ff. ad exhibend. vid. Anton. Faber in ff. de acquir. rer. dom.*

VII. Ferarum autem Venatio adeo libera est, vt prohibi nemo queat, siue quis in suo, siue in alieno, siue priuato, siue publico loco eas aggrediatur. Fundum tamen alienum Venandi gratia ingressurus, rogare debet eius, cuius fundi dominus, si id præsciverit, ne ingrediatur, prohibere potest. *l. 5. ff. de, & d. l. 8. ff. de acquir. rer. dom.*

VIII. Cuius prohibitione neglecta, si quis nihilominus ingrediatur, iniuriarum actione obnoxius illi tenebitur. Sic tamen capta ferarum, non obstante prohibitione, nihilominus suam faciunt. *Instit. de rer. div. §. 12. vel. Faber ad §. ferae. d. l. 3. §. plane, & sic glossa ad l. Omnes. ff. de furtis. vulgo recepta.*

IX. In locis vero publicis hoc amplius obtinet, quod nec prohiberi quis potest, quominus illuc ingrediatur, nec ibi venatui prohibitus quoque ferarum aucupiis venandis prohibitum committat. Nisi post latam prohibitionem ordinet tale aliquod ne loci incolæ patiantur, vt sibi soli ibi venari liceat. *d. l. Imperatores, l. 2. §. si quis. ff. ne quid in loc. publ. l. si quis quam, ff. de iniur. & ibi Paul. præscript. adducitur Wesembecius in Paratit. ff. h. t. de rerum div.*

X. Et hæc quidem circa facultatem vbinis Venandi olim ita constituta fuere: postea vero Principum constitutionibus ea paulatim immutata sunt. Quemadmodum hodie recepta & inueterata Germaniæ consuetudine circa eadem obtineat.

XI. Atq; primum Imperatoris Friderici constitutione interdictum fuit hominibus priuatis, præsertim rusticis, ne in publicis locis atque fluuiis retia, laqueos, & alia instrumenta tendant, nisi ad lupos, vrsos, & similes noxias bestias. *t. 1. §. si quis tuffeas arma, vel venatoria. T. de pace tenend. & ibi vulgo. Faber. & ibi Mynsing. & alij.*

XII. Postquam vero Principes ius Venandi sibi soli sumere, atque alijs Venationem interdicere, vel quia Principes fuere, vel quia id longa consuetudine ita introduxerant, vel quia nostro seculo communi omnium, communique apud Dd. nostros est acceptum, & quotidie fere videmus. *Faber. Wesembec. d. l. & accipiendo rer. dom. Cuias. ad l. 3. ff. de acquir. rer. dom. Gail. de pace publ. & quiet. tenend. lib. 1. & sequ. D. Reinh. Lubmann Præceptor meus observandus, lib. 1. controuers. 1. loco controuersiæ Crotonis par. 4. consil. 64. & per totum par. 5. consil. de Aper. & capion. num. 11. Schoppius in tract. 3. verbi. Venatio. & alij quos infra citabo.*

XIII. Quin

XIII. Quin & illud licuisse Principibus defendemus, vt subditis non hoc tantum interdicerent, ne in publicis locis venarentur, sed etiam ne quis in suis priuatis. Atq; illud cum iustitia non pugnare. *Pereaquæ tradit Couar. d. loco n. 12. Zoannetus, d. loco n. 51. & seqq.*

XIV. Et hoc ius Venandi ita subditis ademptum, tam in priuatis, quam publicis locis, postea singulari Imperatorum priuilegio in inuestituris feudorum, recte Imperii Electoribus, Ducibus, Comitibus, aliisq; Nobilioribus conceditur, *facit, l. seruitutes, 14. §. publico, ff. de seruit. l. 2. initio, §. si quis a principe, ff. ne quid in loco publico, Zoannetus, d. loco n. 41 & seqq. maxime 70.*

XV. Vtrum vero & inferiores a Summo Principe, qui tamen ab eo omnem iurisdictionem per inuestituram acceperint, idem subditis prohibere valeant, valde controuertitur. Nos eos putamus posse ad tempus, & ex iusta causa. *Per ea quæ docet Couar. d. loco n. 2. Sebast. Medices part. 1. q. 5. D. Fachinæus d. loco.*

XVI. Immo dicimus etiam hos idem posse in perpetuum, si illud iuris habuerint a summo Principe, vel tacitus, vel expressus consensus subditorum interuenerit, vel legitimæ præscripserint. *Idem Couarr. d. loco ex Cardin. Hostie. s. atq; aliorum sententia, quos ibi citat Birsfeld. tract. suo, de Iniur. & damnat. q. 18. conclus. 10.*

XVII. Etsi tantum Principes aliis Venationem prohibere posse putamus, vt hoc ius quod habent etiam ex priuilegio possint remunerationis ergo Vasallis, & Nobilibus suis concedere, vt scilicet in certis aliquibus locis soli venentur, ibiq; alios prohibeant. *Argumento, l. venditor ff. communia prædi. l. si quis, ff. & de diuers. tempor. præscript. l. sane si maris, ff. de iniur. & sic, Couar. d. loco, nu. 10 Natta, cons. 522. n. 22. prout eum citat & sequitur Zoannetus, ad l. 2. n. 170. C. de Pact. inter empt. & vend. Medices par. 1. quæst. 28. n. 1. & 2.*

XVIII. An autem & sic minores Vasalli subditis suis Venationem interdicere poterunt? Id negamus, nisi subditi acquiescerent, subsequeretur; præscriptio, vel sic inuestitura quoq; cautum fuisset, *Iacobin. d. S. Georgio in tract. de feud. vers. & cum Venat. Bossius, T. de regalibus, num. 4. vti eos citat, & sequitur Medices, quæst. 7. secunda partis, d. l.*

XIX. Illud valde controuertitur, num ius Venandi sit de regalibus? Vbi licet de consuetudine aliud videatur esse dicendum, iure tamen nostro verius esse existimamus illud, excepta Piscatione in publicis flaminibus, inter regalia non numerari. *Videatur, c. vn. T. quæ sint regalia, lib. 2. in vsibus, Fr. Tractatus de Nobilitate, ca. 37. n. 150. Decius consil. 187. Medices parte 1. q. 27. n. 23.*

XX. Illud autem verius existimamus, Venationem ab Imperatore, per

 inue-

inuestituram Vasallis Principibus, atq; Nobilibus non aliter concessi, quam accessionem ditionum,& seruitutem in fundis subditorum, Iurisdictioni Principum debitam. *Vt docet Zoannetus in sua duplici venatione,n.105.& seqq.*

XXI. Ita tamen ut qui hoc ius vel ex principali rescripto, priuilegio, præscriptione,vel consuetudine habent,teneantur suis subditis, damna, quæ iis venando vel occasione Venationis intulerunt,vel quia feras abigere prohibuerunt compensare, *Toto T. ff. & C. ad l. Aquiliam,& maxime,l. qui occidit,§. in hac ff. eod.9.*

XXII. Quinimo amplius dixerim, quod si ex hac causa, nimia multitudine ferarum subditorum fructus immensum damnum paterentur, quod ob hoc ipsum domini feudi,vasallos feudo possint priuare. *Albericus de Rosate, in l. bene a Zenone, C. de quadriennii præscrip. affl ctus,decis. 265.n.15.& seqq. Zoannetus,d.loco.n.75.*

XXIII. Quo tamen casu oportet prius Vasallum a domino aliquoties fuisse admonitum:alias feudo eiici non posset. *C.1.§.publici latrones, vbi Bald.& Alvarot. T. de pace tenend. Cantiuncula de Feud.par.6.n.11. Zoannetus, d.loco,n.77. vbi dicit sesta de facto consuluisse.*

XXIV. Controuersia vero magna inter Dd. est; vtrum ius Venationis instar realis,vel personalis seruitutis se habeat? Et nos quidem eam inter reales potius,quã personales debere numerari existimamus, & plerũque a subiecto territorio adiunctæ iurisdictioni deberi. *Ita Zasius,singular. intellect.c.XI.& in §. aq. Inst. de action.n.24.cum seqq. Zoannetus, d.loco n.115. Gerl.lib.2.tit.66.n.1.& seqq.*

XXV. Dicitur plerumq;, non enim semper ius Venandi territorio, vel iurisdictioni cohæret: nec ideo sequitur vno concessio,alterum quoque concessum videri. *Faber, l.1.§.plane ff. de vi & vi armat. l. obligationum fere. §. placent. ff. de Obligat. & action. & ea qua tradit Baldus & Iason, in l.1. C. de iure Emphyteut.*

XXVI. Et hinc pro diuersitate actuum dicimus aliquando ius Venandi venire tacite in consequentiam, aliquando vero non.

XXVII. Vt vendito castro,vel vniuersitate cum omnibus iuribus & pertinentiis,etiam locis syluestribus, vbi plurimæ sint ferę, licet nihil dictũ sit de iure venandi, transit tamen illud vna cum reliquis. *Faber, l. quoties. ff. de action. empt. Bald.& Iason. d. loco, Ludolphus Schraderus,tract feud. part.3.c.4.n.48.cum seqq.*

XXVIII. Contra vero si quis inuestitus sit de aliquo castro cũ omnimoda iurisdictione, talis non censetur simul etiã accepisse ius Venandi, nisi expresse de eo dictum fuerit. *Ita Bart. Castrens. Iason ad Imper. ff. de iurisdict. omnium iud. pro vt eos refert & sequitur Noe Meurer, in tract. suo de iure Foresti.par.2.c.18.& sic quoq; Schrad. d. loco n.47.*

XXIX.

XXIX. Quemadmodum vero separatum quid a iurisdictione est Venatio, ita quoq; in ipso iure venãdi notandũ est quædã esse separata, nec ideo vno genere venandi concesso, censeri quoq; statim concessum alterũ. *Vt videre est ex generali locorum consuetudine, & tam d. Dd.*

XXX. Et hinc illa quæstio etiam deciditur, non eo ipso quod quis vnũ, vel alterum venationis actum exercuerit, posse statim alios omnes qui sub nomine Foresti, vel Venationis comprehenduntur, exercere. *Facit, l. maritus, 1. C. de donat. inter vir. & vxor. l. Papin. ff. de minor. & cum alijs quos citat Andr. Geyl. lib. singul. de piguor. obser. 24. n. 3. 4. & seqq.*

XXXI. Et illud disputant, Dd. an generali facta concessione Venationum in aliquo loco, veniat quoq; facultas feras venandi nobiliores, vulgo *Hohes Wildt?* Vbi existimamus eas ex communi loquendi consuetudine non venire, nisi expresse dictum fuerit. *Argumento, l. 1. ff. de off. eius demand. est iurisdict. & sic quoq; Schraderus, supra d. loco n. 47.*

XXXII. Ex his patet Principes & Nobiles in publicis priuatisque locis venationes iamdudum aduersus suos subditos consuetudine & præscriptione acquisiuisse: Atq; ido hoc nomine eos plane securos reddi. *Facit, l. si quis diuturno initio, ff. si seruit. vendic. l. 34. ductus aquæ ff. de aq. quotid. l. fi. ff. de aq. plu. arcen.*

XXXIII. Neq; præscriptione tantum hoc ius venãdi acquiri potest, sed & feudi nomine, emptione, donatione, pupillatione, testamento, & aliis similibus modis. *Argumento, § fi. instit. de seruit. prædior. l. Si partem, § 1. ff. quemadmod. seruit. amit.*

XXXIV. Si vero in feudum datum sit, tunc recte probabitur ex ipsis literis inuestituræ aliisq; instrumentis, viuis quoq; testibus. *Per l. 3. l. vbi. ff. de testib. l. vlt. C. de probat. & t. t. ff. & C. de fide instrum. & de test.*

XXXV. Quemadmodum & præscriptio potissimum probatur viuis testibus, de actibus possessoriis deponentibus, Quod scilicet in alieno saltu sciente & non contradicente domino per legitima temporum spacia quis venatus fuerit. *Facit, l. 2. C. de seruit. & aq. l. 1. in fin. ff. de seruit. rustic. præd. si ego, § 1. ff. de Publicana.*

XXXVI. Testes autem melius est adhibere seniores qui dicere possint, ita se semper vidisse, & ex maioribus suis audiuisse, nec ab vllo vnquam fuisse, ante completam præscriptionẽ, impeditum. *Facit l. si chorus, ibi rustecum semen dicentem, ff. de leg. 3. & sic Andr. Geyl. lib. 2. obs. 66. n. 7. & 8.*

XXXVII. Probãt quoq; testes, singulares, modo tamen in vnum finem conueniant, vnus scilicet de vno actu venandi deponente, alio de alio: alias si quidem testes singulares nihil probant. *Facit, l. qui sententiam, C. de pœnis, c. licet causam, 1. vers. quanque Ext. de Elect. & late Andr. Geyl. d. loco num. 10.*

XXXVIII. In constituta vero venandi facultate si quis turbetur, vel ea vti prohibeatur, is contra turbantem, vel impedientem interdicto vti possidetis, vel confessoria actione experiundi potestatem habet. *Facit, l. vn. C. vti possidet, l. sicut autem. §. Aristoteles, ff si seruit. vendic. l. 2. §. final. de aqui. plu. arcen. l. fina. ff. de seruit. Dd. communiter, in §. atque instituta de Action.*

XXXIX. Reus itaque victus refusis damnis actori ex turbatione illatis sufficienti præstita cautione eundem securum reddere debet, neque se, neque successores suos eum deinceps in venatione impediturum. *Sic And. Geyl. sup. d. l. n. 13. & facit, l. egnatius ff si seruit. vindic. l. si. ff. de seruit.*

XL. Quod circa damni æstimationem partes non conſentiant, nec cõuenire possint, Iudex Actori iuramentum defert, vt scilicet iuret quantũ damni acceperit, vel rerum suarum deterioratum fuerit. *Argumento, l. 3. C. de fide credit. & l. admonendi cum similib. ff de iurei.*

XLI. Quemadmodum vero diximus supra, Principes subditis suis Venationem posse prohibere, ita quoq; & multo magis potestatem venandi pollutis illingere: vt scilicet non nisi hac, vel illa feria hoc illo tempore, vel instrumento alii capere possint, *Dd. in supra, d. c. nemo retia, de Pace tenenda, Couar. sup. d. l. n. 3 Medices, q. 10. par. 1. Schneid. in comment. instit. ad §. fera, T. de rer. diuis. & ibid. alii.*

XLII. Et hinc videmus solere aliquando prohiberi certorum animalium Venationem, quando nimirum ea circa partum sunt, oua ponunt, aut partum editum nutriunt. Similiter passim fere prohibent, ne quis venetur tempore pluuium, aut quadrigesimæ, certis escis, aut instrumentis quibus multa simul percãt, *Dd. ium d. locis. Et ratio est, vt ea animalia melius in suo genere conseruentur, cuius non tam singulorum, quam totius vniuersi interest.*

XLIII. Non tamen hanc amplam Principum aliorumq; venandi potestatem ita accipere debemus, quasi & aliis quibus, vel ab illis ipsis, vel aliunde venandi facultas concessa fuit, vel alias iure competit, præiudicare amplius queant. Dicimus enim eos nec hoc posse, nec etiam in dubio censeri velle. *Facit, l. 2 ff ne quid in loc. publico, l. si quid nostrum ff de reg. iur. l. meminerint, C. unde vi, l. digna vox, C. de legib. videantur, Panor. ad c. quæ in Eccl. sarum, ex. de const. Cuno alii quos citat Gabriel. Conclu. 1. de iur. quasi non tollendo circa initium.*

XLIV. Quod venandi ante dictum est in alieno fundo, si non fuerit interdictum, venari licere cum canibus, auibus, &c. non eo debent extendi vt quoque retia, laqueos, vel similia instrumenta ad instituendam Venationem in alieno solo quis possit tendere, *c. 1. §. nemo retia, T. de pace tenenda, si fundum, C. de rei vindic. per agrum, C. de seruit. & aq.*

XLV. Du-

XLV. Dubitatur quoque, an fundum alienum ingrediens, non obstante prohibitione, tamē feram quam ibi cepit suam faciat? Et hic Dd. communiter sic distinguunt, vt si ingressus fundum sit, cuius fructus totus in venatione fuerit, feram suam non faciat, sed ad eius restitutionem teneatur. In alijs vero fundis, feram quidem suam faciat, sed tamen actione iniuriarum teneatur, quia ingressus fuerit. *Videatur glos. in l. Diuus. ff. de seruit. rustic. prad. l. 3 ff. de acquir. rer. dom. §. fera, Instit. de rer. diuis. §. venationem. ff. de vsur. Et sic Florentinus, quem citat Capolla de seruit. rust. prad. c. 21. n. 2. Et latius dictum supra.*

XLVI. Quod vero damnum quis alterius frugibus, vel fundo sua venatione intulerit, illud indistincte semper domino fundi resundendum est, siue eum ingredi prohibuerit, siue non. *Facit, l. nam hoc natura, ff. de condict. indebit. cum aliis vulgaribus, videatur Couar. supra, d. l. n 11. & gl. in d. l. Diuus. Et quoq; insinuatum supra.*

XLVII. Vbi etiam ratio habetur eorum animalium, quæ secundum tempus & locum certa imminebant, vt scilicet si ea extraneus quis non cepisset, dominus fundi ipse ea certo sua facturus fuisset. *Ita Sebastian. Medices. parte 1. quæst. 18. & 19. argumento, l. ait Lex, in fin. cum l. seq ff. ad l. Aquil.*

XLVIII. Alias vero interesse, siue luctuum cessans venationis, piscationis & aucupij, peti non potest, cum incertum sit, & multa accidere possint quo minus capiatur, imo nec certo probari possit. *Per l. quemadmodum, §. plane ff. ad l. Aquil. & sic Medices, d. q. 18.*

XLVIX. Amplius quæritur, an venatores fera animalia contra iustam prohibitionem capta, adeo sua faciant, vt nec in foro conscientiæ ea restituere teneantur? Et verior rem esse existimamus opinionem eorum, qui affirmant etiam in foro conscientiæ eos securos reddi. *Videatur Couarr. d. l. n. 2. 3. 5. 9. vbi etiam alios plures citat huius sententiæ auctores.*

L. Quod tamen sic intelligēdum est, nisi Lex, vel Princeps in pœnam, aut aliam ob causam, etiam feratum acquisitionem impediat: tunc quidem etiam in foro conscientiæ animal ita captum venire restituendum, neque fieret capientis. *Sic Couar. supra, d. l. num. 10. vers. verum quo R. P. Gregorius de Valentia, tom. 3. disput. 5. quæst. 6. de restit. punto 5. vers. secundus casus.*

LI. Imo & hoc casu in foro exteriori dominij translatio impedietur, quique talia animalia cepit, etiam in hoc foro ea restituere debebit. *Iaannes Faber, & alij in d. §. fera, Instit. de rer. diuis. Potest siquidem non minus Princeps, quam lex ipsa dominij translationem impedire, vt videre est, l. vlt. C. de reb. alien. non alienan. auth. res quæ, com. de legat.*

LII. Et hinc quoque sequitur, eum qui contra prohibitionem simpli-

cem venationis, in alterius fundo venatus est, eum illud ipsum sum faciat, non posse ab aliquo dum id rursus restituat, in eo fundo retineri. *Per d.l.3.§.plane, ff.de acquir.rer.dom. Auth.vt nulli iudic.§.quia vero, collat.9. Capel.de seruit.rust prad.c.21.n.3.*

IV. Vnde præterea efficitur, si quis etiam contra pœnam statuto comprehensam venatus fuerit, eum quidem ad dictam pœnam præstandam teneri, non tamen ad restituendam feram captam. Nisi venatio in fructu eius loci fuerit, vel prohibita etiam feræ acquisitio. *Sic Ioannes Medina q. 12.de restit.vers.est tamen dubitatio. Prout eum citat Medicis q.7.part.1. Et d.supra.*

LIV. Ardua quoque apud Dd. nostros illa quæstio est, quæ pœna Principes eos punire possint, qui contra edicta sua venationibus operá dant? Verius autem nobis videtur eos ex prima venatione morte, vel membri mutilatione mulctandos non esse, sed vel pœna carceris, vel pecuniaria tantum, aut simili. *Sic D. Fachinæus in suis controuers.c.1.vbi multos in hanc rem Dd.citat, vt Sotum, Nauarrum, Alphonsum de Castro, &c.*

LV. Venantibus vero contra Principum edicta non iniuste tantum, sed iterum & sæpius, non tantum dictæ pœnæ infligi possunt, sed & relegationis, imo & corporalis: Si ita facti & personarum qualitas requirat. *Per l.3.C.de Episcop.Audien.l.capitalium, § solant ff.de pœnis, l.3. vers.si plures, ff.de re militari.*

LVI. Quod si vero quis pluries contra Principis edicta venerit, adeo quidem, vt eum quoque videatur contemnere, & incorrigibilis factus esse, talem etiam pœna capitali aliquando plecti posse putamus. *Per l.1.C de super. Exactoribus, lib.X. in verbis capitalis periculo, & sic D. Fachinæus, d.loco. Atque hoc faciunt ea, quæ tradit Prosper Ferinacius criminal. præt. lib.1. q.22.n.2.*

LVII. Vt autem sæpius delinquens grauius quoque hoc nomine puniri possit, id verum esse existimamus, siue is antea sæpius punitus fuerit, siue nunquam. *Per ea quæ tradit Gomezius tom.3.Tit. de furto, numero 9. & sequent. & Farinacius d.loco, quos etiam citat Fachinæus loco supra citato.*

LVIII. Colophonem venationi in genere imponat Nobilis illæ quæstio, quanto nimirum tempore ius venandi præscribi possit? Et recepta distinctione continuitatis & discontinuitatis, decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes illud præscribi iuris esse dicimus. *Per l.foramen, ff.de seruit.vrb.prad.l.fin.C.de præscript.long.temp.l.2.C.de seruit.late Wesenb.in Paratit.ff.de seruit.*

DE VE-

DE VENATIONE IN SPECIE.

LIX.

VEnatio in specie recte definitur ius persequendi feras terrestres, atque id genus quadrupedum. Quod quam olim late patuerit, & quam hodie restrictum sit, iam satis ex superioribus patet.

LX. Quamtumuis autem Principibus Nobilibusque viris, & hæc venatio nostris moribus sit acquisita, ita tamen eos venari oportet, vt quam minimum subditis & pauperibus damnum inferant, eorum segetes & vineas non poterant. Quod si contra fecerint, præstare ijs damnum illatum tenentur, etiam sub pœna peccati. *Facit l. item Mela, §. item cum eo. ff. ad l. Aquil. l. qui vulgo. ff. de Ædilit. edict. & sic Couar. supra d. l. num. 11. & dictum supra.*

LXI. Et huc quoque illud spectat, vt nec illorum canes ad venationem educti, alienis auibus & animalibus noceant: vel etiam feræ bestiæ subditorum fruges, vel agros deuastent. *Facit l. 2. ff. si quadrup. pauper, & t. T. ff. & C. ad l. Aquil.*

LXII. Vnde & subditis aduersus feras sepimenta facere licebit, modo in locis vsitatis id faciant, & cum debito interuallo & altitudine: non vero fraudulenter, vt feræ ijs impingendo, & sic capiantur. *Per l. finalem, & ibi Dd. ff. si num. regnud. l. ergo in fin. ff. de seruit. rust. prad. l. si re mandata, C. mandat. & sic Capol. d. c. 21. in fine.*

LXIII. Quod autem dictis locis etiam vbi venari licitum est, captum fuerit, eo vsque occupantis manet, donec custodia eius coercetur, vel reuertendi consuetudinem retinet: quam si deseruierit, cuiuis eam postea capienti, rursus acquiretur. *§. fera, Instit. de rer. diuis. l. 3. ff. d. t. de acquir. rer. dom.*

LXIV. Tunc vero dicitur fera nostram custodiam excessisse, & naturalem libertatem recepisse, cum vel oculos nostros penitus e fugerit, vel in conspectu quidem nostro adhuc versetur, sed ita, vt eius persequendi facultas videatur esse adempta. *L. 5. ff. de acquir. rer. dom.*

LXV. Itaque reiecta Trebatij, & aliorum sententia, recte constitutum est, bestiam etiam lethaliter ab aliquo vulneratam, aut laqueis eius irretitam, non prius tamen illi acquiri, quam si eam ipse quoque, aut canes sui apprehenderint, vel vinculis exemerit. *§. Illud quæsitum, d. T. l. naturalem, §. 1. an laqueum ff. de acquir. rer. dom. Bartolus in l. quo minus, q. 5. ff. de fluminib.*

LXVI. Attendenda tamen erit hic, loci cuiusque consuetudo, quæ in materia ista venationum plurimum valet, cui, vbi vigebit, semper standum est. *Ita passim Dd. & c. ad §. illud quæsitum, Instit. d. t. & §. ex non scripto de iure natur. gent. & ciuil. ibid.*

LXVII.

LXVII. Sed quæritur, quid si aliquis in suo fundo, vel nemore mortifera plaga effecerit bestiam, vel quam alias canes acriter insecuti fuerint in aliam syluam, ante quam cadat, an licitum sit eam persequi & apprehendere in vicini fundo? Et respondetur, id esse licitum, modo hat sine clamore, & sonitu buccinæ siue cornu, nec consuetudo loci sit contraria. *Argumento, d.l. naturalem, §. 1. Ioannes a Platea, Schneidewinius & alii ad. §. illud quæsitum, Binsfeld. cap. 4. de iniur. & dam. q. 4. concluſ. 14. vbi etiam plures recenſes.*

LXVIII. Rursus quæritur, an stante statuto quod capienti lupum, vel vulpem detur aliquod præmium, si quis caperet lupam, vel vulpem prægnatem, an debeat habere vnum vel plura præmia? Dicimus quod vnum tantum, nisi lupam lactantem cum lupatinis ceperit. *Bald. in l. fin. ff. de liberal. cauſ facit, l. qui in vitro, ff. de ſtat hom. Immola in l. in lege, ff. ad l. Falcid. quos citat, & ſequitur Med. cit. d. loco q. 14 parte 2.*

LXIX. Quid autem lupus inuadat ouem, vulpes gallinam, accipiter columbam, aliur vero obuiam veniens eam predam ex faucibus eripiat, ingressus illorum rursus eripiat, an eripitam ſuam faciat, an vero priori domino restituere debeat? Et verius est, quod restituenda illi sit, cuius ante fuit. *Argumento l. Pomponius in fine ff. de acquir. rer. dom. ſic Medices d. loco q. 19.*

LXX. Occasione venationum & illa hic quæstio se offert, cum fiat sæpe vt feram petens, hominem traijciat, quæritur an talis teneatur de homicidio? Quod negamus. *Per l. 1. l. in lege Cornel. ff. ad l. Cornel. de ſicariis, Medices part. 2. q. 8.*

LXXI. Id quod dubitari posset, an foueas facere liceat, vel laqueos, & similia instrumenta tendere ferarum capiendarum gratia? Et decisum est posse, modo non fiat in locis & itineribus publicis, vnde pecoribus sit aliquod periculum: nisi & eius rei denunciatio præcessisset, vel in eo loco simile quid solitum esset fieri. *L. qui foueam, cum l. ſequent. ff. ad leg. Aquil. & ibi Dd.*

LXXII. Quæritur etiam, an quemadmodum de fructibus, ita quoque de venationibus Ecclesiæ soluendæ veniant decimæ? Et existimatur venire. *Facit ca. in aliquibus, & t. T. Ext. de Decimis, l. venationem. ff. de uſur. & fruct.*

LXXIII. Sed an ita quoque vsuram committat, qui venatur in agro pignori dato? Quod non videtur, nisi fructus fundi ex venatione constaret. *Per d. l. venationem ff. d. t. l. item, §. auceps rem. ff. de vſufruct. & quemad. & ſic Medices 2. part. q. 13. d. loc.*

LXXIV. Cum vero ius venandi, vt supra dictum est, seruitutibus annumeretur, etiam illud inde recte sequitur non posse loci seruientis dominum,

minum, aliquid in eo facere quo iuri isti præiudicetur. *argumento l. seruitutes §. si arrea. ff. de seruit. urban. prad. l. sea si quid, §. proprietatis, ff. de vsufr. & quemad. Geyl. lib. 2. obs. 67. n. 4. 5. & seqq.*

LXXV. Et hinc arbores licet annosas, ibi pro suo libitu excindere, quot velit non potest, vti nec quot velit nec quæuis animalia ibi pascere; sed tantùm ad necessitatem & vtilitatem suam, prout antiquitus obseruatum fuit. *d. LL. Capolla item de seruit. rust. prad. T. de seruit. iuru pascendi c. 9. n. 40 & seqq.*

LXXVI. Illud certum planè est multò minus dominum syluæ eam prorsus posse eradicare, vel inuerso cespite arborum radices necare, vel illi aratrum inducere, agrumq; noualem facere, quo aliquod iuri venandi incommodum adferatur. *Facit l. 3. §. reficere, ff. de itinere actuq. priu. l. si manifestè C. de seruit. & aq. ita Andr. Geyl. d. loco num. 9. Conar. pract. quæst. c. 37. tom 2. & lib. 1. var. resol. c. 17. n. 11.*

LXXVII. Si tamen sylua cædua esset, ibi pedamenta & ramos benè excindere dominus potest: quemadmodum & aliis eam vendere, locare non prohibetur. Quantumuis alij in ea ius venandi habeant. *Per l. ex sylua cædua cum seqq. ff. de vsufruct. & quemad.*

LXXVIII. Quod verò de arboribus excindendis ex sylua sua ad vtilitatem & necessitatem supra dictum est, id adeò obtinet vt etiam alteri, imò duobus vel tribus hoc ipsum locare possit, siquidem sylua illa omnibus sufficiat. *argumento l. Lucio, ff. de aqu. quotid. & æstiu. l. 2. §. final. ff. de seruit. rust. Capolla de seruit. rust. prad. c. 22. n. 15.*

LXXIX. Nec illud absurdum est, vt aliquis sibi in aliquo nemore ius aliquod venandi reseruet, & aliis aliquod concedat: cum & plures diuerso iure, & quoque singuli in solidum in eadem sylua venari possint. Vnde videmus sæpè eodem loco vnum maiora animalia roth vnd schwartz Wild/alios minora tantum posse capere. *Ita Zoannetus in suo lib. rer. quotid. c. 56. nu. 2. allegans in hac re rem Paulum Castrens. Alex. andr. quibus adde Andr. Gayl. lib. singul. de ping. tor. ac. ob. ser. vlt. nu. 7. Zasium in l. 3. §. ex contrario, conclus. 18. 19. ff. de acquir. rer. poss. §.*

LXXX. Posse quoq; vsufructuarium venari eo loco in quo vsumfructum habet, nec in eo posse illum à proprietario prohiberi, iuri nostro maximè est consentaneum. *l. item si fundi, §. aucupiorum l. vsufructuarium ff. de vsufruct. & quemad.*

LXXXI. Imò & potest vsufructuarius aliis permittere & potestatem facere vt in fundo suo vsufructuario venentur; quemadmodum & quosuis prohibere, ne fundum suum venationis gratia ingrediantur. *Per d. iura & sic Conar. d. l. loco n. 9.*

LXXXII. Et hinc quoque sequitur pecuniam quæ eo casu promissa

missa est pro illa potestate venandi, ad vlufructuarium pertinere. *d l. Couar.*

LXXXIII. Ad quem ius glandis pertineat difficilis est quæstio? Nos putamus verius esse, illud ad dominum syluæ pertinere, non ad illum qui in ea ius venandi prætendit: nisi consuetudine, vel legitima præscriptione aliud alicubi obtineat. Quemadmodum in multis Germaniæ locis videmus. *l. Iulianus §. glans ff. ad exhibend. l. vn. ff. de glande legen. Andr. Gayl. d. obser. 68. n. 1. & seqq. Noe Meurer in tract. Foresti. fol. 25.*

LXXXIV. Et licet glandis nomine omne genus fructuum intelligatur, nihilominus tamen inutiles & viles fructus syluæ seruienti pro vsu & alimentis ferarum debentur. *l. sylua cædua §. glans ff. de verb. sign. ff. & facit l. 2. ff. de iur. vtil. l. om. iud. & ibid. Dd. maximè Iason num. 11. videatur Gayl. d loco.*

LXXXV. An autem sylua venatoria succisis lignis cingi possit in capturam ferarum, ab eo qui ius venandi habet, vulgò Hagen/quæstio quoq; trita est? Vbi affirmatiuam sententiam, vt communiorem ita & veriorem putamus. *Zasius consil. 6. n. 1. vol. 2. incipiente Illustrissime facit l. in lege ff. locati, l. rescriptum ff. communia præd. ita quoq; Gayl. d. l. n. 7.*

LXXXVI. Quæstio etiam illa mouetur à Dd. casu quo tàm domino proprietatis, quàm qui ius venandi habet in sylua, eius custodia incumbit, an iste possit in dicta sylua domunculam extruere, an verò proprietarius tantum? Et existimamus etiam hunc posse. *Per l. veluti in fin. ff. de seruit. rust. præd. l. fin. Noe Meurer in tract. Foresti. fol. 28. Capolla d. loco. n. 8.*

LXXXVII. De Vasallo quæritur, an is possit in fundo feudali venandi seruitutem, sine domini consensu alteri constituere? Et hoc quoque cum posse facere iure defendi potest, vt tamen ea res domino feudi, si quando ad illum feudum reuersurum sit, non præiudicet. *c. 1. §. quid ergo de inuest. de re alien. facta, facit quoque l. is cui. §. 1. ff. quemadm. seruit. amitt.*

LXXXVIII. Circa tempora Venationis & personas quæ venari possint quoque difficultates aliquæ sunt. Et hinc quæritur primò, an etiam diebus festis, dominicis, & tempore quadragesimæ venari liceat? Et simpliciter loquendo dicimus non licere: si tamen vrgens necessitas, vel euidens vtilitas ita requireret, nec ideo diuina officia omitterentur, putamus, nec istis temporibus esse prohibitum. *c. 1. sanct. c. quid prodest, c. an putasti, & ibi Dd. 86. Sebast. Medices, d. l. part. 1. quæst. 3. & 11. per totum.*

LXXXIX. Secundò quæritur de clericis & aliis personis Ecclesiasticis, an & hi in syluis suis licitè venari possint? Et hic quoque simpli-

citer

citet loquendo, dicimus ita Venationem illam clam oriosam & syluaticam esse interdictam: Non tamen, quin vel necessitatis, vel vtilitatis, vel honestæ recreationis causa, modestè tamen, venari possint. *Licet Tum decretal. de Clerico Venatore. Clement. ne in agro, §. porro, de statu Monach. cum Apostolus, §. Archidiacons, Extr. de Ceusib. Syluester in summa su. verbo, Venatio, Zoannettus, d. loco, nu. 27. & seqq. Medices d. loco, quæst. 3. n. 1. 4. parte. Menochius consil. 221. nu. 50. & seqq. Vbi quod recreationis gratia venari possint multis probat ex glos. Abbate & aliis.*

XC. Illud quoque controuertunt, si non constet quo animo & fine Clericus sit venatus, in quam partem debeat fieri interpretatio, an quod licito, vel illicito modo venatus fuerit? Et putamus in dubio sumendam benigniorem interpretationem, quod scilicet vel vtilitatis, vel recreationis gratia, vel similem ob causam licitam venatus sit, &c. *Per ea quæ docet Menoch. supra, a. l. Alexandr. libr. 1. consil. 72. nu. 13. Per text. l. merito, ff. pro socio, c. 2. Ext. de re iudic. Qui etiam in hanc rem citat Cardinalem, ad c. qui Venationibus 86. d.*

DE AVCVPIO IN SPECIE.

XCI. Aucupium dicitur auium atq; id genus volatilium iusta persequendi facultas.

XCII. Nec hic quoque distinguitur publico ne loco fiat; an priuato suo, an alieno: licet alium prohibere possimus, ne fundum nostrum Aucupij gratia ingrediatur. *d. l. 3. §. plane, ff. de acquir. rer. dominio. quemadmodum. mutuo. ff. ad L. Aquil. & latè dictum supra.*

XCIII. Quemadmodum & hic consuetudine aliud introductum, quam olim obseruatum fuit, vt scilicet non amplius cuiuis vel arcam construere, vel inescationes, vel retia, vel viscum, vel decipulas ponere liceat, nisi cum potestate illorum qui hoc ius sibi quæsierunt.

XCIV. Auium autem appellatione, intell'gimus hic omnia volatilia, quæ pennis sunt decorata, & oua ponunt, item quæcunque volare possunt. *Vt videre est, §. apum quoque, & §. pauonum cum seqq. & ibi Dd. instit. de rer. diuis.*

XCV. Et hinc legatis auibus veniunt quoq; anseres, phasiani, gallinæ syluestres, & autaria, si modo talia testator habuerit, nec aliud expresserit. *Auibus ff. de legat 3. Medices parte 1. q. 1. n. 29. & seqq.*

XCVI. Fit verò Aucupium variis modis, & præcipuè falconibus, accipi accipitribus, retibus, laqueis, pedicis, visco, hamo, scalopo: & quæcunq; sic capta fuerint, etiam contra prohibitionem cedunt occupanti. *Ita Medices, q. 1. n. 36. parte 1. Et patet ex dictis supra.*

XCVII. Quod tamen intelligendum est de auibus feris, non verò mansuetis: hæc enim occupantis nunquâm fiunt. Licet ex consuetudinem reuertendi amiserint. *§. gallinarum, instit. d. T.*

XCVIII. In quo rursus feræ differunt à mansuetis: illæ enim licet cicuratæ semel fuerint, simul atque tamen animum reuertendi amiserunt, fiunt vnius cuiusq; qui eas ceperit. *d. §. pauonum, d. T.*

XCIX. Qui verò anseres, aut gallinas alterius, licet conspectum domini effugerint, quocunque loco ceperit, adeò suum nihil facit, vt etiam detinendo furtum committat: Si quidem lucrandi animo detinuerit. *d. §. gallinarum.*

C. Disputant verò Dd. quid si etiam aues feræ insidiis alterius animum reuertendi amiserint, vt si v. g. quis columbis vicini insciationes parauerit, an eas suas faciat? Et sanè tantum hoc abest, vt etiam furti sic captarum columbarum nomine teneatur: atq; sic non in animæ tantum iudicio, sed etiam in foro exteriori eas debeat restituere. *Facit l. Pomponius, §. idem l. Pomponius ff. fam. ercisc. l. qui seruo. cum l. seqq ff. de furt. Mynsingerus in d. §. pauonum, Couar. d. l. n. 14.*

CI. Minus verò ille peccat, qui columbas alterius in syluis vel campis ceperit, quam qui surripit de columbario, idque propter damnum quod inferunt frugibus. Vnde nec columbaria inuitis vicinis habere licet, nisi de suo alat. Licet aliud de consuetudine obtineat. *Ita Sotus lib. 6. de iustit. & iure q. 6. a. 4. quem citat & sequitur Sebastianus Medices parte 1. q. 7. n. 4 & 5.*

CII. Quæstio pulchra hic mouetur à Dd. si inter Aucupandum alicui falco iunctis sonalcis pedibus euadat, anis occupantis fiat, vel priori domino sit restituendus? Et verius putamus, vt priori domino restituatur. *Ita Bartol. in tract. de Falcone. Medices 2. parte q. 38. per l. fulsus §. si factum ff. de furt. Capol. de seruit. rust. prad. d. c. 21. n. 7.*

CIII. Quod si vero Falco occasione mali cibi interierit, tenebitur capiens actione in factum ad damnum, quod ea ratione domino Falconis factum est. *Per l. qua actione, §. Celsus, ff. ad l. Aquil. Bartol. ibid.*

DE PISCATIONE.

CIV. Piscatio est captura Piscium, similiter licita, tam in communi, publico, quàm suo flumine. *Sapè d. §. feræ, & ibi DD. instit. de rer. diuis. & Vembecius d. T. ff. de acquir. rer. dom. n. 7.*

CV. Et hinc adeò cuilibet iam dictis locis piscari licet, vt si prohibeatur, eo nomine aduersus prohibentem iniuriarum actionem habeat *l. iniuriarum §. si quis me. ff. de iniur. & dictum quoq; supra.*

CVI. Quod verum est, nisi alius in quasi possessione esset illius in-

iis.

ris. vt ibi solus piscaretur: tunc enim alium ibidem piscari volentem rectè prohibet, imò & contra eum interdictum vti possi de tis intentat. *l. si quisquam. ff. de diuers. & tempor. præscript. & sic Mynsinger. & Schneidewinus ad §. & quidem naturali iure. instit. de rer. diuis.*

CVII. Potest siquidem quis triginta vel quadraginta annis in mari, aut flumine publico illud ius piscandi soli sibi acquirere. *Facit l. diligenter. l. vsum aquæ. C. de aq. duct. lib. 11. l præscriptio, & l. fin ff. de vsucap.*

CVIII. Illud verò valdè Dd. controuertunt, an hoc casu sufficiat aliquem tanto tempore solum aliquo loco esse piscatum, an verò illud quoque requiratur quod alios ibidem piscari volentes prohibuerit? Et prohibitionem hanc quoque requiri putamus. *Per ea quæ docet Schurpfius centur. 3. consil. 1. n. 21. & seqq. Henningius Godeus consil. 76. num. 7 & seqq. Vbi etiam hoc addunt nihil interesse siue illa prohibitio iudicialis fuerit, siue extra iudicialis.*

CIX. Quæ verò dicta sunt de mari & fluminibus quod ibi piscari liceat, eadem obtinent in lacu, stagno, torrente, vallibus aquosis, publici tamen iuris & vsus: nisi diuersum vel populi, vel Principis voluntate, vel præscriptione vel consuetudine vel pactis sit constitutum. *Late Capolla T. de lacu c. 30 n. 6. T. de Torrente c. 31. n. 1. T. de vallibus aquos. n. 2. d. libro de seruit. rust. prad.*

CX. In alieno verò piscari omninò licitum non est: quod secus esse in Venatione & Aucupio dictum supra. Si tamen fundus alienus inundatus esset a flumine, & istuc pisces aqua opportasset, tunc eos ibi piscari cuius licitum foret. *Facit l fin. ff. & ibi glos. ff. de act. Emp. l. vsufructuarium. § Si vinearius. ff. de vsufr. vel l. fin. eius, ff. de rei vindic. cum alijs. Et sic Medices parte 2. q. 23.*

CXI. Quæstio huic non absimilis est, num quando aqua tui stagni ita creuit vt inde multi pisces ad meum fundum deuenerint, an tu illos sequi & recipere possis? Et rectè negatur. *Ita Chassanæus in consuetud. Burgund. rubr. 4. q. 24. §. 2. verbo de droit & appar.*

CXII. Pisces verò regulariter eius esse quæ capit, non verò eius qui retia retendit iam constat ex dictis, supra thesi 65.

CXIII. Nec illud hic præterire Dd. solent, an pisces quemadmodum & feræ & volucres, inter mobilia, vel inter immobilia sint numerandi? Item an vendito fundo venditi quoque censeantur pisces ibi existentes? Vbi respondendum putamus secundum distinctionem Sebastiani Medices q. 17 primæ partis. Et breuitatis ergò videatur quoque Chassanæus d. loco num. 23.

CXIV. Circa Piscationem verò illud in primis quoque notandum est, debere quem ea vti bona fide, maxime si titulo conductionis Piscationem

tionem habeat. Et hinc ab omnibus illis modis abstinendum, quibus vel omnes, vel magna pars piscium tolleretur. *Facit l. si merces, ff. de conduct. & locat. l. 1. ff. de usufruct & quemad.*

CXV. Coronidis loco hæc quæstio fit vtrum ius Lutras & Castores capiendi, spectet ad ius Venationis & nemoris, an verò ad ius Piscationis? Et communius obtinuit, illud potius ad Piscationem esse referendum. *Sic Noe Meurer de iure Foreſtic vlt. fol. 61 per l. qui sentit. ff. de diuerſ. R. l. ſtant ad hoc Ioannem Fabrum, inſtit. de lege Fuſia, &c.*

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM COPIOSISSIMVS.

PRIMVS NVMERVS, PARTEM, ALTER CAPVT, TERTIVS NVMERVM MARGINALEM, QVARTVS PAGINAM DEMONSTRAT.

ACTIO quæ competat contra detectorantem Venationem 2 parte, cap 3. n. 12 13. & 15. pag. 82.

Actio Iniuriarum & Legis Aquiliæ cumulari possunt 1. c. 10. n. 4. p 63

Actione iniuriarum conueniri potest ingrediens fundum alienum, Venandi caussa, inuito domino 1. 2. n. 13. p 14

Actio doli quando competat pro Venatione pag 82

Actione quâ, prohibens Venationem & Venatores ad resarciendum damnũ illatum conuenire possint 1. 4. n. 21. pag 35

Actor quando non solum, sed etiam reus se contendit in iuris Venandi quasi possessione esse, & testes actoris & rei contraria & repugnantia testimonia de actibus possessuris dixerint, quid faciet iudex 2. 5. n. 11 cum seqq. pag. 94 95

Actor quando de antiquiori quasi possessione probat, præsumitur rei quasi possessio iunior clandestina, violenta 2 6 n 4 p. 97

Actus est duplex 2. 1. n. 17. p. 70. 71

Actus illicitus qui dicatur 2 11. num. 8. pag 117. 118

Coactione vel metu factus licet non sit secundum quid voluntarius, est tamen simpliciter 2. 10 n. 17. p. 115

Actus vnicus sufficiens est ad constituendam quasi possessionem iuris incorporalis 2 1. n. 21. pag. 71. & 2. 4 n. 1. p. 87. & 2. 5. n 1. p 92

Actus possessorij ad iustificandam possessionem vel quasi alienius rei, vel iuris, probandi sunt testibus 2. 5 n. 4 p. 92

Adhortatio ad Principes, Comites, Barones, & Nobiles 1. 2. n. 74. p. 24 & 1 4 n 19 p 36

Adulatoria Venatio, quæ dicatur, & quibus modis fiat 2 1 1 n. 7. p. 3.

Aduocati in Interdicto vti possideris, facere debent positiones, & articulos probatorios non tantum super possessione, sed etiam dominio & titulo 2. 9. n. 6 p 110

Affectus immoderatus reddit Venationem illicitam 2 10 n 8 p. 113

Affirmatio & Negatio ad idem referuntur genus 2 10. n. 11 p 114 & 115

Animalia sunt homini subiecta naturaliter 1 2. n. 3 p 13

Anima-

Animalia quæ abire & redire solēt, quando capientium fiant 1.1.n.26.p.5
Animalia insecta, quæ dicantur 1.1.n. 30 p.6
Animalia mansueta, cuius sint 1.1.nu. 24.p.5
Appellatione Aurum quid contineatur 1.1.n.27.p.5
Aper incidès in laqueum meum, quando dicatur meus 1.8.n 13.p.56
Apes, cuius sint naturæ 1.1.n.30.p.6
Apes, quando fiant capientis 1.1. n.25. pag 5.
A posseli fuère piscatores 1.1.n.48 p.8. & 2.12.n.27 p.324
Aquatilia animalia quæ dicantur 1.1. n.31 p.6
In Aquis & fluminibus datur etiam Iurisdictio, & imperium 1.7.n.10.p.52
Arenaria Venatio quæ dicatur 1.1.n.6. pag 3
Argumentum à contrario sensu in iure valdum 1.8.n.9 p.55
Armis an vti possint Venatores 1.1.n. 29 p.17
Arte & fraude columbas deducens ab alterius columbario, & ad suum pertrahens tenetur ad columbarum restitutionem 1.5.n.10.p.38
Aucta aqua, an augeatur ius piscandi 1. 6.n.29 p.49
Aucupium quibus modis fiat 1.1.n.1.p 2
Aucupium fuitimum est Venationi 1. 12 n.19 p.123
Aucupium cum acupitribus etiam militiæ comparatur 2.12 n.22.p ead.
Aucupium vel Aucupatio quomodo, & quando prohiberi possit 1 2.n.59 & 62.p.22
Aucupij, quod cum acupitribus exercetur, initium à Thraubus manauit 2. 12.n.20.p 123
Aucupio, quod cum acupitribus exercetur, recreantur Reges, Principes, & Nobiles, quique homines 2.12.n.21. pag.ead.
Augmentum omne siue latens, siue patens spectat ad Emphyteutam 1.6. n.30.p.49
Augmentum propter in re Emphyteutica an augenda sit pensio. Ibid n 31. pag.ead.
Aurum appellatione quid contineatur 1 1.n.27.p.5
Aurum tria sunt genera 1.3.n 22.p.29
Aues in laqueo alieno reperto, an sint domini laquei, vel occupantis 1.8. n.3.p.54
Aues prohibentur capi cum sclopo seu Arcubusio 1.2.n.62.p.22
Aubus legatis quæ animalia veniant 1. 1.n.28.p.5.& 6.
Authores qui scripserint de laudibus Venationis 2.12.5
Authoritas & honestas testium diligenter perpendenda 2.5.n.16.p.94

B

BAnnum syluestre, quid? 2.3. n.22. pag 84
Baro contra Baronem, vide verb. Nobilis contra nobilem. Bellum pro defensione rerum an sit licitum 2.8. n.2. p.107
Bestia reperta in agro, seu prato suo, an & quando retineri possit 1.2 n.16.p 15
Bestiæ, Volucres, & pisces capientium fiunt 1.2.n.9 p.14
Bestiæ nociuæ quo tempore possint retineri in Ciuitate 1.8.n.24 p.59
Bestiæ appellatione quid veniat 1.1.p. 20.& 22.p. 4 & 5

C

CAnis appellatione feræ an veniant 1.19.p.4
Capiens & auferens feras vel pisces inclusos in viuariis, leporariis, palūis, & stagnis alterius, furtum committit 2.7.n 12.p.103
Capta in Venatione cum certis Instrumentis prohibitis an sint restituenda 1.3.n.14 p.28
Capta per Venationem à Iudice prohibitam, an sint in animæ iudicio restituenda. 1 3.n.11.19 20.& 21 p 28.& 29
Captus in loco domicilij ab alio ob commissum maleficium est relaxandus, & qua actione dominus territorij agat 2.7 n.11 p.106

Caro ferina Luxuriam fouet 2. 12. nu. 29 p. 124
Casam ponere licet vnicuique in littore maris 1 6 n. 2 p. 43
Casus, quid sit 2. 11. n. 1 p 116
Castrum habens in feudum sine iurisdictione, si acquirat iurisdictionem, an accrescat feudo 1 7 n. 16. p. 53
Castro concesso, cui adhæret ius Venandi, conceditur etiam ius Venandi 1. 2. n 19. p. 15
Cautela pro subditis, quibus à suis dominis Venatio prohibetur 1. cap. 2. n. 37. p 21
Ciuitates, & præsertim Imperiales an possint in certo loco fluminis publici piscationes vendere 1. 6. n. 27 p. 49
Clericus in minoribus Ordinibus constitutus si venetur, qua pœna puniatur 2. 11. n 15. p. 118
Clerici pugnare non possunt 2. 12. nu. 2. p. 124
Clericis cur prohibita sit Venatio Ibid.
Clerici an teneantur restituere, quod ceperint in Venatione sibi prohibita 1. 3 n 12. p. 28
Columbarium an & quando construi possit 13. n 23. p. 29
Columbas arte & fraude deducens ab alterius columbario. & ad suum pertrahens, tenetur ad columbarum restitutionem 1. 5. n. 10 p. 38
Comes contra Comitem. Vide verb. Nobilis contra Nobilem
Communia etiam iure naturæ possunt per Principem vni applicari 1. 2. nu. 47. p 19
Concessio prima Principis posteriori præfertur 2. 2. n 20. p. 78
Concesso vno & reliqua concessa intelliguntur, sine quibus illud commodè explicari non potest 1. 2. n. 72. p. 24
Conciliatio l. Seruitutes. 1. D Seruitut. & l. foramen. D. Seruitut Vrban. prædior 2 1. n. 18 p. 71
Condemnatus in foro iudiciali, an teneatur pœnam soluere in foro conscientiæ 1 5. n. 24. p. 41
Conductor Fluminis vel stagni, aut lacus publici impeditus piscari intentare potest vtile Interdictum obseruigalis fauorem 1. 10. n. 5 p. 63 64
Conductor piscationis, si piscari prohibeatur, quæ habet remedia 1. 6. nu. 28. p. 47
In confinibus testium tres gradus sunt considerandi 2. 5. num. 11. & seqq. p. 94. 95
Consuetudo est optima legum interpres 2. 3. n. 6. p. 81
Consuetudo legem vincit & tollit 1. 8. n. 6 p. 55
Consuetudo & præscriptio differunt 1. 6 n. 23 p 47
Consuetudo prohibens Venationem, an valeat 1 6. n. 21. p. 47
Consuetudo an possit induci, vt liceat in alieno nemore findere ligna, vel in alieno fundo pascere animalia 2. 3. n. 17. p. 83
Consuetudo longi temporis, vicem seruitutis obtinet 2. 3. n. 25 p. 85
Consuetudinem ad inducendam quot anni requirantur 2 3 n 26. p. 85
Consuetudinem ad probandam quot anni & quot actus requirantur 1. 6. n. 20. p 47
Continuum vel Discontinuum aliquid dici tripliciter 2. 1. n 16. p. 7

D

Damnum datum resarciendum est à Venatoribus, & prohibentibus Venationem 1. 4 n. 20 34
Ad damni dati æstimationem quando actione Venatores conuenire possint Ibid. n. 21 p. 35
Decimæ, de Venationibus, & Piscationibus an sint soluendæ Ecclesiæ 1. 1 n 43 p 8
Pro defensione iurium incorporalium vim vi repellere licet 2. n 14 p 94
Delictum commissum in flumine existente in confinio duarum ciuitatum, cuius sit cognoscere, & punire 1 7 n 9. p. 42
Deus creauit omnia in vsum hominum 1. 2. n 7 p. 13
Diaconus & Subdiaconus venantes an

sint puniendi 2.11.n.12.p.118
Dicti testium dignitate æqualium diligentius ponderanda 2.5.n.18.p.95
Die Festo, vel tempore Jejunij quando venari liceat 2.10.n.18.p.115
Diebus festis, an sit licitum piscari, & venari 2.10.n.1.p.112
Diebus Festis venantes non audita missa peccant mortaliter. 2.10.n.2.p.ead.
Differentiæ & circumstantiæ plures inter Venatores in locis prohibitis venantes notandæ 1.4.n.17.& 18.p.33
Differentiæ inter Venationem, Piscationem, & Aucupium 1.1.n.17.p.4
Distinctionem seruitutum in continuas, & discontinuas, legibus non probari 2.1.n.15.p.70
Doctori attestanti de consuetudine est credendum 1.8.n.7.p.55
Dominus alicuius loci an possit præscribere ius prohibendi venationem 1.2.n.38.p.21
Dominus concedens Vasallo ius venandi seu ius foresti alienum in feudum, an teneatur de Euictione 2.2.n.16. pag.77
Dominus volentem ingredi fundum suum caussa venandi vel aucupandi an prohibere possit 1.2.n.11.p.14
Dominus ingredientem fundum suum armata manu an prohibere possit 1.2.n.12.p.ead.
Dominus syluæ venatoriæ an possit agrum noualem ex syluis facere 2.3.n.18.p.83
Dominus syluæ an signa, & arbores vendere possit 2.3.n.16.p.82
Dominus stultitiæ arguitur, si locum petitorij suscipiat, quando est in possessione seruitutis 2.6.n.8.p.98
Domino, contra ingredientem fundum suum eo inuito, competit actio Iniuriarum 1.2.n.13.p.14
Domini terrarum an possint prohibere piscationes in fluminibus publicis 1.6.n.31.p.49.50
Dominorum magnorum preces præceptum, non preces 1.2.n.32.p.17
Dominium est iuris non facti, testis autem tenetur deponere de facto 2.5.n.22.p.95
Dominium est difficilis probationis. Ib.
Dominium de rebus incorporalib⁹ impropriè tantum dicitur 2.2.n.9.p.75
Donatio prima Principis posteriori præfertur 2.2.n.20.p.78
Duobus qui diuersas res debet, non liberatur soluendo vni, quod ei debet 1.3.n.7.p.26
Duplex est Interdictū, Utipossidetis; Directum, & vtile 2.5.n.13.p.94
Dux contra ducem. Vide verb. Nobilis contra Nobilem.

E

EPiscopus venator, qua pœna puniatur 2.11.n.10.p.118
Eripiens feram ab ore Lupi, Canis, vel auem à mituo, aut accipitre, an teneatur priori domino ad restitutionem 1.8.n.18.p.57.58
Error communis quando faciat ius 2.2.n.2.p.74.
Error Principum, Comitum, Baronum, & Nobilū, putantium, cum habeant merum Imperium, se quoque habere ius venandi, seu iura Foresti, & vice versa 2.1.n.1.p.69
Exceptio data contra aliquem, quod se venator, de qua venatione intelligendum sit 1.1.n.55.p.10
Exceptio maleficij admittitur ante partitionem 2.7.n.13.p.105
Exercitium Juris Venandi restrictum est ad syluas, nemora, saltus, & ea loca, in quibus per illud priuatis fundis nullum damnum infertur 2.3.n.21.p.84
Ex separatis nihil inferrur 1.2.n.19.18. p.15.& 2.1.n.2.p.49.

F

FAcultas venandi transmittitur ad heredes 2.1.n.4.p.81
Falconem inueniens cum sonaleis in pedibus innectis, an teneatur restituere 1.8.n.19.p.58
Et quid si Falco apud ipsum moriatur, an teneatur ad restitutionem Ib.n.20
Fera accidentaliter mansueta, an fiat occupantis 1.1.n.26.p.5
Fera

Fera ab vno percussa, & ab alio capta. cuius efficiatur 1.8.nu.5.6.7.8.10.12.& seq.p.55.56
Fera ita vulnerata, vt aliter fieri non possit, quam vt capiatur, statim efficitur vulnerantis 1.8.n.10.& 12 p.56
Fera animalia an sint capientium 1.1.n. 25.p.5
Fera si alieno reti capiatur, an sit domini retis, vel occupantis 1.8.n.2.p.54
Feram eripiens ab ore Lupi, Canis, vel auem à miluo aut accipitre, an tenentri priori domino restituere 1.8.n.18. p.57.& 58
Feram lethali vulnere percussam fugientem extra proprium vel syluã persequi licet 1.8.n.14 p 56.& 57
Feræ in tria genera distinguuntur 1.1.n. 12.p.4
Feræ rursus in duo genera distinguuntur 1.1.n.18.p.4
Feræ, Volucres, & Pisces, non solum pro ornamento vniuersi, sed etiam pro vtilitate hominum sunt 1.2.n 23.p.16
Feræ, Volucres, & Pisces, sunt communes de iure gentium 1.2.n.41.p.18.19
Feræ intra fundum enutritæ, non sunt proprius fundi fructus 2.6.nu.20. pag 101
Feræ vastantes agros expelli possunt quocunque tempore à quocunque 1. 2.n.2.54 p.9.10
Feræ, Pisces, & Volucres, an bona mobilia, vel immobilia esse dicantur 1.9.n. 11.p.61
Ferarum appellatione quid contineatur 1 1.n.19.4
Fendatarius seu Vasallus an possit prohibere venationem 1.2.n.52.& 58.cum seq.p.20.21.& 22
Flumen quid sit, & quando liceat in eo piscari 1.6.n 4 & 7 p.44
Flumen priuatum à proprio quomodo differat Ibid.n 5
Flumen existens in confinio duarum Ciuitatum, seu duorum territoriorum cuius sit 1.7.n 8 p.51.52
Flumina sunt duplicia, publica & priuata 1.6.n 4.p.44
Flumina publica, ac ex iisdem reddit us Piscationum, vel vectigal piscatorum an in concessione feudi veniant 1.7. n.1.p.51
Flumina publica quando veniant in concessione feudorum 1.7.num.7. pag.ead.
Fluminum nomine an in Inuestitura feudi comprehendantur nauigabilia 1.7.n.3 p.52
Fluminum proprietas est Cæsaris, &c. 1.6.n.6 p.44
Fodere foueas, vel laqueos, & decipulas ponere in alieno venandi gratia an liceat 1.4.n.22.p.36
Foresta, vel Forestum quid 2.1.n.3.p.49
Forestum, Nemus, Sylua, Insula, & Barchus in quo differant 2.1.num.4. pag ead.
Foresta non infert necessario merum Imperium 2.1.n.5.p.ead.
Forma libelli in vtili interdicto, Vti possidetis, ratione iuris venandi 2.9.n. 9 p.110
Forma libelli in actione confessoria, ratione iuris venandi 2.9.n.10.p.ead.
Forma priuilegij primæ Instantiæ ad amussim ratione actionis super iure venandi seruanda est 2.9.n.1.p.109
Forma pronunciandi contrà turbatorem seruitutis iuris 2.5.num.10. p.93.94
Forum sortitur quis ratione delicti, in loco delicti 2.7.n.14 p.105
Fraus legi fieri non debet 2.7.num.16. pag.106
Fructus Venationis, Aucupij, & Piscationis, an sint industriales 1.9.n.8.p.61
Fructus venationis an computentur in sortem 1.9 n.10.p ead.
Fructus agri, si consistant in venatione, an nihilominus capta sint restituenda 1.3.n.16.p.28
Fructus syluestres, vtiles & inutiles plerunque syluæ, seruienti pro vsu & alimentis ferarum debentur 2.5.n. 27. pag 85
Fur tenetur ad restitutionem rei furtiuæ 1.3.n.6.p.26

Furtum earum rerum non committitur, quæ non sunt in alicuius dominio 1.3.n 2.p.25
Furtum in incorporalibus rebus non committitur 1.3.n.5.p 26
Furtum committunt, qui feras viuarijs,& leporarijs inclusas, & pisces in piscinis aut stagnis capiunt, tenentur ad restitutionem 1.5.n 1.p 36
Furtum fit in animalibus, quæ habent consuetudinem eundi & redeundi 1. 5.n 6 & 8 p.37
Furtum an committatur in viuarijs ab ipsis animalibus naturaliter factis 1. 5.n.5.p.ead

G

GAbella seu tributum an soluatur de Piscationibus 1.7 n.17.p.53
Gallinarum fera natura non est, ideo capi non possunt 1.1 n.24.p.5
Glossa vbi attestatur de consuetud.ne, res est facilior 1 8.n 8 p 55
Glossæ attestanti de Consuetudine est credendum 1.8.n.7 & 17 p.ead.& 57

H

HAbenti possessionem vel quasi, iuniorem,etiam probanti de titulo, præfertur habens antiquiorem sine titulo 2 6.n 7 p 97
Homicidium casuale,quid sit 2.11.n.3. pag 116
Homicidium casuale, an & quando sit peccatum mortale,vel non 2 11.n 7. pag.117

I

IActus rei an vendi possit 1.10. nu.8. pag 64
Ignorantia officialium, & procuratorum nocet domino 2.4.n.14 p 91
Imperatores, Reges & Principes qui Venationibus delectati fuerunt 2.12.nu. 6.7 8 9.10.11.12.13.14.15.& 16. pag 121. & 22
Imperium merum & mixtum,& cætera Regalia non inferunt necessariò iura foreilli,& vice versa 1.2 n 18.p 15
Imperfectiora cedunt in vsum perfectiorum 1.2 n.4.p 13
Inclementia quorundam Principum, & dominorum temporalium in subditos propter venationes 1.1 2.n.1.p.12
Incrementum contingens in re feudali, an sit Vasalli vel Domini 17. nu.14. pag.42
Et quid de seruitutibus ad beneficium rei feudalis Ibid.& pag.53
In conflictu testium tres gradus sunt considerandi 2.5.n.15.p.94.& 95
Incorporalia quasi possidentur, & patientiam quæ est instar traditionis, admittunt 2.1.n.20.p.70
Incorporalia proprie non possidentur, sed quasi possidentur, & proiliorum quasi possessione vtile
Interdictum Vtripossidetis, competit 2. 6.n.2.p.96 & 97
In incorporalibus satis est probare possessionem vel quasi certi temporis, & proximi ante litem motam 2.5.n.8. pag.93
Inferior a Principe Iurisdictionem habens, venationem an & quomodo prohibere possit 1.2.n.23 & 24.& 52. p 16.& 20
Inferior a Principe, quanto tempore ius venandi contra Principem,id est,Imperatorem, vel Regem præscribat 2. 2.n 21.p.78.79
Inferiora per superiora gubernantur 1.2. n.5 p.13
Iniuria fit domino prohibenti venari in loco suo 1 2 n 13.p 14 & 1 4.n 1 p.30
Iniuriæ pœna est arbitraria Ibid n 2 p.31
Iniuriæ pœna tanta esse non debet, vt mortem vel membri mutilationem inferat 1.4 n.9.p.31
Intellectus l. 3. §. item feræ D. A.q rer. dom 1.5.n 11 p.38.39
Intellectus l fin. D.Vsucap. & l quisquã. D. deprec. & tempor præscript. 1.6.n. 17 p 46
Intellectus constitutionis pœnalis 169. Caroli V. part.1. c.5. nu 14 & 18 pag. 39.& 40
Interdictum Vti possidetis, duplex est Judicium 2.5.n 12 p 94
Interdictu Vti possidetis duplex est; Directum & vtile Ibid.n.13.pag ead.

In interdicto vtili super iure venandi tria probare oportet 2.8.n.6.p.107
Interesse Venationis, Piscationis, & aucupii an dari possit 1.10.n.1 & 7.pag. 63 64
Interpretatio fieri debet in meliorem partem 1.1.n.5.6.p.3
Inuocatio diuini Nominis, quid operetur 1.1.n.3.p.3
Iudex quando à communi opinione recedere possit 2.2.n.6.p.74.75
Iudex quid faciet, quando testes contraria testimonia de actibus possessionis dixerint 2.5.n.11 15.& seq p.94
Iudicis amplum arbitrium in iudicandis testibus 2.5.n.21.p.95
A iudice qualiter, & quomodo sit iudicandum, quando Actor & reus seruitutem iuris venandi actibus possessoris probant: & testes sint vtrinque numero, & dignitate pares 2.6.n.1.3.9. 10.& 11.p.96 & seqq.
Ius aucupandi qui habet, is potest etiam aream struere 1 2.n.71 p 13.& 14
Ius Foresti necessario non importat merum Imperium 2.3.n.9 p.81
Ius foresti qui habet, is etiam habet ius prohibendi venationes & aucupia Ibid.n.10
Ius glandis legendæ in sylua venatoria ad quem spectet 2.3.n.23.p.84
Ius naturale duplex est, positiuum seu Affirmatiuum & Negatiuum 1.2.n. 43.p.19
Ius naturale positiuum, quid. Ibid.n.44
Ius naturale Negatiuum, quid. Ibid. n 45
Ius piscandi quanto tempore præscribatur 1 6.n.16.p.45
Ius prohibendi Piscationes quãto tempore possit præscribi 1 6. n.15. & 18. p.45.& 46
Ius venandi fortitum est naturam feudi 1 2.n 64.p.23
Ius venandi nõ amplius spectat ad Principatus, Comitatus, &c. nisi quantum est præscriptum 1.2. num.67. pag 23
Ius venandi qui habet, is potest syluam venatoriam succisis lignis cingere 1. 2.n.70 p 23
Ius venãdi an inter pacta personalia connumeretur 2.3.n.3 p 60
Ius venandi dici potest seruitus Iurisdictionis seu Iurisdictionalis, quæ tamen naturam realis seruitutis habeat 2.1.n.7.p.81
Ius venandi ad duos vel plures in solidum spectans, non debet ab vno sine aliis exerceri 2.6 n.16.p.100
Ius venandi in eadem sylua pluribus competere potest, diuersis tamen respectibus 2.6.n.21.p.101
Ius venandi si in vno eodemque loco, duobus diuersis temporibus Principe in feudum conceditur, vter eorum præferatur 2.2.n.17.p.78
Iuris venandi, aucupandi & piscandi materia, lucrosa, pulchra, & subtilis est 1.1.n.1.p.2
Iuris venandi modus seu Exercitium in duplicem forestam distingui potest 1.2 n.68 p 23
In iuris venandi quasi possessione ab alio turbatus instituere potest vtile Interdictum vti possideris. 2.8.n.3.p.107
In iure venandi ab alio pignoratus rectè & sapienter facit, si non repignoret, sed supplicet pro mandato de relaxandis captiuis, vel restituendis rebus ablatis 2.8.n.4 pag. eod.
Iura venandi, aucupandi, & piscandi inter Principes, Comites, Barones & Nobiles valde sunt controuersæ 1. 1.n.2.p.2
Iurisdictiones confundi non debent 2. 7.n.17.p.106

L.

Lacus quid sit 1.5.n.6.p.37
In lacu an liceat piscari 1.6.n.7.p.44
Laici venantes in die festo, an teneantur ad restitutionem captorum 1.3.n.13. pag.28
Laqueos & decipulas ponere, vel foueas fodere in alieno venandi gratia an liceat 1.4 n.22.p 35
Lege humana facta est rerum distinctio 1.2.n.48 p.20

Lege naturali permissum, potest per legem humanam prohiberi 1.2.nu 30. pag.20
Lege naturali prohibitum, non potest humana lege permitti 1.2.n.15.p.14
Legem esse factum non sufficit, sed oportet, vt etiam vsu comprobata sit, alioqui sperni potest 1 8.n.15.p.57
Legem non receptam qui non seruat, non dicitur eius transgressor 1 8.nu. 16.p.cad.
Leges prohibentes venationem non prohibent acquisitionem ipsarum ferarum, sed tantum vsum venationis ex iusta causa 1 3.n.3.p 25
Leones mansuefacti an possint occidi 1. 8. n.23. p 59
Libertas pauperis, quæ sit 1.2.n.42.19
Licitum est occidere bestias nociuas 1.8. n.22.p.59
Lupam prægnantem capiens an habeat vnum præmium, an plura Ibid.n.21. p.58.& 59

M

Mandatum super Pignoratione sine clausula decernitur 2.7.n.1.p.104
Mandata sine clausula quando decerni possint contra dominum syluæ venatoriæ 2,3 n.13.p.82
In Mandati causa fit præceptum de restituendis pignoribus, vel relaxatione personarum Ibid.
Mare quid sit, & an in eo liceat piscari 1. 6.n.2.p.43
Maris in eodem diuerticulo, seu particula, si plures habitent, vel ad ipsos pertineat, & ibi delictum commissum fuerit, quis primo cognoscere debeat 1 7.n 11 p.52
In mari & fluminibus publicis quando piscatio prohiberi possit. cad. part. &c. 6.n.12.14 & 17.p.52.& p.53
Merum & mixtum Imperium, nec non Iurisdictio, & ius venandi, separata & diuersa sunt 2.3 n 8.p.81
Metus nunquam excusat nec à mortali, nec à veniali crimine 2.10.n.12.p.114
Mobilia, an immobilia bona dicatur esse, fera, pisces, & volucres. 1.9.n.11.p.61
Monachi non possunt retinere canes venaticos in eorum monasteriis 1.1 nu. 50 p.9
Monachis Venationes & Aucupationes sunt prohibitæ. Ibid.

N

Natura omnia hominum causa comparauit 1.1.n.36.p.9
Naturali ratione quod nullius est, occupanti conceditur 1.2.n.9.p.14
Necessitas non habet legem. 1.1.n.51.p.9
Necessitas non excusat à delicto. Ibi.n.52
Nemo debet alterius odio prægrauari. 2. 7.n.2.p.103
Nemora quid, & nemus vnde dictum 2. 3.n.31.& 31 p.85
Nobilis contra nobilem, Baro contra Baronem, Comes contra Comitem, Dux contra Ducem, ius venandi in plenum dominium, vel quasi quanto tempore præscribat 2.2.n.8.p 75
Nobilis contra nobilem, Baro contra Baronem, Comes contra Comitem, Dux contra ducem, si ius venandi non in plenum dominium, vel quasi, sed vt illud recognoscat in feudum ab Imperatore, vel alio, præscribere vel ex quantù temp' requratur 2.2.n.11.p.76
Nobiles, Barones, & Comites mediate Imperio subiecti, Comites, Barones, & Nobiles, immediate Imperio subiectos in Camera in prima instantia conuenire possunt 2.9.n.3.p.109
Nobilibus quando liceat venari, piscari, & aucupari 1.2.n.75.p.24
Nolle audire sacrum, non est tam actus omissionis, quam commissionis, ratione accediæ vel contemptus 2 10. n.16.p.116
Non sufficit legem esse factam, sed oportet, vt etiam vsu comprobata sit, alioquin sperni potest 1 8.n.15.p.57
Numerus testium quando potissimum inspiciatur 2.5.n.20.p.95

O

Occidere an liceat quæcunq; viuentia ratione carentia 1.1.n 33.p.6
Occidere bestias nociuas licitum est 1 8. n.22.p.59

Occidens hominem in venatione, an teneatur de homicidio 2.11.n.2.p.116
Occupationis tres species 1.6.n.1.p.43
Olim possessor, hodie possessor præsumitur c.8.n.9.p.108
Omissio pura, cur dicatur factum Negatiue 2.10.n.15.p.114.115
Omnes Christi fideles diebus Dominicis, & reliquis festis sacrum seu missam sub reatu mortalis pœnæ audire tenentur 2.10.n.13.ibid.p.114
Operæ piscatoris, aut venatoris percussi, vel occisi, an æstimari possint 1.10.n.9.p.64.65
Operam dans rei illicitæ, omnem tamen adhibens diligentiam, quam potest ac debet, etsi inde nihilominus sequatur homicidium, an puniendus sit pœnâ ordinariâ 2.11.n.4.& 6.p.
Operam dans venationi prohibitæ & illicitæ etiamsi omnem adhibeat diligentiam ad præcauendum homicidium, an contrahat irregularitatem 2.11.n.9.p.117.& 118
Opinio communis de præscribendis seruitutibus discontinuis, an & quatenus admittenda 2.2.n.1.p.73 74
Opinio communis non ex numero opinantium, sed ex pondere authoritatis producitur 2.2.n.7.p.75
Ab Opinione communi regulariter in Judicando non est recedendum 2.2.n.4 p.74
Opiniones quatuor Glossatorum 2.6.n.13.14.& 15.p.98 99
Oppressiua venatio est prohibita 1.1.n.5.p.4
Ordo naturæ est, vt imperfectiora sint propter perfectiora 1.1.n.34.p.6

P

PActum valet, vt sylua sit Feudalis vel Emphyteutica deductis fructibus n.3.n.24.p.84
Patientia in incorporalibus pro traditione habetur 2.4.n.2.p.86.& 87
Pauones an fiant capientiũ. 1.1.n.26.p.5
Pauonũ fera natura dicitur 1.1.n.17.p.4
Pecudum appellatione quid veniat 1.1.n.21.p.4
Periculum quando est in mora, recedit ura regulis iuris communis 2.2.n.14.p.82
Personæ qualitas inspicitur in venatione 2.10.n.7.p.
Ex persona pensatur qualitas delicti & pœnæ 2.11.n.14.p.113
Pignorationis constitutio in S.R.J. prodita est 2.7.n.3.p.103
Pignorationis processus Ibid.n.4
Pignorationis constitutio, vt locum habeat, quæ requirantur 2.7.n.6.7.8.9.10.& seq.p.104
Pignorationes omni iure sunt prohibitæ 2.7.n.1.p.103
Pignorationes mutuę an sint licitæ, necne 2.8.n.1.& 3.p.106.& 107
Pignoratus ab alio in iure Venandi recte & sapienter facit, si non repignoret, sed suppliciet pro Mandato de relaxandis captiuis, & restituendis rebus ablatis 2.8.n.4.p.107
Pisces quando capientium fiant 1.1.nu.32.p.6
Pisces ex stagnis, lacubus & viuariis alienis auferentes, qua teneantur pœna 1.5.n.13 p.39
Pisces prohibentur capi esca n.2.nu.63. pag.22
Pisces reti capti fiunt occupatoris, & non domini retis 1.5.num.19.pag.40.&c. c.8.n.4.p.54
Pisces capiens in alieno flumine, tenetur Iniuriarum 1.5.n.20.p 40
Pisces egressos inundatione e stagno meo, an & quando vendicare possim 1.5.n.26.p.42
Piscari in fundo alieno, an & quando quis possit 1.5.n.25.p.42
Piscari in fluminibus publicis licitum est 1.6.n.3.p.43.44
Piscari in lacu, & stagno an liceat 1.6.n.7.p.44
Piscari an liceat in torrente Ibid.n.8
Piscari non licet, vbi consueto resistit 1.6.n.19 p.47
Piscari non licet in aliqua parte maris, vel fluminis publici, alteri per priuilegiũ Principis concessa. 1.6.n.24.p.48

Piscari

Piscari non licet in fluminibus publicis, quando conuentio vel obligatio resistit 1.6.n 32.p.49
Piscari an liceat in vallibus aquosis 1.6. n.9.p.44
Piscans in alieno, & priuato flumine non incluso, vel ex alterius retibus, cassibus seu nassis pisces capiens tenetur iniuriarum 1.5.n.20.p.40
Piscans in alieno riuo vel flumine, an teneatur ad æstimationem piscium captorum 1.5.n.21 p.ead.
Piscans in priuatis fluminibus non inclusis, furtum non committit 1.5.n. 18.p.ead.
Piscandi genus duplex 2.12.n.35.p.125
Piscandi ius quanto tempore præscribatur 1.6.n.16.p.45
Piscatio quibus modis fiat 1.1.n.15.p.4
Piscatio est honestum, & vtile Exercitium, & non solum Laicis, sed etiam Clericis & Religiosis licitum 2.12.n. 23.p.123
Piscatio quando sit licita 2. 12. nu. 37. pag.126
Piscatio quando reddatur illicita Ibid. num.38
Piscatio Ecclesiasticis personis indistincte permissa est, non sic venatio 2.12. n.33 p.124
Piscatio, ex quâ victus quæritur, est licita 2.12.n.36 p.126
Piscatio, quæ fit propter solatium adhibitis debitis circumstantiis, est licita 2.12.n.37. p.126
Piscatio in mari, & fluminibus publicis quando prohiberi possit 1.6.n.12.14. & 17 p.45 46
Piscatio militibus nocet 2.12.num.24. p.123
Piscatio significationem quandam habet ad prædicationem Euangelicam 2.12.n 34.p 124
Piscationes nonnunquam prohibentur in fluminibus publicis, & nauigabilibus 1.5.n 16 p 39.40
Piscationis, Venationis, & Aucupij minus vsus Scholasticus obest 2.12.n 39 pag.127
Piscator & Venator an in foro iudiciali condemnari possint ad restitutionem piscium, & animalium captorum Ibid.n.23.p.123
Piscator somniat maria, lacus, flumina, retia, pisces 2.12.n.78.p.122 & seq.
Piscatores an possint accendere lumen in littore maris 1.6 n 10 p.44
Piscatores accedentes lumen in littore maris, quâ pœna puniantur 1.6.n.11. p.ead & p.45
Piscatoris, aut venatoris percussi vel occisi operæ an æstimari possint 1.10.n. 9 p.64.65
Piscina quid sit 1.5.n 2.p.37
De Piscinis & Viuariis quædam tr. duntur 2.12.n.40.p.126
Plantæ sunt propter animalia, animalia autem propter hominem 1.1.nu 35. p.6 & 7
Pœna iniuriæ est arbitraria 1.4.n.2.p 31
Pœna arbitraria an ad mortem exrendi possit 1 4.n 3 11. & 13 p 31 & 32
Pœna Iniuriæ tanta esse non debet, vt mortem vel membri mutilationem inferat 1.4.n 9.p 29
Pœna capitalis intelligitur altero de tribus modis 1.4.n.12.p 32
Pœna maior imponitur maiori 2.11.n. 13.p.118
Pœna Clerici ratione venationis prohibita 2.11 n.11.12. & 15.p.ead.
Pœna Episcopi Venatoris, quæ 2.11.n. 10.Ibid.
Pœna qua venantes in locis vetitis puniri possint 1.4.n.14. & 15 p.32 & 33
Pœnarum tres gradus, in puniendis venatoribus clandestinis seu clancularijs, sunt obseruandi 1.4 n 16.p 33
Possessio vnius actus, an operetur ius vniuersale 2.1.n 7 p.68
Possessio vel quasi non probatur, nisi per actus possessorios 2.6 n 4.p.92
Possessio litigiosa sequestrari potest, ne partes ad arma veniant. 2.6.n.23 p 101
Possessionem vel quasi iniuriosè habenti, & etiam probanti de titulo, præsertur habens antiquiorem sine titulo 2.6 n.7 p 97

Possessione probata temporum extremorum, initij & finis, præsumitur ipsa possessio medio tempore continua 2.6.n.6.p.97

Sine possessione vel quasi nulla procedit præscriptio 2.5.n 3.p.92

Possessor olim, hodie possessor præsumitur 2 8.n 9 p 108

Possessorij actus ad iustificandam possessionem vel quasi alicuius rei vel iuris, probandi sunt testib°. 2 5.n.4 p.92

Possidere vel quasi flumen quando quis dicatur 1.7.n.12.p.52

Practica articulandi seruitutem 2.4 n. 3 p.87

Prælatis, & Ecclesiasticis personis, quando & quomodo venari liceat 1.2.nu. 46.p.8

Præscriptio nulla procedit sine possessione 2 5.n.3 p.52

Ad præscriptionem iuris venandi sufficit longum tempus 2 4 n 4 p 87

In præscriptione sufficit extrema probare 2 4.n.6.p.cad.

De præscriptione iuris venandi, aucupandi & piscandi, & tempore ad hæc iura acquirenda requisito. Vide 2. part c.1 per tot. & c.2. per tot.

In præscriptione contra summum Principem, an sufficiat scientia Officialium 2 4.n.14 p 91

In præscriptione immemoriali non requiritur scientia aduersarij. 2 4.n.8.p 89

In præscribendis iuribus incorporalibus an sit necessaria scientia & patientia cad.part & cap.n.7 p.88.89

Præsumptum dominium in iudicio proponi & allegari debet 2.9.n.7 p.110

Preces magnorum Dominorum præceptæ sunt, non preces 1 2.n.32.p 17

Presbyter venator quomodo puniatur 2 11.n.12.p.118

Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam 2 2 n 19 p.76

Princeps concedere potest alicui, vt ipsi soli liceat in certa parte maris, vel fluminis publici piscari 1.5.n.17.p.40

Princeps inferior, non potest prohibere venationem 1.2.n.4.p.13

Princeps inferior, vt venationem iuste prohibere possit, quæ requiruntur cad. part. & cod.c.n.24 35.36 37.38.39 p 18

Princeps summus an venationem prohibere possit 1.2.n.2.6 8 19 20 21 22. 23 24.25.26.27.28 29. & 30.31.32 32 & 33.p 13 14 & seq.

Princeps potest loca communia proprio vsui dicare 1.2.n.24 p.16

Princeps conuentus à Comite, Barone, vel Nobili mediate im perio subiecto superiure venandi, &c. an habeat priuilegiũ primę instantię. 2.9.n.4 p.109

Princeps prohibere potest venationem in propriis suo loco 1.2.nu.23.& 55.p. 36. & p.21

Principis prima concessio vel Donatio posteriori præfertur 2 2.n.20.p.78

In principe debet esse constans voluntas 2.2.n.18.p.78

Principes venationes maxime in locis publicis prohibere possunt 1.nu.53. p 20.21

Principes & Domini terrarum venationes & aucupia maxime in propriis syluis prohibere possunt. cad.part.& cod.cap.n.55 p.21

Principes, Comites, Barones, & Nobiles, quando & quomodo venari possint 1 2.n 75.p.24

Principes quando in priuatis prædiis venationes non possint prohibere 1.2. n.56 p 21

Princip s & Domini temporales ius venandi contra subditos suos quomodo acquisiuerint 1.2.nu.31.33.& 38.p. 17.18.& 21

Principum & Dominorum quorundam temporalium inclementia in subditos propter venationes 1.2 n.1.p.18

Priuatus & inferior à Principe, quanto tempore ius venandi contra Principem, id est, In peratorem vel Regem præscribat 2 2 n.21.p 78 79

Ad probandum vnum integrale, sufficit probare eius partes per testes singulares 2.5.n.7.p 93

Probata possessione. Vide supra, verb. Possessione probata.

Prohibens venationem, quando obligetur ad restitutionem emolumenti, quod verisimiliter impediuit 2.10.n. 10 p.113

Prohiberi potest, ne quis cum sclopo seu arcubusio, aut bombarda aucupetur 1.2.n.62.p.22

Prohiberi potest, ne quis piscetur cum esca 1.2.n.63.p.ead.

Prohiberi potest venatio, quæ fit cum instrumento Jonæ 1.2. num.61. pag. ead.

Proprietarius syluæ vel fundi, in quo alius ius venandi habet, an possit syluam, fundum, vel agrum destinare ad pascua, vel culturam aperire 2.3.n. 19.p.83

Q

QUaliter & quomodo à Judice iudicandum sit, quando actor & reus seruitutem iuris venandi actibus possessoris probat, &c. 2.6.n.1.3.6.9.10. & 11.p.92.93. & seq.

Quando constat de iure venandi, & eius quasi possessore, quod Judicis sit officium 2.6.n.24.p.102

Quasi possessio Juris Venandi an probari debeat, duobus temporibus adfuisse, nempe tempore litis contestationis, & tempore illatæ turbationis 2.8. n.8.p.108

In quasi possessione iuris venandi ab alio turbatus, instituere potest vtile Interdictum vtipossideris 2.8. num.5. p.107

Qui habet ius venandi, potest syluam venatoriam succisis lignis cingere 1. 2.n.70.p.23

Qui habet ius Aucupandi, potest aream struere 1.2.n.71.p.ead.cum seq.

Qui legem non receptam non seruat, non dicitur eius transgressor 1.8.n. 16.p.57

Quid iuris, & quomodo Judex iudicare debeat, quando non apparet, vter possideat vel quasi seruitutem iuris venandi 2.6.n.22.p.101

Quod à pluribus indagatur, melius inuenitur 2.2.n.5.p.74

R

RAtio differentiæ, cur in præscribendo iure Venandi quoad plenum dominium vel quasi, minus tempus; in præscribendo vero eo in feudum, maius tempus requiratur 2.2.n.13.p.76

Ratio non par est in Magnatibus, quanta est in Principe, circa prohibitionem Venationis 1.2.n.40.p.12

Ratio triplex, quare Princeps Venationem prohibere possit 1.2.nu.21 p.15. & seq.

Ratio vbi est eadem, ibi debet esse eadem iuris dispositio 1.9.n.14.p.62

Rationes duæ quibus Principes & Domini temporales ius venandi contra subditos suos acquisiuerunt 1.2.n.31. 33.& 58.p.17.18.& 21

Rationes quatuor, quare summus Princeps, id est, Imperator, venationem prohibuit 1.2.n.26.p.16

Rationes, quibus testium dicta confirmantur, sunt considerandæ 2.5.n.19. pag.95

Redditus bonorum in Venatione consistentes faciunt, vt etiam Prælatis, & Ecclesiasticis personis venari liceat 1. 1.n.46.p.8

Reges & Principes qui venationibus delectati fuerint. 2.12.n.6.7.8.9.10.11.12. 12.13.14 15.& 16.p.121.& 22

Regalia an dicantur Venatio, Piscatio, & Aucupium 1.7.n.17.p.53

Regalia sunt de publico iure 1.7.num.3. pag.51

Regalia in Feudi concessione non nisi expressa veniunt 1.7.n.2.p.cad.

Regalia consuetudine antiqua, vel præscriptione immemoriali acquiruntur Ibid n.5

Rem Domini liberam pro Feudali 30. annis possidens, etiam sine inuestitura ius feudi acquirit 2.2.n.12.p.76

Remunerationis caussa an possit concedi ius Piscandi, & Venandi 1.6.n.25. pag 48

Requisita quinque, vt Inferior à Principe venationem prohibere possit 1.2. n.34.35.36.37.38.& 39.p.18

Requisitio venia an sufficiat, In dem Außträchten. 2.9.n 2.p.109
Rerum Diuisio si iure gentium non fuisset introducta, quæ damna seu incommoda fuissent secuta 1.2.n.49. pag.20
Resistere manu armata dominus ingredienti fundum suum an possit 1.2.n. 12.p.14
Restituan debeat quicquid in venatione prohibita caprum fuerit 1.3.n.8. 12.13.14 15.16.17.& 18. pag.16.& 18. cum seq.
Retia illaqueata, feræ, vel auis, si capiatur, an sit capientis vel rete tendentis 1.8. n.2.& 3 p.54
Retineri an possit venator per Dominum prohibentem ingredi fundum suum 1.2 n.15.p.14 & 15
Romanorum Imperator. vide verb. Imperator Romanorum.
Rusticus inueniens Falconem cum sonaleis in pedibus nectis, an priori domino restituere teneatur. 1.8.n.19. pag.58. Et, quid si Falco apud ipsum moriatur, an teneatur ad æstimationem Falconis Ibid.n.20.

S

Saltuosa venatio quæ sit 1.1.n.8.p.3
Saltuosa venatio quid sit Ibid. n.16. pag.4
Saltus quid 2.1.n.6.p.63
Saltus qui sint 2.3.n.30.p.85
Saltus & nemora, in quibus Feræ vberè vagantur, sunt loca publica 1.2.n.54. pag.21
Sanctum venatorem non inuenimus 1. 1.n.47.p 8
Scriptores qui de laudibus venationis scripserint 2.12.n.5.p.121
Separatorum separata ratio 2.1.n. 2.& 7.p.49 & 50
Serui, Famuli & Subditi tempore prohibito vsu domini venantes, an peccent 2.10.n 11 p 113.& 114
Serui, Famuli & Subditi, si à Dominis suis iubeãtur die prohibito non prius audita Missa venari, parere non debent 2.10.n.14.Ibid.
Seruitus large loquendo in bonis nostris dicitur esse, cum pro ea consequenda non detur actio realis nempe Confessoria 2 2.n.18.p.75.& 76
Seruitus iuris Venandi quomodo probetur 2.4.n.1 p 86
Seruitus realis an personalis sit ius venandi 2.3.n.1 & 4.p.80
Seruitus personalis extinguitur cum persona 2.3.n.2.p.ead.
Seruitus venandi ad hæredes transit 2. 3.n.5.p.81
Seruitus iuris venandi est discontinua, & non nisi tempore immemorialis præscribitur, secundum communem opinionem 2.1.n.13.p.69
Seruitutem Juris venãdi, & aliam quamlibet seruitutem, siue personalem, siue realem, siue continuam, siue discontinuam præscribi longo tempore verior est opinio 2.1.n.14 p 70.
Seruitutem quis deteriorem facere non potest 2.3.n.12.p 82
Seruitutes an inter res mobiles, vel immobiles reseruentur 2.1.n.10 p 78
Seruitutes & Jura Affirmatiua, an & quando præscribantur 2.1. num. 12. pag.69
Seruitutes & Jura Negatiua an & quando præscribantur 2.1.n.11.p.ead.
Seruitutes omnes, siue personales, siue reales, siue continuæ, siue discontinuæ sint, cum titulo præscribi decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, sine titulo 30. vel 40. annis. 2.1 n 22 p 72
Seruitutes sunt individuæ 2. 6.nu.17. pag.100
Seruitutes nullæ ante Justinianum Imperatorem potuerunt vsucapi & præscribi, verante lege Scribonia, & quæ eius fuerint rationes 2.1 n.19 p 71
Seruitutis iuris venandi vsus modus, & Exercitium dividi potest 2.6 n.18.& 25.p.100 & 102
Seruitutem distinctionem in continuas, & discontinuas, legibus non probari 2.1 n.14.p.70
In seruitutem præscribendarum quæ-

sionis Decisione, opus esse pragmatica sanctione 2.2.n.3.p.74
Stagnum quid sit 1.5.n.4.p.37
In Stagno an liceat piscari. 1.6.n.7.p.44
Stagna fere omnia, & lacus, & pleraque flumina non nauigabilia hodie in Germania non sunt publica vel communia, sed priuata 1.5.n.4.p.39
Statutum, quod nullus venari possit, an valeat 1.6.n.22.p.47
Subditi in causis dominorum an testificari possint 2.5.n.23.p.95
Sylua diuiditur in saltus, nemora, sylua cæduam, & materiariam 2.3.n. 35.p.86
Sylua cædua quid 2.3.n.34.p.86
Sylua materiaria quæ dicatur 2.3.n.35. pag.ead.
Sylua pascua quid 2.3.n.19 p.83
Sylua dominus an ligna, & arbores vendere possit 2.3 n.16 p.82 83
Sylua venatoriam an cingere liceat, & quid sit Bannum sylueſtre 2.3.n.22. pag.84

T

TEmpus centum annorum, an idem sit, quod tempus immemoriale 2. 2.4.n.11.p.90
Tempus immemoriale quãdo non sufficiat ad præscriptionem 2.4.nu. 13. p 90.91
Tempore Festo, etiam non audita Missa, & nulla vigente caussa venans, an teneatur ad restitutionem captorum 2. 10.n 4.p.113
Tempore prohibito venans, an teneatur ad Restitutionem 1.2.n.64.p.22
Tempore quadragesimæ & Jeiuniorum, seu præcipuarum festiuitatum, an sit interdicta venatio 1.1.n.13.p.9
Terra non fert animalia 1.3 n.4.p.16
Testes de tempore Immemoriali quomodo recte deponant 2.4.n.9 p.89
Testes in antiquis requiruntur 2.4 nu. 10 p.90
Testes singulares regulariter non prob nt: 2.5.n.5.p 92
Fallit in Nobili & in probanda Jurisdictione, & seruitute Ibid.n.6.p.93
Testes qui pro aliquo produci nequeãt, contra illum produci possunt 2.5.nu. 24 p.95
Testes qui ratione dignitatis aliis præferantur 2.5.n.17.p.94.95
Testes quando contraria & repugnantia testimonia de actibus possessoris dixerint, quid faciet Judex 2.5.n.11.15. & seq.p.94
Testium authoritas, & honestas diligenter consideranda 2.5.n.16.p ead.
Testium dicta dignitate æqualium diligentius ponderanda 2.5.n.16.p.94
Torrens quid sit, & an liceat in eo piscari 1.6.n.8.p.44
Torrens vnde dicatur Ibid.
Traditio optima à definitione proficiscens 1.1.n.9.p.3
Tripliciter aliquid dici continuum vel discontinuum 2.1.n.16.p.75
Turbatio qualiscunque sufficit in Interdicto vtipossideris 2.8.nu.7.pag.107. & 108
Turbatus in iure Venandi, aucupandi, & piscandi duo habet remedia contra turbatorem 2.5 n 9 p 93
Turbato in iure Venandi datur actio Confessoria vel vtile interdictum vtipossidetis contra turbantem 2.1.n.57. pag.ead.

V

VAllis aquosa quid sit, & an ibi licitum sit piscari 1.6.n.9.p.44
Vasallus an possit sine consensu domini in re feudali constituere seruitutem, vel vsumfructum iuris venandi. 1.9. n.7 p.60.61
Vasallus si contra vasallum præscribat ius Foresti in Feudum, an teneatur Imperator, Rex, vel alius Princeps tanquam directus dominus vasallum præferibentem agnoscere pro vasallo, illumq; in feudo iuris foresti immittere 2.2.n.15.p.77
Venatio est multiplex 1.1.n.4.p.8
Venatio Adulatoria, quæ dicatur Ib n.7
Venatio Arenaria quæ dicatur Ibid.n.6
Venatio saltuosa quæ sit Ibid. num.8. pag.ead.

Venatio quid sit, & quid aucupium, & piscatio 1.1.n.10.p.4
Venatio in genere sumpta quot habeat species Ibid.n.11
Venatio quibus modis fiat Ibid.nn.13. pag.ead.
Venatio, Aucupium, & Piscatio possunt pro vno eodemq; iure poni Ibi.n.16
Venatio est iuris Naturalis negatiui 1.2. n.46.p.19
Venatio & Aucupium inter se specie differunt 2.1.n.7.p 68
Venatio an pro turpi & illicito exercitio sit habenda 1.1 n.39.p.7
Venatio non est opus seruile. 2.10.n.3.p.3
Venatio Clericis, & Ecclesiasticis personis an sit prohibita 1.1.n 40.41.pag. 7.& 8
Venatio caussa Necessitatis, & vtilitatis Clericis licita est 2.11.n.16 p.118
Venatio quieta Clericis & Ecclesiasticis personis permittitur 1.1.n.45.p.8
Venatio est minus decora, quam piscatio 2.12.n 25 p.124
Venatio cur sit Clericis prohibita. Ibid.
Venatio ferarum cum silentio, & modestia, Ecclesiasticis personis est licita 1.1.n 45.p.8
Venatio conducit sanitati. 2.12.n.1.p.120
Venatio militiæ comparatur 2.11.nn.1. p.116 & 2.12.n.3.p 120
Venatio maiorem adfert delectionem, quam piscatio 2.12.n.30.p.124
Venatio caret exemplis sanctorum. Ibid. n.26.p.ead.
Venatio fit cum maiori sumptu, quam piscatio Ibid.n.28.pag.
Venatio est Exercitium nobile, ac proprium & peculiare Regum, Principum, Comitum, Baronum, & Nobilium 1.2.n.73.p.24.& 2 12.n.17. pag.122
Venatio an per Principem prohiberi possit 1.2. n. 2 6.8.21.22.23 & 24 & multis seqq p.13 15 & 16
Venatio & Aucupium etsi promiscue omnibus essent licita, possunt tamen iuste certis temporibus à Principibus interdici 1.2.n.59 p.22
Venatio prohiberi potest, quæ sit cum Instrumento Jonæ Ibid. num. 61. pag.ead.
Venatio inferens damnum proximo, est illicita 2.10.n.16.p.115
Venatio rixam parit 2.12.n.32.p.124
Venatio infert damnum agris alienis 2. 12 n.31 p.ead.
Venatio robustiores Juuenes reddit 2. 3 n.32.p.85
Venatio illicita redditur ex qualitate personæ, vt quia Clericus, vel Monachus 2.10.n 7.p.113
Venatio redditur illicita, si contrà voluntatem Domini in loco alterius exerceatur Ibid.n 9
Venatio homines duriores, robustiores, & animo promptiores reddit 2.12.n. 4.p.121
Venationis, piscaturæ, & aucupij æstimatio vel Interesse an dari possit 1. 10.n.1.& 7.p 63 64
Venationis, & Piscationis alia potest dari æstimatio Ibid n.7 p 64
Venationis vsus in quo consistat 1 1.n. 42.p.8
Venationis vsus quando in Clericis illicitus reddatur Ibid.n 49 p.8.& 9
Venationis abusus in quo consistat. Ibi. n.44.p.8
Venationis abusus non vsus in turpibus est habendus Ibid.n.41.p.7
Venationem prohibens, quando obligetur ad Restitutionem emolimenti, quod verisimiliter impedit 2 10. n 10 p 113
Venationem prohibentes tenentur restituere damnum illatum alienis agris 1.4.n.20.p.34 35
Venationem prohibentes, & venatores, qua actione ad refarciendù damnum conuenti possint Ibid n 21 p 35
In venatione prohibita, quæ sit habenda ratio animalium 1.4 n 8 p.31
Venationes, & Aucupia an ad proprietatum vel vsus fructuarium pertineant. 1.9 n.1 p.60
Venationes ad Regalia non pertinent 1. 4 n 10 p.32

Venationum vſus vnà cum humano genere cœpit 1.1.n.38.p.7
Venationibus Principes delectantur 2.12.n.2.p.120
De Venationibus, & Piſcationibus Eccleſiæ an ſint ſoluendæ decimæ 1.1.n.43.p.8
Venari an liceat in alieno fundo 1.2.n.10.p.14
Venari non licet in loco, alteri ex priuilegio Principis conceſſo 1.6.nu.24.pag.48
Venari diebus Feſtis. Quære. Diebus Feſtis. Venari eſt magis luxuriæ, quam rationis 2 c.12.n.30.p 124
Venari, vel Piſcari impeditus agere poteſt ad damni reſtitutionem ob retia rupta, ac inſtituere etiam actionem Iniuriarum 1.10.n 3.p.63
Venari in proprio fundo, vel in priuato flumine piſcari impeditus, quod habeat remedium præter actionem Iniuriarum Ibid.n.6.p.64
Venari Prælatis, & Eccleſiaſticis perſonis quando & quomodo liceat 1.1.n.46.pag.8
Venans in loco, alteri præſcriptione acquiſito, an teneatur ad Reſtitutionem 1 3.n.16.p.28 29
Venans in loco priuilegiato, an capta reſtituere teneatur Ibid.n.17 p 29
Venans in locis prohibitis tenetur ad æſtimationem domino prohibenti dedit 1 4.n.5.p.31
Venans in locis publicis, an teneatur ad reſtitutionem captorum 1.3.nu.18.pag 29
Venantes in alienis ſyluis vel ſaltibus, an furtum committant 1.3 n.1.p.25
Venantes & Capientes feras, vel beſtias, in alienis ſyluis, non tenentur in foro conſcientiæ, & animæ iudicio ad reſtitutionem captorum Ibid.n.8.p.26 & 27
Venantes in aliena ſylua, & locis prohibitis tenetur Iniuriarum 1 4 n.1.p.30
Venantes in locis vetitis, an pœna Capitis, aut mutilatione alicuius membri puniri poſſint Ibid.n.4.p.31
Venantes in locis publicis, ante condemnationem non tenentur ad reſtitutionem captarum feratum 1.4.n.8.pag 31
Venantes in locis vetitis quà pœnà puniri poſſint 1.4.n.14 & 15.p.32.& 33
Venandi ius. Quære verbum Ius venandi. Venator ingreſſus fundum alienum, Domino non prohibente, an poſſit poſtea expelli 1.2.n.14.p.14
Venator an in fundo retineri poſſit, vt reddat, quod percepit Ibid. num. 15. pag.cad.
Venator ingrediens fundum, domino prohibente, an acquirat ſibi feras, quas accepit 1.3.n.9.p.27
Venator venationem ſomniat 2.12.n.18.p.123
Venator arte & induſtria educens feras extra locum prohibitum, qui muro vel ſepimento cinctus non eſt, non tenetur ad reſtitutionem animalium 1.5.n.9.p.37.38
Venator, & Piſcator an in foro iudiciali condemnari poſſint ad reſtitutionem in alieno captorum 1.5.n.22.p.41
Venator, & Piſcator, an etiam in foro conſcientiæ teneantur ad reſtitutionem animalium, & piſcium captorum Ibid.23.p.cad.
Venatorem ſanctum non inuenimus 1.1.n.47
Venatores primi qui fuerint 1 1.nu.37.pag.7
Venatores tenentur ad damnum, quod agri domino in fructibus & ſegetibus intulerunt 1.4 n.7.& 17.p.31.& 34.
Vendito fundo an dicantur venditi pisces in eo exiſtentes 1.9.n.12 p.62
Vendito ſtagno, an cenſeantur etiam venditi pisces in eo exiſtentes. Ibid. num 13
Vetuſtas vicem legis obtinet 2.5.n.24.pag.84
Viriatus Luſitanus ex paſtore venator, ex venatore Imperator belli factus eſt 2 12 n.9.p.121
Viuaria quæ dicantur 1.5.n.2.p.37
In viuariis ab ipſis animalibus naturalibus

ter factis, an furtum committitur. Ibid.n.7
Volucres quæ dicantur 1.1. num. 29. pag. 6
Vrsi, Apri, & Lupi, an spectent ad aliam seu summam forestam 1.2.num.69. pag.23
Vsuram an committat qui venatur in agro pignori dato 1.9.n.9.p.61
Vsufructuarius non potest à proprietario prohibere ne venetur 1.9.num.2. pag.60
Vsufructuarius potest prohibere Venationem Ibid.n.3.p.60
Vsufructuarius potest vendere ius Venandi Ibid.n.4
Vsufructuarius non est dominus ferarum Ibid.n.5
Vsufructuarius an fundo, in quo vsumfructum habet, seruitutem iuris Venandi imponere possit Ibid.n 6
Vsusfructus diuidi potest 2.6.num.19. pag.101
Vsus, modus, & Exercitium seruitutis Juris venandi diuidi potest Ibid.nu. 18.& 25.p.100.& 102
Vsus venationis in quo consistat 1.1.nu. 42.p.8
Vsus venationis in quo consistat 1.1.n. 42. p.8
Vsus venationis quando Clericis illicitus reddatur Ibid.n.49
Vsus Venationum vnà cum humano genere cœpit Ibid.n.38
Vtilitas Venationis, Aucupij, & Piscationis quanta sit 2.12.per tot.
Vulnerans quãdo de occisione, & quando solum de vulnere teneatur 1.8.n. 11.p.56
Vulnerata fera an sit vulnerantis, an vero capientis 1.8.num.1.5.6.7.8.10.& seqq.pag.54.55.& 56.

FINIS.